

Sir

Cuba

Ance Munro

C. Ance Gordon

Margaret

1783Geo: Munro Culbren
was born 1769and 14 mo 1783Margret Ross 27 mo 1783

GRAMMATICÆ

David LATINÆ

INSTITUTIONES.

Facili, & ad Puerorum captum, accommodatâ, Methodo perscriptæ.

THOMÆ RUDDIMANNO, A. M. Auctore.

QUINCTIL. Inst. Orat. I. 8.

Grammatices amor, & usus lectionis, non Schôlarum temporibus, sed vitæ spatio terminantur.

EDITIO SEPTIMA.



EDINBURGI,

Apud THO. & WAL. RUDDIMANNOS.

M. DCC. LVI.





GRAMMATICÆ LATINÆ INSTITUTIONES.

GRAMMATICÆ est ars rectè loquendi scribendique.
Partes Grammaticæ sunt quatuor, ORTHOGRAPHIA,
PROSODIA, ETYMOLOGIA & SYNTAXIS.
*Prima de Literis, Secunda de Syllabis, Tertia de
singulis Vocibus, Quarta de Vocibus conjunctis,
seu Oratione agit.*

[*Quamvis naturæ ordine Orthographia primum, ac Prosodia secundum in re Grammatica locum sibi vindicent; nobis tamen ob majorem docendi discendique facilitatem, commodius visum est de Etymologia prius & Syntaxi, posteriùsque de Orthographia & Prosodia agere.*]

Grammaticæ Pars prima,

De ETYMOLOGIA.

ETYMOLOGIA est ea Grammaticæ pars, quæ singularum vocum naturas & proprietates explicat.

Voces communiter in octo Classes distribuuntur, quæ alio nomine *Partes orationis* appellantur.

Ex his quatuor sunt *Declinabiles*; aliæ item quatuor *Indeclinabiles*.

DECLINABILES dicuntur, quæ per casus vel tempora in fine possunt variari; sciz. *Nomen, Pronomen, Verbum, Participium.*

INDECLINABILES, quæ non possunt in fine eo modo variari; nempe, *Adverbium, Præpositio, Interjectio, Conjunctio.*

*Liber Primus.**De NOMINE.*

NOMEN est pars orationis, quæ rem primariò sine tempore significat.

Nomen est, aut *Substantivum* aut *Adjectivum*.

SUBSTANTIVUM est, quod verbo junctum per se perfectam efficit sententiam: ut, *homo, equus, arbor*. Nam perfecta sententia est, *homo ridet, equus currit, arbor floret*.

ADJECTIVUM est, quod verbo junctum non efficit sententiam perfectam, nisi substantivum aut expressè ponatur, aut animo tacitè intelligatur: ut, *bonus, velox, fertilis*. Nec enim perfecta erit sententia, *bonus ridet*; nisi *homo, Petrus*, aut simile, vel addas, vel intelligas.

Nomen *substantivum* est, vel *Proprium*, vel *Appellativum*.

PROPRIUM est, quod uni rei singulatim convenit: ut, *Paulus, Edinburgum, Tamesis*.

APPELLATIVUM est, quod multis est commune: ut, *homo, urbs, fluvius*.

Nominis **ACCIDENTIA** sunt novem, *Genus, Casus, Numerus, Persona, Declinatio, Motio, Comparatio, Species & Figura*.

GENUS est, discrimen nominis secundum sexum, vel ejus in structura grammatica imitatio.

Genera nominum sunt tria: *Masculinum*; ut, *hic vir, hic annus*; *Femininum*; ut, *hæc femina, hæc mensa*; *Neutrum*; ut, *hoc animal, hoc templum*.

Quædam nomina habent hæc tria genera, & dicuntur *omnis generis*: qualia sunt omnia ferè *Adjectiva*; ut, *hic bonus, hæc bona, hoc bonum*; *hic & hæc mitis, & hoc mite*; *hic & hæc, & hoc felix*.

Quædam habent duo genera: & dicuntur vel *generis communis*, cum idem, sciz. nomen, pro diversitate sexûs, nunc in masculino, nunc in feminino usurpatur: ut, *hic & hæc parens*. Vel *dubii generis* appellantur, cum varium nimirum eidem nomini genus arbitrarius auctorum usus imponit: ut, *hic aut hæc dies*; *hic aut hoc vulgus*; *hæc aut hoc atriplex*; *hic, aut hæc, aut hoc animans*.

Cætera habent unum genus tantum.

Nominum genera duplici modo cognoscuntur, vel, 1. Ex eorum significatione per *regulas generales*: vel, 2. Ex ipsorum terminatione, per *regulas speciales*; suo utrasque ordine deinceps tradendas.

CAP. I.

De Generibus Nominum.

REGULÆ GENERALES.

1. QUÆ maribus solùm tribuuntur, mascula sunt.

Omnia nomina, quæ solis maribus, aut virili specie conceptis conveniunt, sunt masculini generis.

Sub hac regula continentur,

1. Nomina virorum propria: ut, *hic Carolus*, Charles.
2. Appellativa solis viris data: ut, *Pater*, a Father.
3. Gentilia, seu populorum nomina substantiva: ut, *Persa*, a Persian; *Tros*, a Trojan.
4. Multa nomina, quæ licet utrumque sexum includant, adjectivum tamen masculinum duntaxat admittunt: ut, *homo*, a Man or Woman; *Fur*, a Thief.
5. Nomina Spirituum, & Deorum Ethnicorum: ut, *Michaël*, the Archangel Michael; *Satanas*, Satan or the Devil; *Mars*, the God of War.
6. Nomina brutorum animantium virilis sexûs, tum appellativa, tum propria: ut, *equus*, a Horse; *Bucephalus*, the Name of a Horse; *Hylax*, the Name of a Dog.

2. Esto feminineum, quod femina sola reposcit.

Omnia nomina, quæ solis feminis, aut femininâ specie conceptis conveniunt, sunt feminini generis.

Hæc regula complectitur,

1. Nomina propria mulierum: ut, *hæc Maria*, Mary.
2. Appellativa solis mulieribus attributa: ut, *mater*, a Mother.
3. Gentilia, seu populorum nomina substantiva, solis mulieribus convenientia: ut, *Troas*, a Trojan Woman; *Sicelis*, a Woman of Sicily.
4. Nomina Dearum Ethnicarum: ut, *Venus*, the Goddess of Love.
5. Nomina brutorum animantium feminini sexûs, seu appellativa, seu propria: ut, *equa*, a Mare; *Thoe*, the Name of a Mare; *Lycisca*, the Name of a Bitch.

3. Sit commune duûm, sexum quod signat utrumque.

Omnia nomina, quæ sub una terminatione maribus & feminis ita conveniunt, ut pro maribus masculino, pro feminis feminino genere usurpentur; sunt communis generis: ut, *hic & hæc parens*, a *Father* & *Mother*; *hic & hæc canis*, a *Dog* & *Bitch*.

Nomina autem communis generis hisce versiculis continentur:

*Conjux atque parens, infans, patruelis & heres,
Affinis, vindex, judex, dux, miles & hostis,
Augur & antistes, juvenis, conviva, sacerdos,
Muniqueceps, vates, adolescens, civis & auctor,
Custos, nemo, comes, testis, sus, bosque, canisque,
Interpresque cliens, princeps, præs, martyr & obses.*

4. Multa, quibus sexus promiscuus, unaque vox est, Nomina sunt, quorum genus est à fine petendum.

Nomina brutorum animantium, quæ sub uno vocabulo, unoque genere, utrumque sexum comprehendunt, terminationum regulas plerumque sequuntur: ut, *hic elephans*; an *Elephant*; *hæc vulpes*, a *Fox*; *hic passer*, a *Sparrow*; *hæc aquila*; an *Eagle*; *hic salmo*, a *Salmond*; *hæc balæna*; a *Whale*.

Ejusmodi nomina vulgò EPICOENA, seu *Promiscua*, appellantur; qualia sunt multa ferarum, plurima avium, omnia ferè piscium & insectorum nomina, in quibus sexus differentia vel difficilius discernitur, vel rariùs attenditur. Quotiescunque autem alteruter sexus certò designatur, voces *mas* aut *femina* plerumque adduntur.

5. Menses cum Ventis generi conjunge virili.

Nomina Mensium & Ventorum masculina sunt: ut, *hic Aprilis*; the *Month April*; *hic Aquilo*, the *Northwind*.

N o t. Tamen omnia Mensium, multa Ventorum nomina adjectiva potius, quàm substantiva esse.

6. Masculeum Fluvii nomen Montisque reponere: Sæpe tamen norma est finalis syllaba utrique.

Nomina Fluviorum & Montium sunt masculini generis: ut, *hic Tiberis*, the *River Tiber*; *hic Othrys*, a *Hill* in *Thessaly*.

E x c. Multa tum Fluviorum, tum Montium nomina, eorum præsertim quæ in *a*, *e* & *um* finiuntur, genus suum ex terminatione accipiunt: ut, *hæc Matrona*, The *River Marne* in *France*; *hæc Lethe*, *hæc Styx*, *Rivers* in *Hell*; *hoc Plemmyrium*, a *River* in *Sicily*; *hæc Ætna*, a *Mountain* in *Sicily*; *hæc Rhodope*, a *Mountain* in *Thrace*.

tain in Thrace; *hoc Soracte*, a Hill in Italy; *hoc Pelion*, a Hill in Thessaly.

7. *As* partesque dabis maribus: sit at *uncia* dempta.

As & ejus partes & composita, cujuscunque sint terminationis, masculina sunt. *As*, A Pound, a Piece of Money, or any thing that may be divided into twelve Parts; *bes*, two thirds of an *As*, or eight Ounces; *semis* & *semissis*, half an *As*, or six Ounces; *triens*, the third Part of an *As*, or four Ounces; *quincunx*, five Ounces. Sic *decussis*, ten *Asses*; *centussis*, an hundred *Asses*.

Ex c. *Uncia*, an Ounce, semper femininum est.

8. Jungito femineis nomen Regionis & Urbis,

Præcipuè quod in *n* ternæ sit, *us* osve secundæ.

Est *Tuder* atque *Argos* neutrum, quibus adjice *Gadir*.

Rariùs hic *Marathon* capit, & *Pbarsalus*, *Abydos*.

Mascula in *us* ternæ, *Pontus*, *Safonque*, *Canopus*;

Atque *Tunes*, *Tecmon*. Hic, at hoc vult sæpius *Anxur*.

Cætera turba suos fines plerumque sequuntur.

Nomina Regionum & Urbium feminina sunt: ut, *hæc Britannia*, the Isle of Britain; *hæc Persis*, the Kingdom of Persia; *hæc Roma*, *hæc Carthago*, the Cities Rome and Carthage. In quibus & innumeris aliis eadem est & significationis & terminationis regula.

Hæc autem regula, quatenus generalis est, in iis præcipuè regionum & urbium nominibus locum habet, quæ terminatione quidem masculina, significatione verò feminina sunt; qualia sunt plurima nomina in *us* vel *os* secundæ declinationis, vel in *n* tertię, desinentia: ut, *hæc Egyptus*, the Kingdom of Egypt; *hæc Corinthus*, the City Corinth; *hæc Samos*, the Island Samos; *hæc Pylos*, the City Pylos; *hæc Trazen*, *hæc Eleusin*, *hæc Lacedæmon*, Names of Cities or Towns.

Reliqua verò urbium (& si qua sunt, regionum) nomina terminationum regulas plerumque sequuntur: ut, *hic Sulmo*; *hic Agragas*; *hoc Londinum*; *hoc Zeugma*; *hoc Reate*, *Prænestæ*; *Gære*; *hoc Albion*, *Ilion*; *hoc Tibur*; *hoc Hispal*; *hoc Illiturgi*; *hoc Æpy*. Item singulari carentia; *hi Parisii*, *Veii*; *hæc Athenæ*, *Gades*; *hæc Susa*, *Hierosolyma*.

Huc quoque referri possunt barbara urbium nomina non declinata, utpote neutra per Reg. 11. generalem; qualia sunt *Cim*, *Suthul*, *Dibitach*, *Callet*, *Nepet*, &c.

Ex c. 1. *Argos*, *Tuder*, & *Gadir*, urbium nomina, neutra sunt.

Exc. 2.

Ex c. 2. *Marathon, Pharsalus & Abydos*, plerumque feminina, nonnunquam tamen masculina inveniuntur.

Ex c. 3. Nomina urbium in *us* tertiæ declinationis ferè masculina sunt: ut, *hic Pessinus, Selinus, Hydrus, -untis*.

Ex c. 4. *Pontus*, nomen regionis, *Safon*, parvæ insulæ nomen, *Tunes, Tecmon*, oppidorum nomina, vix alio quàm masculino reperiuntur. *Canopus*, uni *Melæ* femininum, aliis omnibus masculinum est.

Ex c. 5. *Anxur*, oppidi nomen, nusquam feminino, interdum masculino, at neutro frequentius usurpatum invenimus.

NOT. Ex his multa feminino ponuntur, propter subauditam vocem generalem *urbs*: ut, *pulcherrima Narbo, Præneste sub ipsa*.

9. Arbor femineis dabitur: sed *mas oleaster*,
Et *rhamnus*: petit hic potiùs *cytisusque rubusque*:
Hic quandoque *larix, lotus* volet, atque *cupressus*:
Hoc quod in *um, suberque, siler* dant, *robur acerque*,

Nomen arboris femininum est: ut, *hæc pomus, an Apple-tree, hæc pirus, a Pear-tree*.

Ex c. 1. Masculina sunt *oleaster, a wild Olive-tree; rhamnus, the white Bramble or Buck-thorn*.

Ex c. 2. *Cytisus*, a kind of Shrub; *rubus*, the Bramble-bush, sæpius quidem masculina, interdum tamen feminina inveniuntur.

Ex c. 3. *Larix*, the Larch-tree; *lotus*, the Lot-tree; *cupressus*, the Cypress-tree, in masculino nonnunquam, sed longè frequentius in feminino adhibentur.

Ex c. 4. Quæ in *um* desinunt, neutra sunt: ut, *buxum, the Bush, or Box-tree; ligustrum, Privet*. Neutra item sunt *suber, the Cork-tree; siler, the Osier; robur, Oak of the hardest kind; acer, the Maple-tree*.

10. Feminæ Naves genus atque poemata quærunt,

Nomina Navium & Poëmatum plerumque feminina sunt: ut, *hæc Argo, The Name of the first Ship, according to the Poets; hæc Centaurus, a Ship called the Centaur; hæc Ilias, Æneis, the Names of two Poems. the one composed by Homer, the other by Virgil; hæc Eunuchus, a Comedy so called*.

NOT. 1. Nomina propria Navibus aut Poëmatibus indita, genus suum retinent. Sic *Python undivagus, Triton captivus*, nomina navium apud Silium Italicum: item *Ajax, Orestes, Hippolytus*, Tragicæ nomina, masculina sunt.

NOT. 2.

Not. 2. Nomina Poëmatum, singulari carentia, terminationum genera sequuntur: ut, *hi Adelphi*, *hæc Bucolica*, *Georgica*, *Argo-nautica*.

11. Adjicito neutris quodcunque inflexile nomen.

Omne nomen indeclinabile est neutri generis: ut, *hoc git*, a kind of Cockle; *hoc gummi*, Gum; *hoc fas*, that which is lawful; *nefas*, that which is unlawful.

12. Literæ amant neutrum: sic pars pro nomine sumpta: Et verbum quodvis pro nuda voce repostum.

1. Nomina literarum plerumque sunt neutri generis: ut, *a parvum*, a little a; *i longum*, a long i.

2. Verba, & ceteræ partes orationis, loco nominum positæ, neutro adhærent: ut, *Scire tuum nihil est*, i. e. *scientia tua*, your knowledge is nothing; *Gras istud*, i. e. *ille dies crastinus*, that Tomorrow.

3. Dictiones pro nudis vocibus, exclusâ omni significatione, acceptæ, sunt generis neutri: ut, *lux est monosyllabum*, the Word *Lux* is of one Syllable.

13. Sæpè genus vocum trahit ad se vox generalis: Sic volucrem sequitur *bubo*, sic flumen *Iader*.

Nomen generale, seu multis commune, sæpissimè genus tribuit aliis nominibus sub eo comprehensis. Sic *bubo*, an Owl, plerumque masculinum est, quia terminatur in *o*: Virgilius tamen *sola bubo* in feminino dixit, ratione habitâ vocis generalis *avis* vel *volucris*, quæ illius animo obversabatur. *Iader* item Lucano neutrum est, quia *flumen*, nomen commune, ad quod ille respiciebat, est neutri generis.

14. Adjectiva trium generum sunt cuncta: sed unum Quædam, multa duos, capiunt tres plurima fines.

Adjectiva nomina sunt omnis generis; quædam sub una terminatione: ut, *felix*, happy; *hebes*, dull; *vetus*, old: quædam sub duabus: ut, *mollis*, *molle*, soft; *durius*, *durior*, harder: quædam denique sub tribus terminationibus: ut, *albus*, *alba*, *album*, white; *acer*, *acris*, *acré*, sharp.

15. Pro fixo positum, genus optat mobile fixi.

Adjectivum pro se & substantivo subaudito positum, ejus est generis, cujus est substantivum subauditum: ut, *hic molaris*, a Millstone, supple *lapidis*; *hæc patria*, one's native Country, supple *terra*; *hoc triste*, a sad thing, supple *negotium*.

REGULÆ SPECIALES.

A.

16. Hæc dat A quod primæ est : sed neutrum *Pascha* requirit.

Hadria mas æquor, pariterque *cometa*, *planeta*. :
Mascula & interdum *talpam damamque* videbis.

Nomen in A primæ declinationis femininum est : ut, *hæc mensa*,
a *Table*.

Exc. 1. *Pascha*, the Passover, or the Feast of Easter, neutrum est.

Exc. 2. *Hadria*, the Adriatick Sea, or Gulph of Venice; *cometa*, vel potius *cometes*, a Comet; *planeta*, a Planet, masculina sunt.

Exc. 3. *Talpa*, a Mole; *dama*, a Doe; Virgilio masculina sunt, aliis feminina.

17. Sit neutri generis per A quicquid tertia flectit.

In A tertiæ declinationis neutrum est : ut, *hoc dogma*, an Opinion.

E.

18. Hæc petit E primæ, neutrum deposcit E ternæ.

In E primæ declinationis femininum est : ut, *hæc epitome*, an Abridgment.

In E tertiæ neutrum : ut, *hoc mare*, the Sea.

I. U. Y.

19. Dant quibus I fines, Y vel U, sunt omnia neutra.

In I, Y, & U neutra sunt : ut, *hoc sinapi*, Mustard; *hydromeli*, Mead; *missy*, Vitriol; *moly*, the Name of an Herb of Sovereign Virtue; *cornu*, a Horn.

O.

20. Hic dat O : femineis *ballo cum caro* dantur & *echo*;
Quæque in IO, seu sint verbo, seu nomine nata,
Rem (numeris demptis) aliquam sine corpore signant.

In O masculinum est : ut, *hic sermo*, Speech.

Exc. 1.

Exc. 1. Feminina sunt, *halo*, a Circle about the Sun, or Moon; *caro*, Flesh; *echo*, the Resounding of a Voice from a Rock or Wood.

Exc. 2. Feminina etiam sunt nomina in IO, rem incorporalem significantia: five verbalia sint: ut, *oratio*, an Oration; *opinio*, an Opinion: five à nomine derivata, ut, *communio*, Communion; *ditio*, Dominion, Power; *perduellio*, Treason; *rebellio*, Rebellion; *talio*, like for like, or a Requital of an Injury in the same kind.

✠ At quæ in IO rem corporalem aut numeros significant, masculina sunt, ac proinde regulam generalem sequuntur: ut, *pugio*, a Dagger; *scipio*, a Staff; *titio*, a Fire-brand; *papilio*, a Buttersfly; *vespertilio*, a Bat; *unio*, a Pearl: item *ternio*, *quaternio*, *senio*, the Numbers, three, four, six.

21. Adjice femineis DO, GO: sed mascula *cudo*, *Harpago*, sic *ordo*, simul *udo*, *tendo*, *ligoque*.
Rarius hæc *margo* vati est, hic sæpe *cupido*.
Arrhabo cum *cardo* muliebria vix imitanda.

Exc. 3. A regula nominum in O excipiuntur etiam in DO & GO finientia, quæ feminina sunt: ut, *hæc arundo*, a Reed; *hæc imago*, an Image.

✠ Masculina tamen sunt: *cudo*, a Leather Cap; *harpago*, a Drag, or Grapple; *ordo*, Order; *udo*, a Linen or Woollen Sock; *tendo*, a Tendon, that fastens the Muscles to the Bones; *ligo*, a Spade.

✠ *Margo*, The Brink of a River or Well, the Margin of a Book, frequentissime masculinum est: Juvenali autem femininum. *Cupido* pro amoris Deo, masc. est, per Reg. 1. pro cupiditate verò Poëtis sæpe est masculinum, Oratoribus autem semper femininum.

✠ *Arrhabo* Earnest, Varroni; *cardo*, a Vine. Graccho feminina sunt; at cum alii omnes masculinè utantur, priscos illos vix imitandos censuerim.

C. L. M. T.

22. Quod fit in L, vel T, C, vel M, neutralibus adde:
Mascula *sol*, *mugil*, ceu *sal*, quod rarius hoc vult.

In C & T, item L & M neutra sunt: ut, *hoc lac*, Milk; *hoc caput* the Head; *hoc animal*, a living Creature; *hoc scamnum*, a Desk.

Exc. 1. *Sol*, the Sun; *mugil*, a Mullet fish, masculina sunt.

Exc. 2. *Sal*, Salt, sæpius masculinum est, interdum neutrum: in plurali, *sales*, witty Sayings. Raileries, tantum masculinum est.

N.

23. Masculeum capit N. Finita in MEN dato neutris,
 Quæque secunda creat, cum *gluten* & *inguen* & un-
 Addideris *pollen*. *Sindon* petit hæc, & *aëdon*; [*guen*:
Alcyonem junges, data postea queis comes *icon*.

In N masculina sunt: ut, *hic pæan*, an Hymn in Honour of Apollo; *hic pecten*, a Comb; *hic delphin*, a Dolphin Fish; *hic canon*, a Rule.

Exc. 1. Finita in MEN neutra sunt: ut, *hoc carmen*, a Verse. Sic *gluten*, Glue; *inguen*, the Groin; *unguen*, Ointment; *pollen*, fine Flour.

Exc. 2. Item nomina secundæ in on Græca: ut, *hoc symbolon*, a Sign or Badge to know one tm; *symposion*, a Banquet: quæ Latinis in um efferuntur, *symbolum*, *symposium*.

Exc. 3. Feminina sunt, *sindon*, fine Linen; *aëdon*, a Nightingale; *alcyon*, a Bird called the King's Fisher; *icon*, an Image or Picture.

AR.

24. Postulat AR neutrum: sed masculeum *salar* optat.

Definentia in AR neutra sunt: ut, *hoc calcar*, a Spur.

Exc. *Salar*, a Trout, masculinum est.

ER.

25. ER capit hic. Neutrum plantæ fructusve requirunt:
 At *tuber* hic fructus; *tuber* quemcunque tumorem
 Significans neutrale petit; cumque *ubere spinther*,
Verque, *cadaver*, *iter*. Dabit hic aut hæc tibi *linter*.

In ER masculinum est: ut, *hic liber*, a Book; *hic imber*, a Shower.

Exc. 1. Fructuum aut plantarum nomina neutra sunt: ut, *piper*, Pepper; *cicer*, Vetches; *papaver*, Poppy.

† *Tuber*, primâ brevi, the Name of a Tree, femininum est, per Reg. 9. pro fructu ejus arboris, masculinum. *Tuber* verò, primâ longâ, neutrum est, & varia habet significata, viz. a Wren, 2. denotat Crescenciam, a Mushroom, a Knob in Trees. &c.

Exc. 2. Neutra etiam sunt, *uber*, a Pap. Fatness; *spinther*, a Noack or Clasp. *ver*, the Spring-time; *cadaver*, a dead Carcase; *iter*, a Journey.

Exc. 3.

Exc. 3. *Linter*, a little Boat, & masculinum & femininum invenitur.

OR.

26. Hic dat OR. *Hæc arbor : cor, adorque hoc, marmor & æquor.*

In OR masculina sunt : ut, *hic calor*, Heat.

Exc. 1. Unicum est femininum, *arbor*, a Tree.

Exc. 2. Quatuor neutra sunt ; *cor*, the Heart ; *ador*, Wheat ; *marmor*, Marble ; *æquor*, the Sea, a Plain.

UR.

27. Hoc dat UR. *Hic fursur capiet, cum vulture turtur.*

In UR neutra sunt : ut, *hoc murmur*, a Noise.

Exc. Tria sunt masculina ; *fursur*, Bryan ; *vultur*, a Vulture ; *turtur*, a Turtle-dove.

AS.

28. As petit hæc. Neutrum est *vas vasis*, queisque Pelasgi

Dant *atis* in patrio : quibus *antis*, mascula sunt : Adjicito quotquot format tibi flexio prima.

In AS feminina sunt : ut *hæc pietas*, Piety.

Exc. 1. *Vas vasis*, a Vessel, neutrum est.

Exc. 2. Neutra etiam sunt nomina Græca, quæ genitivum per *atis* formant, penultimâ correptâ : ut, *artocreas*, a Pie ; *crisipelas*, a Soze, commonly called St. Anthony's Fire.

Exc. 3. Græca genitivum in *antis* mittentia masculina sunt : ut, *adamas*, an Adamant ; *elephas*, an Elephant.

Exc. 4. Masculina etiam sunt nomina primæ in *as* : ut, *pareas*, a kind of Serpent ; *asterias*, a Bird of the Heron kind ; *tiaras*, a Turban or Mitre.

ES.

29. Hæc dabit ES. Capient *ales* hic hæcve, *palumbes*, Atque *dies* ; sed mas proles : mas *poples & ames*, *Fomes, pes, paries, palmes*, cum limite *stipes*, Queis addes *trames, termes*, cum gurgite *cespes* ;

Et

Et quæ fonte fluunt Graio : sed neutra capeſſunt
Hippomanes, panaces, nepenthes, ſic cacoëthes.

In ES feminina ſunt : ut, *hæc ſedes, a Seat ; hæc res, a Thing.*

Exc. 1. Dubii generis ſunt, *alës, a Bird ; palumbes, a Ring-dove, or Corn-shot Dove ; dies, a Day.* Dies tamen Oratoribus ſæpius maſculinum : pro longo autem tempore Poëtis ſerè femininum, in plurali ſemper maſculinum eſt.

Exc. 2. *Meridies, à medius & dies compositum, the Mid-day, or Noon,* tantùm maſculinum eſt.

Exc. 3. Maſculina etiam ſunt duodecim nomina Latina tertiaræ declinationis : *poples, the Ham of the Leg ; ames, a Fowler's Staff ; fomes, Ffuel ; pes, the Foot ; paries, a Wall ; palmes, a Vine-branch ; limes, a Bound or Limic ; ſtipes, the Stock of a Tree ; trames, a Path ; termes, an Olive-Bough, an Amp ; gurgēs, a Whirl-pool, a Gulph ; ceſpes, a Turf.*

Exc. 4. Maſculina denique ſunt omnia in ES Græca ; ſive primæ ſint declinationis : ut, *cometes, a Comet ; achates, an Agate-stone ; aromatites, Wine brewed with Spices, Hippocras ; ſive* tertiæ : ut, *lebes, a Cauldron or Kettle ; magnes, the Load-stone ; acinaces, a Perſian Sword or Scimitar.*

Exc. 5. Hæc autem Græca neutra ſunt ; *hippomanes, a certain kind of Venom which grows in the Forehead of a Foal ; panaces, an Herb of ſovereign Virtue, All-heal ; nepenthes, another Herb which driveth away Sadneſs, kill-grief ; cacoëthes, an evil Cuſtom.*

IS.

30. Is dabo femineis, Sunt maſcula *piscis & axis, Glis, callis, vermis, vectis, mensis, cucumisque, Mugilis & poſtis, cum ſanguine, faſcis & orbis, Fuſtis item, collis, caulisque, & follis, & enſis, Serpentemque notans cenchrus, cum vomere, torris, In NIS finitum Latium, lapis, unguis, aqualis.*

In IS feminina ſunt : ut, *hæc avis, a Bird ; hæc vallis, a Valley.*

Exc. 1. Multa ſunt maſculina ; viz. *piscis, a Fiſh ; axis, an Arſe-tree ; glis, a Hat ; callis, a beaten Road ; vermis, a Worm ; vectis, a Heaver ; mensis, a Month ; cucumis, a Cucumber ; mugilis, (& contractè mugil) a Mullet-fiſh ; poſtis, a Poſt ; ſanguis, Blood ; faſcis, a Bundle ; orbis, a Circle, the World ; fuſtis, a Staff*

Staff; *collis*, a Hill; *caulis*, the Stalk of an Herb; *foliis*, a Pair of Bellows; *ensis*, a Sword; *cenchris*, genitivo *cenchris*, a kind of speckled Serpent: [at *cenchris*, *cenchridos*, a kind of Hatch, a Hattrel, femininum est] *vomis* vel *vomer*, the Plowshare; *torris*, a Fire-brand; *lapis*, a Stone; *unguis*, the Nail; *aqualis*, a Water-pot, an Ewer.

Masculina etiam sunt nomina Latina in NIS exeuntia: ut, *panis*, Bread; *crinis*, the Hair, Græca verò in NIS feminina sunt: ut, *tyrannis*, Tyranny; *coronis*, the Top of any Thing, the Cap-stone.

31. Hic aut hæc *finis*, *clunis*, cum *torque*, *canalis*,
Dant, *scrobis*, ac *anguis*: *corbis* muliebri præoptat:
Masculæo potius gaudent *pulvis*, *cinis*, *amnis*.

Exc. 2. A regula etiam excipiuntur nomina sequentia dubii generis: *finis*, the End; *clunis*, the Buttock; *torquis*, a Chain; *canalis*, a Conduit-pipe; *scrobis*, vel *scrobs*, a Ditch; *anguis*, a Serpent; *corbis*, a Twig-basket; *pulvis*, Dust; *cinis*, Ashes; *amnis*, a River.

Ex his autem sex priora, licet sæpissimè feminina, paulò tamen frequentius masculina inveniuntur. *Finis* verò, pro *limitibus agrorum*, masculino tantum legitur. *Corbis* feminino; *pulvis*, *cinis*, *amnis*, masculino, longè usitatiùs usurpata reperimus.

OS.

32. OS maribus detur. Sunt neutra *chaos*, *melos*, *os*, *os*;
Postulat hæc *arbos*, *cos*, *dos*, & origine Græcâ
Orta *eos*, *arctos*, *perimetros* cum *diametro*.

In OS masculina sunt: ut, *hic flos*, a Flower; *hic ros*, Dew.

Exc. 1. Quatuor neutra sunt: *chaos*, a confused Mass; *melos*, a Song; *os*, *oris*, the Mouth; *os*, *offis*, a Bone.

Exc. 2. Tria Latina feminina sunt: *arbos* vel *arbor*, a Tree; *eos*, a Whetstone; *dos*, a Dowry, an Accomplishment. Item, hæc Græca; *eos*, the Morning; *arctos*, one of the two Constellations, called the greater and the lesser Boars; *perimetros*, the Circumference of a Circle; *diametros*, the Diameter of it.

US secundæ & quartæ declinationis.

33. Nomen in US mas est, seu quartæ sive secundæ.

In US tam secundæ quàm quartæ declinationis masculina sunt: ut, *hic annus*, a Year; *hic vultus*, the Countenance.

34. Hæc

34. *Hæc domus & vannus, pro fructu ficus, & alvus ; Sic humus atque manus, poscunt: acus addito quartæ; Porticus atque tribus. Caput hoc virus pelagusque.*

Exc. 1. In secunda declinatione feminina sunt: *vannus*, a Siebe; *alvus*, the Belly; *humus*, the Ground. In quarta autem; *manus*, the Hand; *porticus*, a Gallery; *tribus*, a Tribe. Item, *domus*, a House, partim secundæ, partim quartæ: *ficus*, a Fig-tree, or Fig, tam secundæ, quàm quartæ: [Pro morbo autem vulgò masculinum statuitur.] *Acus* denique quartæ femininum est, a Needle. *Acus* autem, *aci*, secundæ, a kind of prickly Fish, masculinum. At *acus*, *aceris*, Chaff, tertiæ, & neutrum est.

Exc. 2. In secunda declinatione duo sunt neutra: *virus*, Poison; *pelagus*, the Sea.

35. Nomen in OS Græcum, quod in US mutare Latini sæpè solent, normam sequitur plerumque virilem: Feminineum sed multa petunt: ut, *abyssus*, *eremus*, *Antidotusque*, *pharus*, *dialectus*, *carbafus*: adde *Ex odos & phthongos* genitum, quæque à generali Voce genus plantæ & gemmæ capiunt muliebre.

Exc. 3. Ex nominibus Græcis in OS terminatis, quæ Latino more plerumque in US exeunt, plurima quidem, Græcorum consuetudinem secuta, masculina sunt: ut, *cyathus*, a Goblet; *gyrus*, a Circle; *dialogus*, a Dialogue; *bolus*, a Morsel.

✱ Multa autem, Græcorum itidem imitatione, feminina sunt: ut, 1. *Abyssus*, a bottomless Deep; *eremus*, a Desert; *antidotus*, an Antidote; *pharus*, a Watch-tower; *dialectus*, a Manner of Speech in any Language different from others; *carbafus*, a Sail.

2. *Ex odos & phthongos* composita: ut, *periodus*, a Period or perfect Sentence; *methodus*, a Method; *diphthongus*, a Diphthong, or two Vowels in one Syllable; *monophthongus*, a single Vowel.

3. Quædam gemmarum seu lapidum pretiosorum nomina, quæ, ob vocem generalem *gemma* intellectam, feminino genere posita videntur: ut, *amethystus*, the Amethyst; *chrysolithus*, the Chrysolite: sic *crystallus*, Crystal; *sapphirus*, the Sapphire; *chryso-prasius*, a kind of Topaz; *leucochrysus*, a kind of Jacinth stone; *topazius*, a Topaz.

✱ Cetera autem ejusmodi serè masculina sunt: ut, *beryllus*, the Beryl;

Beryl; *carbunculus*, the Carbuncle; *opalus*, the Opal; *pyropus*, a Ruby; *smaragdus*, the Emerald.

4. Quædam denique plantarum seu fructuum nomina, ob subauditam vocem *planta*: ut, *papyrus*, an Egyptian Reed of which Paper was made; *biblus*, the same; *nardus*, Spikenard; *byssus*, fine Flax, or Linen made of it; *hyssopus*, Hyssop; *costus*, the Verb Costmary; *crocus*, Saffron, &c.

✠ Reliqua verò plerumque sunt masculina: ut, *asparagus*, Asparagus, by the common People called Sparrow-grass; *elleborus*, Ellebore; *intybus*, Endive, or Succory; *raphanus*, Radish; or Colewort, &c.

US tertie declinationis.

36. Postulat US neutrum, quoties id tertia flectit.

In US tertie declinationis neutra sunt: ut, *hoc litus*, the Shore; *hoc onus*, a Burden.

37. Femininum voluere *palus*, *subscus*que, *salus*que, Quæque *senex*, *juvenis*, cum *servio*, nomina formant. Et *virtus*, *incus*. At mascula sunt *lepus* & *mus*, Et *pus* compositum: petit at muliebri *lagopus*.

Exc. 1. Pauca nomina in Us tertie declinationis feminina sunt: viz. *palus*, a Fen or Bog; *subscus*, A Nail of Timber or Iron to fasten Boards together, a Dove-tail; *salus*, Wealth. Safety; *senectus*, old Age; *juventus*, Youth; *servitus*, Bondage; (a *senex*, *juvenis* & *servio* derivata:) *virtus*, Virtue or Valour; *incus*, a Smith's Anvil.

Exc. 2. Masculina sunt *lepus*, a Hare; *mus*, a Mouse. Item, composita ex *pus*, seu πῦς Græco, i. e. *pes*: ut, *tripus*, a Pot, or any thing else that hath three Feet; *chytropus*, a Tribet or Brand-iron. ✠ Femininum autem est *lagopus*, a kind of Bird, also an Herb called Hare's Foot.

Dubia in US.

38. Hic aut hæc donant *balanus*, *specus*, atque *phaselus*, *Barbitus*, atque *penus*, *grossus*: sed *grus*, *atomus*que Femininum potius cupiunt; *colus* adde, virile Quod rarò invenies, muliebri at contrà *camelus* Est ubi nonnunquam videas. Vult hic dare *vulgus*, Sed magis hoc, Ternæ *specus* & *penus* addito neutris.

1. Nomina in US sequentia sunt dubii generis: *hic* aut *hæc* *balanus*, the Fruit of the Palm-tree; *specus*, a Den; *penus*, a Store-house; all kind of Provisions; *phaselus*, a little Ship, a Barch; *barbitus*, a Harp, a Dulcimer; *grossus*, a green Fig. *Specus* autem & *penus* tertiæ, neutra sunt.

2. *Grus*, a Crane; *atomus*, an Atom, sæpius feminina, rarissime masculina leguntur. *Colus*, a Distaff, uni Catullo masculinum, *Camelus*, a Camel, soli Plinio femininum est.

3. *Vulgus*, the Rabble, vel masculini est, vel neutri generis, at sæpius neutri.

YS.

39. Nomen in YS Græcum est, genus & sibi femininum vult.

In YS desinentia Græca sunt, & feminini generis, ut, *hæc chelys*, a Harp; *hæc chlamys*, a Soldier's Cloak.

S præcedente diphthongo.

40. *Æs* neutrale petit: *laus*, *fraus*, muliebria sunt.

Æs cum æ diphthongo, *Brass*, *Money*, neutrum est. *Laus*, Praise; *fraus*, Deceit, feminina sunt.

S præcedente consonante.

41. S dato femineis, si consona ponitur ante.

Mascula sed *pons*, *font*, *mons*, *seps*, dum denotat anguem;

Et quæis P præit S polysyllaba, *forcipe* dempto, *Densque*, *chalybs*, cum *gryphe*, *rudens*, quod rarius hæc vult.

Hic aut hæc *serpens* dat, *serobs*, *stirps* truncus, *adepsque*.

Dans *animans* genus omne, tamen muliebri præoptat.

In S, præcedente consonante, feminina sunt: ut, *hæc trabs*, a Beam; *puls*, Portage; *hyems*, Winter, *mens*, the Mind; *slips*, a Penn; *ars*, Art.

Exc. 1. Masculina sunt, *pons*, a Bridge; *font*, a Well; *mons*, a Hill; *seps*, a kind of Serpent; [at pro sepimento, a Wedge, femininum est.] Masculina etiam sunt nomina in PS, plures syllabas quam

quàm unam habentia: ut, *hydrops*, an *Hydropisy*; *merops*, a large kind of Tit-mouse; *epops*, a Hawking. At *hæc serceps*, a Pair of Tongues, regulam servat. Masculina porro sunt, *dens*, a Tooth; *chalybs*, Steel; *gryps*, a Giffon; *rudens*, a Cable, quod Plautus & Vitruvius in feminino extulerunt.

Exc. 2. Dubiū generis sunt, *hic aut hæc serpens*, a Serpent; *scrobs*, a Ditch; *adeps*, Fatness; *stirps*, pro truncō arboris, the Stock of a Tree; at pro progenie, vel origine generis, Offspring, or, Extraction. tantum femininum est.

Exc. 3. *Animans*, a living Creature, omni in genere reperitur, rarius autem in masculino, frequentius in feminino vel neutro.

X.

42. Hæc petit X. *Ax*, ex maribus polysyllaba jūge;
Dic tamen hæc *fornax*, *smilax*, *carex*, velut *balax*,
Et cum prole *panax*, & *forfex* atque *supellex*.

In X literâ finita feminina sunt; ut, *pax*, Peace; *lex*, a Law; *pix*, Pitch; *vox*, the Voice; *lux*, Light; *falx*, a Hook; *lance*, a Platter; *arx*, a Castle. Sic *cicatrix*, the Mark of a Wound, a Scar; *celox*, a Nacht or Fly-boat; *balux*, Gold-ore.

Exc. 1. Nomina polysyllaba in AX & EX desinentia masculina sunt: ut, *thorax*, the Breast or a Breast-plate; *frutex*, a Shrub.

✱ Ex polysyllabis autem in AX & EX sequentia feminina sunt; *fornax*, a Furnace; *smilax*, a kind of Berry like Ivy, that runneth upon Trees, Hopeweed; *carex*, a Sedge; *balax*, a Pickering, a kind of Pickle; *panax*, idem quod *panaces*, the Herb All-heal; *opopanax*, the Juice of that Herb; *forfex*, a Pair of Sheers; *supellex*, Household-stuff, Furniture.

43. Masculina sunt *calix*, *phœnix*, pro vermeque *bombyx*,
Et *coccyx*, *fornix*, & *onyx* vas, aut lapis unde
Vas fit; *oryx*, *tradux*, *grex* his adjuuge *calyx*que.
Femineo interdum data *tradux* cum grege cernes.

Exc. 2. Masculina etiam sunt sequentia in X: *calix*, a Cup; *phœnix*, a Bird so called; *bombyx*, a Silk-morm: [pro materia autem vestis bombycina, Silk, femininum est:] *coccyx*, a Cuckoo; *fornix*, a Vault, *Onyx*, pro lapide alabastrite, aut vase inde confecto, Alabaster, or an Alabaster Pot or Vessel: [at pro gemma, a kind of Jewel so called, tantum femininum;] *oryx*, a Wild-goat; *tradux*, a Grass, or Off-set of a Vine; *grex*, a Flock; *calyx*, the Bud of a Flower.

✱ *Græx* tamen apud Lucretium, & *tradix* apud Columellam feminina inveniuntur.

Dubia in X.

44. Hæc modò femineis, maribus modò juncta videbis;
Calx pro parte pedis metâve laboris, & *hystrix*,
Imbrex; *sardonychem* jungas, *rumicem* *silicem*que:
 Hic mage vult *cortex* & *obex*, cum *pumice* *varix*:
 Hæc potiùs *limax*, *lynx*, & cum *sandice* *perdix*:
Atriplici neutrum melius dabo quàm muliebre.

Exc. 3. Hæc nomina in X sunt dubii generis: *hic* aut *hæc calx*, tam pro *calcæque*, the Heel; quàm pro *sine vel meta*, the End of a thing, the Boas: [pro *lapide* autem *colto*, Ume, tantùm femininum:] *hic* aut *hæc hystrix*, a Porcupine; *imbrex*, a But-ter-tile for carrying off Rain; *sardonys*, a precious Stone; *rumex*, the Verb Sorrel or Sow-dock; *silix*, a Flint.

Item, *cortex*, the Bark of a Tree; *obex*, a Bar or Bolt; *pumex*, a Pumice stone; *varix*, a swollen Vein: quæ raro femini-na inveniuntur.

Item, *limax*, a Snail; *lynx*, a Beast of a very quick Sight; an Ounce; *sandys*, a kind of red or purple Colour; *perdix*, a Partridge; quæ multo frequentius in feminino, quàm masculino occurrunt.

Denique *atriplex*, the Verb called Orange; Macro quidem inferioris ætatis poetæ, femininum est; neutrum verò Plinio, ejus major & potior auctoritas.

I, Æ, A & E pluralia.

45. I maribus plurale dabis: muliebre sed Æ vult:
 Ast A, & E Græcum, cupiunt neutralibus addi.

Nomina singulari carentia in I, masculina sunt: ut, *bi-liberi*, Children; in Æ feminina; ut, *hæc cuna*, a Cradle: in A. neutra: *hæc arma*, Arms.

Neutra etiam sunt quædam nomina Græca in E pluraliter desinentia: ut, *hæc mele*, Songs; *cete*, Whales; *Tempe*, a pleasant Place in Thessaly.

Alia nomina, vel toto singulari, vel ejus Nominativo carentia.

46. In reliquis primo numero primivè carentum
 Recto, animo qualem vocum natura reposcat,

Concipito talem : sic à *prece prex* tibi forma :

Hic dat *casse* tamen, dat & *impete* ; *verbere* vult hoc ;

Hic *veprem*, *pecudis* capit hæc ; hæc postulat *Idus*.

Cetera sunt alio meliùs memoranda libello.

In aliis nominibus, sive toto singulari, sive ejus nominativo carentibus, talis mente fingendus est nominativus, qualem vocum analogia requirat ; indeque, ex supra traditis terminationum regulis, genus est inveniendum. Hoc pacto, *precis*, a *Præper*, feminini generis est ; quia si quem unquam nominativum habuerit, is *prex* videtur fuisse, adeoque & generis feminini, per Regulam de nominibus in X. Sic *injussu*, ablat. sing. without *Leave*, masc. *fores*. nom. plur. a *For* ; fem. *feminis*, genit. sing. the *Triph*, neutr. ab inusitat. nominativis sing. *injussus*, *foris*, *semen*, &c.

Exc. Hi ablativi *casse*, a *Pet*, masc. *impete*, with *Force*, masc. *verbere*, a *Scourge*, neut. ab obsoletis nominativis, *castis*, *impes*, vel *impetis*, & *verber* : item accus. *veprem*, a *Beet*, masc. genit. *pecudis*, a *Beast*, femin. ab antiquo nomin. *vepres* vel *vepris*, & *pecus* : item nom. plur. *Idus*, certain Days of each Month fem. ab inusitat. sing. *Idus* : contra quam earum vocum terminationes postulabant. Sed de his aliisque ejusmodi nominibus defectivis, suscipis in cap. tertio ageamus.

C A P. II.

De Regulari Nominum Declinatione.

DECLINATIO est, vocum per suos casus & numeros variatio.

CASUS est, certa vocis in declinando terminatio.

Casus sunt sex : *Nominativus*, *Genitivus*, *Dativus*, *Accusativus*, *Vocativus* & *Ablativus*.

Ex his *Nominativus* RECTUS dicitur, ceteri OBLIQUI.

NUMERUS est, unius & multorum distinctio.

Numeri igitur sunt duo ; *Singularis* & *Pluralis*.

Singularis est, qui rem unam ; *Pluralis*, qui res plures significat : ut, *homo*, *homines*.

Declinationes sunt quinque ; *Prima*, *Secunda*, *Tertia*, *Quarta* & *Quinta*.

Earum differentia ex Genitivo singulari vulgò petuntur : Genitivus enim Primæ plerumque in æ diphthongon, Secundæ in *i*, Tertiæ in *is*, Quartæ in *us*, Quintæ denique in *ei*, definit.

Declinatio alia est *Regularis*, alia *Irregularis*,

Declinatio

Declinatio Regularis est, quæ certas & communes declinandi regulas observat.

Declinatio irregularis est, quæ à regulis hæc communibus recedit.

Declinationum *Regulæ* duplices sunt; vel *Generales*, sive omnium Declinationum communes; vel *Speciales*, sive suæ cujusque Declinationis propriæ.

REGULÆ GENERALES.

1. **C**OMpositum simplexque modo flectuntur eodem. Demitur *exsanguis*, nec non *Capricornus* & *angiportus*, & orta *manus*; quæ pluraque postea dicam.

Nomina composita eodem modo declinantur quo simplicia: ut, *pes*, *pedis*, the Foot; *bipes*, *bipedis*, two footed.

Exc. At *exsanguis*, bloodless, dead, in Genitivo habet *exsanguis*, licet simplex *sanguis sanguinis* faciat. Sic *Capricornus*, the Sign Capricorn, *Capricorni* flectitur, quamvis cornu sit quartæ. *Angiportus*, a narrow Lane or Street, Ciceroni quidem & Horatio quartæ, Plinio verò secundæ, Vitruvio utriusque declinationis est: at *portus* semper quartæ. Item *unimanus*, that has one Hand, & cetera ex *manus* composita, sunt secundæ declinationis, quamvis *manus* sit quartæ.

¶ Reliqua melius in sua quæque declinatione declarabuntur.

2. Rectum in compositis tantum variato: priorem Immotum *alteruter* crebro tenet, ac *olusatrum*.

In compositis rectus tantum casus declinatur, sive in altera, sive in utraque parte compositi sit: ut, *juris-peritus*, *jurisperiti*, *jurisperito*, &c. a Lawyer; *respublica*, *rei-publicæ*, *rei-publicæ*, *republicam*, &c. the Commonwealth.

Exc. *Alter-uter* tamen, *alter-utrius*, *alter-utri*, &c. sæpius declinatur; minus usitate *alterius-utrius*, *alteri-utri*, &c. annone of two. Sic *olus-atrum*, *olus-atri*, &c. interdum *oleris-atri*, the Verb Allisander.

3. In neutris primus, quartus, quintus similes sunt: Queis in a pluralis semper, cum flectimus, exit.

Ambo, *duo*, at legem spernunt, & paucula Græca.

Nomina neutri generis, in quacunque declinatione, habent tres casus similes, nominativum, accusativum & vocativum, in utroque numero, & hi casus, si declinentur, pluraliter in a exeunt: ut, *li-*

ignum, Wood; corpus, a Body; tonitru, Thunder: & pluraliter, ligna, corpora, tonitrua.

Excipe, ambo, both; duo, two: item, cete, Whales; mele, Songs; pelage, Seas, Græca vocabula.

4. Est primo quintus similis. Sed Græcus s aufert
Sæpe; velut *Thoma, Theseu, Panthu, Pari, Palla.*

Vocativus utriusque numeri similis est nominativo: ut, *penna, a Pen; puer, a Boy; panis, Bread; vultus, the Countenance; spes, Hope: & penna, puer, panis, vultus, spes, & pluraliter, pennæ, pueri, panes, vultus, spes: & & pennæ, pueri, panes, &c.*

Exc. Nomina Græca in S literam terminata, sæpe in vocativo eam abjiciunt: ut, *Thomas, & Thoma; Theseus, & Theseu; Panthus, & Panthu; Paris, & Pari; Pallas, & Palla; virorum propria.*

5. Syncopa plurali nonnunquam fit Genitivo.

Syncopa aliquando fit in genitivo Plurali, idque in omni declinatione, præterquam quintâ: ut, *cælicolam pro cælicolarum; deum, pro deorum; cælestam, pro cælestium; currum, pro currum.* Est autem Syncope ablatio literæ vel syllabæ de medio dictionis.

6. Plurali terno similis vult esse Latinus.

Dativus & ablativus plurales omnium declinationum semper sunt similes: ut *pennis, pueris, panibus, vultibus, diebus.*

REGULÆ SPECIALES.

Prima Declinatio.

7. **P**rima dat AS, ES, E, rectis, & A flexio, fines.

Prima Declinatio quatuor habet nominativi singularis terminationes, AS, ES, E & A: quarum tres priores tantum Græcæ sunt: ut, *Aeneas, Anchises, nomina virorum; Circe, feminæ nomen: ultima tum Græca, tum Latina: ut, philosophia, Philosophie, mensa, a Table.*

8. *Æ* genitivus habet: veteres quem sæpe per *ai* Solvere, nonnunquam per & *as* finire solebant; Quo magè *familias* compositum nunc quoque gaudet. *E* sed more suo transibit in *es* tibi Græcum.

Genitivus singularis definit in *æ* diphthongon : ut, *Æneæ*, *Anchisæ*, *mensæ*.

✠ Veteres frequenter *æ* in *ai* per duas syllabas dissolvebant : ut, *aulai*, pro *aulæ*, a Hall ; *Lunai*, pro *Lunæ*, the Moon ; *pictai*, pro *pictæ*, painted.

✠ Vetustissimi Scriptores ad imitationem Græcorum genitivum etiam in *as* terminârunt : ut, *auras*, pro *auræ*, the Air or Wind ; *vias*, pro *viæ*, a Way. * A familia composita, *as* sæpius, quàm *æ*, genitivo habent : ut, *pater-familias*, the Master of a Family ; *mater-familias*, the Mistress of it.

Exc. Nomina in E Græco more genitivum in *es* mittunt : ut, *Circe*, *Circes*.

9. *Æ* quoque vult ternus : dat & *e* cui rectus in E fit.

Dativus etiam definit in *æ* diphthongon : ut, *Æneæ*, *Anchisæ*, *Circeæ*, *mensæ*.

✠ Nomina in E quandoque *e* simplex in dativo retinent : ut, *Penelope*, *Cybele*.

10. *Am* faciet quartus. Finita per AS vel A Græca
An quandoque volunt. En ES, E, rariùs *em*, dant.

Accusativus finitur in *am* : ut, *mensam*.

Exc. Nomina in AS, Historicis quidem rarò, Poëtis verò sæpiùs, accusativum per *an*, formant : ut, *Æneam*, vel *Ænean*. Græca autem propria in A, à solis Poëtis, idque metri ferè gratiâ, in *an* terminantur : ut, *Majan*, *Æginan*, seminarum nomina ; pro *Majam*, *Æginan*.

Exc. 2. In ES & E finita accusativo *en* habent : ut, *Anchisen*, *Circen*. * Interdum, licet rariùs, in *em* desinentia inveniuntur.

11. *A* sextus donat. Capit *e* quod finit in ES, E.

Ablativus in *a* definit : ut, *Æneâ*, *mensâ*.

Exc. Nomina in ES & E terminata, ablativum in *e* faciunt : ut, *Anchise*, *Circe*.

12. Primus pluralis fit in *æ* : Genitivus in *arum*.

Nominativus pluralis exit in *æ* diphthongon, genitivus in *arum* : ut, *etesiæ*, *etesiærum*, a kind of Trade-winds that blow constantly from the North for 40 Days together in the Dog-days ; *cometæ*, *cometarum*, Comets ; *epitomæ*, *epitomarum*, Abridgements ; *mensæ*, *mensarum*, Tables.

13. Tertius is poscit. Cupiunt tamen hæc magis *abus* ;
Filia, mula, duæ, liberta, equa, nata, dea, ambæ.

Dativus, ac proinde ablativus, pluralis desinit in *is* : ut, *etefias, cometas, epitomis, mensis.*

Exc. Pauca substantiva *abus* hisce in casibus frequentius habent : *filia* & *nata*, a Daughter; *mula*, a She-mule; *liberta*, a freed Woman; *equa*, a Mare; *dea*, a Goddess: differentie, sciz. causâ, ne de maribus sermo videatur. Item hæc adjectiva semper, *duæ* & *ambæ*.

14. Accusativus pluralis semper in *as* fit.

Accusativus pluralis terminatur in *as* : ut, *etefias, cometas, epitomas, mensis.*

Secunda Declinatio.

15. **H**Os, ER, IR, UR, fines, US & UM, capit ordo secundus :

Adjicito Græcos OS & ON, per US, UM, variandos.

Secunda declinatio continet terminationes septem ; quinque Latinas, ER, IR, UR, US, UM : ut, *puer, vir, satur, ventus, regnum* : & duas Græcas, OS & ON, quæ sæpè à Latinis in US & UM vertuntur : ut, *Alpheos* vel *Alpheus*, a River in Greece; *Ilion* vel *Ilium*, the City Troy.

16. I patrius casus, recto parisyllabus, optat.

At superant IR & UR, *prosper, puer, asper, adulter,*

Presbyter atque *tener, miser, exter, gibber, Iberque.*
 Et *gener* atque *socer, lacer, orta gero, fero, liber,*
Mulciber & *vesper* ; queis rarius adjice *dexter.*

Sæpè (duo si sint) vates *i* rejicit unum.

O quandoque dabit quod in OS fit more Pelasgo.

Genitivus secundæ declinationis in *i* desinit, & plerumque nominativo syllabarum numero est æqualis : ut, *magister, magistri ; ventus, venti ; regnum, regni.*

Exc. 1. Sequentia nomina R literâ terminata genitivum unâ syllaba

labâ augment. 1. Quæcunque in IR desinunt: ut, *vir, viri*; & ejus compolita, *femivir, triumvir, centumvir, levir*, &c. item gentile *Trevir*. 2. Unum in UR, *satur, saturi*. 3. In ER, septem substantiva; *puer, pueri*, a Boy; *adulter, adulteri*, an Adulterer; *presbyter, presbyteri*, an Elder; *gener, generi*, a Son-in-law; *socer, soceri*: a Father-in-law; *Mulciber, Mulciberi*, the Name of the God Vulcan; *vesper, vesperi*, the Evening. Item hæc adjectiva, *prosper, prosperous*; *asper, rough*, sharp; *tener, tender*; *miser, wretched*; *exter, foreign*; *gibber, crook-backed*; *lber, a Spaniard or Iberian*; *lacer, torn or rent*; item compolita à verbis *gero* & *fero*: ut, *laniger, that bears Wool*; *opifer, that brings help*, &c. His adde, *liber, liberi*, priore longâ; sive adjectivum, pro eo qui sui juris est, free; sive substantivum, pro *Baccho*, the God of Wine. [At *liber* primâ brevi, tam pro interiore arboris cortice; the inner Bark of a Tree; quàm pro codice, a Book; *libri* facit.] *Dexter* denique, right, favourable; vel *dextri*, vel *dexteri* declinatur, sæpiùs *dextri*.

Exc. 2. Quando genitivus terminatur in duo ii, solet alterum causâ metri interdum abjici: ut, *Antonius, Antous, Anthony*, a Man's Name; *tugurium, tugurs*, a Cottage, pro *Antonii, tugurii*.

Exc. 3. Pauca Græca in OS, quæ à nominibus Atticæ dialecti in òs veniunt, genitivum quandoque in o faciunt: ut, *Androgeos*, the Name of a Man; *Athos*, a Hill in Thrace; *Androgeo, Atho*.

17. *Unus, uter, neuter*, cum *solus* & *ullus* & *alter*, Atque *alius, totus, nullus*, licet omnibus olim Quæ reliquis par norma fuit, nunc in genitivo Dant *ius, i* terno, nullo discrimine flexûs.

Hæc sequentia adjectiva genitivum in *ius*, dativum in *i* terminant, tam in prima, quàm in secunda declinatione: *unus, una, unum*, one; *unius, unius, unius*; *uni, uni, uni*. Sic *uter, whether* of the two; *neuter, neither*; *solus, alone*; *ullus, any*; *alter, another* of two; *alius, another* of more than two; *totus, whole*; *nullus, none*.

† Veteres hæc nomina, ut alia adjectiva primæ & secundæ declinationis flectebant, *uni, unæ, uni*; *uno, unæ, uno*, &c.

18. *Tertius* & *sextus* formantur in o tibi casus.

Dativus & ablativus in o desinunt: ut, *magistro, vento, regno*.

19. Postulat *um* quartus: quandoque per *on* loco Græca.

Accusativus exit in *um* : ut, *magistrum, ventum*.

Exc. Nomina Græca, quæ in OS vel US definiunt, accusativam nonnunquam faciunt in *on* : ut, *Delus* vel *Delos*, *Delum* vel *Delon*, the Name of an Island.

20. US si rectus habet casus, per *e* vertito quintum.

At *populus* dat & *us*. DEUS immutabile perstat.

Filius i *Genius*que petunt, in IUSque Latina

Propria. Sed quintum, doctas imitatus Athenas,

Servat in US recto similem quandoque Poëta.

Nomina in US faciunt vocativum in *e* : ut, *ventus, vente*.

Exc. 1. *Populus*, a People. *popule* vel *populus* habet.

Exc. 2. DEUS, & DEUS, absque mutatione facit.

Exc. 3. *Filius*, a Son; *Genius*, an Angel, which the Athenians thought was appointed to every Man to guide and defend. or to punish them; one's natural Inclination: item nomina propria Latina in IUS : ut, *Julius, Propertius*, abjiciunt *us*, & *fili*, & *Geni*, & *Juli*, & *Properti*.

Exc. 4. Poëtæ, Atticorum imitatione, quibus vocativus semper similis est nominativo, *us* interdum in vocativo retinent : ut, *fluvius, Latinus*, apud Virgilium; *Memmius*, apud Lucretium; & *patrius sanguis*, apud Persium; pro *fluviæ, Latine, Memmi, patriæ*, &c.

21. Primus pluralis capit *i*. Vult patrius *orum*;

Græcus & *on* raro. *Is* ternus, quartus & *os* dat.

Nominativus pluralis definit in *i* : ut, *ventus, venti*; *Deus, Dei*, vel potius *Dii*. Genitivus in *orum* : ut, *ventorum, Deorum*.

Exc. Nomina Græca quandoque suo more *on* habent : ut, *Georgica, Georgicôn*, a Book of Husbandry.

Dativus terminatur in *is* : ut, *ventis, Deis*, sæpius *Diis*. Accusativus in *os* : ut, *ventos, Deos*.

22. *Ambo, duo*, neutri generis sunt masculicique :

Mas *o* vel *os* quartus donat : vult tertius *obus*.

✱ *Ambo* & *duo* singulari carent; pluraliter autem sic declinantur. Nom. *Ambo, duo*; *ambæ, duæ*; *ambo, duo*. Gen. *Amborum, duorum*, vel *duûm*; *ambarum, duarum*; *amborum, duorum*, vel *duûm*. Dat. *ambobus, duobus*; *ambabus, duabys*; *ambobus, duobus*. Accus. *ambos, duos*, (& rariùs, *ambo, duo*;) *ambas, duas*; *ambo, duo*. Vocativi nominativis, ablativi dativis similes sunt.

Tertia Declinatio.

23. **T**ertia multimodis inflexio finibus exit.
Is Latius genitivus habet; sed *os* usve Pelasgus.

Tertia declinatio plurimas habet terminationes, literas verò finales tredecim; viz. quinque vocales, A. E. I. O. Y. octo consonantes, C. D. L. N. R. S. T. X. Quorum exempla sequentibus regulis habentur.

Genitivus Latinè semper in *is* exit: more autem Græco, quo Latini in vocibus Græcis haud rarò utuntur, genitivus interdum in *os* terminatur: ut, *Phyllis*, *Phyllidos*, the Name of a Woman; interdum in *as*: ut, *Calisto*, *Calistas*, the Name of a Nymph.

A & E.

24. Semper A mittit *atis*, Vertes E per *is* genitivo.

1. In A, seu MA, Græca sunt, & additâ *tis* syllabâ genitivum faciunt: ut, *stemma*, *stemmatis*, Pedigree or Lineage.

2. In E finita mutant *e* in *is*: ut, *monile*, *monilis*, a Collar, a Necklace.

I & Y.

25. Dant *itis* orta *meli*. Sed *yos* per Y clausa requirunt.

1. In I finientia plerumque indeclinabilia sunt: ut, *gummi*, Gum; *zingiberi*, Ginger. Quædam tamen Græca, à *meli* (seu μέλι, i. e. *mel*), composita, faciunt genitivum in *itis*: ut, *hydromeli*, *hydromelitis*, Mead, or Water and Honey sod together; *oxymeli*, *oxymelitis*, Drink made of Vinegar and Honey.

2. Græca in Y faciunt *yos*: ut. *misy*, *misyos*, Ditriol; *moly*, *molyos*, an Herb of sovereign Virtue against Enchantments.

Q.

26. Addito *nis* post O. Dat *inis* muliebres DO, GO-que,

Ordo, velut *margo*, cum *cardine*, *Apollo*, *Cupido*, *Turboque* non proprium: cupit his *homo*, nemo-que jungi:

Unedo femineum tamen *onis* dat; *caro*, *carnis*.

Enis habent *Anio*, *Nerio*. Muliebria Græca

Us

Us capiunt patrio, reliquis o casibus optant.

More tamen Latio videas hæc flexa per *onis*.

Finita in O genitivum faciunt adjectâ nis syllabâ: ut, *draco, draconis*, a Dragon; *Macedo, Macedonis*, a Macedonian.

Exc. 1. In DO & GO feminina mutant O in *inis*: ut, *formido, formidinis*, Fear; *caligo, caliginis*, Darkness.

Item hæc masculini vel dubii generis, *ordo, margo, cardo* & *cupido; ordinis, marginis, &c.* Quibus adde *Apollo, Apollinis*, the God Apollo; *turbo, turbinis*, a Whirlwind, a Top or Toy that Boys play with: [at gladiatoris nomen *Turbo, Turbonis* facit] *homo, hominis*, a Man; *nemo neminis*, no one.

✱ *Unedo*, tamen, quamvis femininum videatur, *unedonis* facit, the Fruit of the Crab-tree, or the Tree itself.

Exc. 2. *Caro*, Flesh facit *carnis*.

Exc. 3. *Anio* habet *Anienis*, the Name of a River; *Nerio, Nerienis*, the Wife of the God Mars.

Exc. 4. Græca in O seminarum propria genitivum in *is*, reliquos casus nominativo similes habent; ut, *Dido*, gen. *Didis*, dat. *Dido*, &c. Interdum tamen Latino more declinantur, *Dido, Dido, nis, Didoni, &c.*

C. D. L.

27. *Is* subdunt C. D. L. sed *lac tis, lis sibi mel, fel.*

In C, D & L. terminata, addito *is* genitivum formant: ut, *halec, halecis*, a kind of Pickle; *David, Davidis*; *Bogud, Bogudis*, virorum nomina; *vestigal, vestigalis*, Custom or Toll; *exul, exulis*, a banished Person.

Exc. At *lac*, Milk, t interposito, *lactis*; *mel, Mellis*; *fel, Gall*, l geminato, *mellis* & *fellis* faciunt.

N.

28. Additur *is* post N. Tamen *on* quandoque dat *ontis*; Donat *inis* neutrum, *pecten, flamen, cano* natum.

Nomina in N genitivum faciunt addendo *is*: ut, *Titan, Titanis*, the Brother of Saturn, the Sun; *splen, splenis*, the Milt; *delphin, delphinis*, a Dolphin; *canon, canonis*, a Rule; *Phorcyn, Phorcynis*, the Father of the Borgons.

Exc. 1. Quædam Græca in ON habent *ontis*: ut, *chamæleon, chamæleontis*, a Beast that is thought to live on Air only; *Laomedon, Laomedontis*, a King of Troy.

Exc. 2. Neutra in EN genitivum formant in *inis*: ut, *flumen, fluminis*.

fluminis, a *Fiber*: item *flamen*, five neutrum, pro *flatu*, a *Blaff* of Wind; five masculinum, pro *sacerdote*, a *Priest*; *flaminis* facit. Sic etiam, *pecten*, *pectinis*, a *Comb*; & composita a verbo *eago*: ut, *tibicen*, *tibicinis*, a *Piper*; *tubicen* *tubicinis*, a *Trumpeter*, masculina.

R.

29. R capit is. *Far ris*, *Lar tis* proprium maris; *hepar*

Hepatos efficiet. *Cris* mobile *cer* dat. At *imber* *Bris* petit & menses, simul *Insuber*: adde *saluber*, Et *celeber*. Per *tris* *ter* formes omne Latinum, Et *pater* & *mater* *Danaum*, Dat *eris* *later*, & cor *Cordis*, iter *itineris*: *Jovis* optat *Juppiter* usque. *Robur oris*, *jecur* atque *femur* tibi præbet *eburque*.

Nomina in R genitivum formant adjecto *is*; ut, *par*, *paris*, & *qual*; *anser*, *anseris*, a *Goose*; *Gadir*, *Gadiris*, *Cadis*, the Name of an Island and Town in Spain; *dolor*, *doloris*, Grief; *guttur*, *gutturis*, the Throat; *martyr*, *martyris*, a Witness or Martyr.

Exc. 1. *Far* gemino *r* facit *farris*, all kind of Corn; *Lar*, viri nomen, *Lartis*. [At pro *Deo domus præside*, an Household God, or the House, *laris* habet.] *Hepar*, *hepatis* vel *hepatos*, vox Græca, the Liver.

Exc. 2. Tria adjectiva in CER, *e* amisso, *cris* formant: *acer*, *aeris*, sharp; *alacer*, *alacris*, chearful; *volucer*, *volucris*, swift.

Exc. 3. Similiter quædam in BER, *bris* faciunt, viz. *imber*, *imbris*, a Shower; *September*, *October*, *November*, *December*, mensium nomina; *Insuber*, one of the Insabres, a People about Milan: item adjectiva, *saluber*, wholesome; *celeber*, famous.

Exc. 4. Eodem pacto nomina Latina in TER, *e* in genitivo perdunt: ut, *uter*, *utris*, a Bottle, *accipiter*, *accipitris*, a hawk. Item duo Græca, *pater*, *patris*; *mater*, *matris*. Cetera in TER Græca, *e* retento, *eris* habent: ut, *orater*, *crateris*, a Cup; *character*, *characteris*, a Character, a Mark of a Thing. *Later* etiam, quamvis vox Latina, a Tile, *lateris* facit.

Exc. 5. Tria nomina paulò longius a regula desectunt: *cor*, quod *cordis*, the Heart; *iter*, quod *itineris*, a Journey; *Jupiter*, quod *Jovis* facit.

Exc. 6. Quatuor denique in UR terminata, *u* in *o* mutato, *oris* habent: *robur*, *roboris*, a kind of hard Oak, Strength; *jecur*, *jecoris*, the Liver; *femur*, *femoris*, the Thigh; *ebur*, *eboris*, Ivory.

AS.

AS.

30. Postulat As *atis*. Sed *mas maris*, *as* dabit *assis*.
 Hoc *vas vasis* habet, *vas* hic *vadis*. *Antis* habento
 Mascula Græca: volunt per *adis* muliebria poni;
Arcas item: sed *atis* capiunt neutralia Græca.

Nomen in AS genitivum mittit in *atis* penultimâ longâ: ut, *ætas*, *ætatis*, Age; *Mænenas*, *Mænenatis*, viri nomen.

Exc. 1. *Mas* facit *maris*, a Male; *as*, *assis*, a Piece of Money, or any thing that may be divided into twelve Parts; *vas*, neutrum, *vasis*, a Vessel; *vas*, masculinum, *vadis*, a Surety.

Exc. 2. Nomina Græca, pro vario ipsorum genere, varium genitivum accipiunt. Nam

1. Masculina habent *antis*: ut, *gigas*, *gigantis*, a Giant; *Pallas*, *Pallantis*, viri proprium.

2. Feminina *adis*: ut, *lampas*, *lampadis*, a Lamp; *Pallas*, *Palladis*, the Goddess Pallas, or Minerva. Item *Arcas*, *Arca-dis*, the Name of a Man, or an Arcadian.

Neutra faciunt *atis* penultimâ brevi: *artocreas*, *artocreatis*, a Pie, or Patty of Flesh; *buceras*, *buceratis*, the Verb Fenis Greek.

ES.

31. ES mutabis in *is*. *Mansues*, *locuplesque*, *quiesque*,
Etis amant: junges *Cres* & dissyllaba Græca:
Is proprium sed sæpè tenet. Per *etis* *teges* exit,
Et, *seges*, *interpretes*, *præpes*, *pariesque*, *abiesque*;
Indiges, atque *aries*, *perpes*, *teres*, ac *hebes* addo.

In ES finita mutant *es* in *is*: ut, *nubes*, *nubis*, a Cloud; *rupes*, *rupis*, a Rock.

Exc. 1. Tria nomina Latina habent *etis*, penultimâ longâ: *mansues*, *mansuetis*, gentle, tame; *locuples*, *locupletis*, rich; *quies*, *quietis*, Rest: item ejus compositum, *inquies*, *quietis*. *Requies* autem genitivo *requietis* in tertia, vel *requiei* in quinta facit.

¶ *Etis* etiam penultimâ longâ habent multa nomina Græca, unum monosyllabum, *Cres*, *Cretis*, a Cretian; reliqua fere dissyllaba: ut, *magnes*, *magnetis*, a Loadstone; *tapes*, *tapetis*, Tapestry. Sic *Crates*, *Mendes*, *Laches*, virorum nomina. Ex his autem quædam *etis*, vel *is* faciunt: ut, *Chremes*, *Chremetis*, vel *Chremis*; *Dares*, *Daretis*, vel *Daris*; *Thales*, *Thaletis* vel *Thalis*: sed *etis* usitatus est.

Exc. 2. *Etis* penultimâ brevi habent nomina sequentia : *reges*, a *Mat* or *Coverlet* ; *seges*, growing *Corn* ; *interpretes*, an *Interpreter* ; *præpes*, swift-wing'd ; *paries*, a *Wall* ; *abies*, a *Fir-tree* ; *Indiges*, a *God* made of a *Man*, a *home-made God* ; *aries*, a *Ram* ; *perpes*, perpetual ; *teres*, round and long ; *hebes*, dull.

32. *Cetera* masculiei generis, communis, & omnis, ES per *itis*, non dicta, *tudes* cum *mergite*, mutant :
At *verres verris*, *vates vatis* capit. Ortum
A *sedeo* dat *idis*. *Merces* volet *edis* & *heres*.
Pesque pedis, *Cererisque Ceres*, *bes beffis* habebit.

Exc. 3. Reliqua nomina, sive masculini, sive communis, sed denique omnis generis, prius non memorata, mutant ES in *itis* in genitivo penultimâ brevi : masculina ; ut, *eques*, a *Posseman* ; *palames*, a *Dine-branch* : communia ; ut, *miles*, a *Soldier* ; *antistes*, a *High-priest*, a *Prelate* : omnis generis, sive adjectiva : ut, *ales*, swift ; *dives*, rich ; *sospes*, safe ; *equitis*, *palmitis*, &c.

Item, *tudes*, *tuditis*, vel *tudis*, a *Hammer*, de cujus genere nondum satis constat : *merges*, *mergitis*, a *Handful of Corn*, quod femininum potius est quam masculinum.

✠ At *verres*, a *Boat-pug*, masculinum habet *verris* ; *vates*, a *Prophet* or *Poet*, commune, *vatis* facit, juxta regulam principalem.

Exc. 4. A regula denique abeunt, sed diverso modo, 1. Composita à verbo *sedeo*, quæ *idis* faciunt penultimâ brevi ; ut, *præses*, *præsidis*, a *President* a *chief Ruler* ; *obses*, *obsidis*, an *Rossage*. 2. Duo quæ *edis* habent penultimâ longâ : *merces*, *mercedis*, a *Reward* ; *heres*, *heredis*, an *Heir*. 3. *Pes*, quod facit *pedis* penultimâ brevi ; & ejus composita, *quadrupes*, *quadrupedis*, four-footed ; *sonipes*, *sonipedis*, a *Courser*, a *horse that prances*, or makes a *Noise* with his *feet*, &c. 4. *Ceres*, the *Goddess of Corn*, quod *Cereris* ; *bes*, two thirds of a *Pound*, or eight *Ounces*, quod *beffis* habet.

IS.

33. IS similem gignit patrium. *Cassisque*, *lapisque*,
Atque *capis*, *promulsis*, *idis*, cum *cuspidē* donant.
Sanguis inis ; *pulvis* dat *eris*, *vomis*, *cinis*, & quæ
Sæpe tenent primam *cucumis* cum *pubere* legem.
Dis, *lis* atque *Quiris*, *Samnis* formantur in *itis*.
Glis, *gliris*. *Semis* manet, aut *semissis* adoptat.

Nomen

Nomen in *is* habet genitivum similem nominativo : ut, *auris*, *auris*, the Ear ; *ovis*, *ovis*, a Sheep.

Exc. 1. Hæc nomina Latina *idis* faciunt penultimâ correptâ : *cassis*, *cassidis*, an Helmet ; *lapis*, *lapidis*, a Stone. Sic *capis*, a kind of Pot used in Sacrifices ; *promulsis*, a pleasant kind of Drink tempered with new Wine, Methygen ; *cuspis*, the Point of a Spear.

Exc. 2. *Sanguis*, *sanguinis* facit, Blood.

Exc. 3. Tria habent *eris* e brevi : *pulvis*, Dust ; *cinis*, Ashes ; *ovis*, a Prom-share. At *pubis*, sive *pubes*, one that is marriageable, *pubis* habet in genitivo, sed sæpius *puberis* : sic ejus compositum, *impubis*, vel *impubes*, one under Age ; *impubis* : & usitatius *impuberis* facit. Item, *cucumis*, a cucumber, *cucumis* & sæpius *cucumeris*.

Exc. 4. Quatuor *itis* accipiunt penultimâ longâ : *Dis*, *ditis*, rich, or the God of Riches ; *lis*, *litis*, Strife ; *Quiris*, *Quiritis*, a Roman ; *Samis*, *Samutis*, a Samnite.

Exc. 5. *Glis*, a Rat, *gliris* facit. *Semis*, the half of any thing, vel neutrum est, & indeclinabile ; vel masculinum, & *semis*, in genitivo habet.

34. Ex Græcis pars sumit *eos* vel *ios* genitivo :

Pars adsciscit *idis* vel *idos* : nonnulla sed *idis* :

Pars *inis*, pars *entis* habet : *Charis* at *Charitis* vult :

Nomina Græca in *is* variis modis formant genitivum.

1. Multa genitivum faciunt in *eos*, vel interdum *ios* : ut, *hæresis*, *hæreseos*, vel *hæresios*, a Heresy ; *metropolis*, *metropoleos* vel *metropoli*, a capital City. Sæpè etiam genitivum Latino more nominativo similem habent, *hæresis*, *metropolis*.

2. Plurima habent *idis* vel *idos*, penultimâ brevi : ut, *Iaspis*, *Iaspidis*, vel *Iapidis*, a Jasper Stone ; *Paris*, *Paridis*, viri proprium ; *Themis*, *Themidis*, the Goddess of Justice.

3. Tria capiunt *idis*, penultimâ longâ : *Psophis*, *Psophidis*, nomen urbis ; *Crenis*, *Crenidis* ; *Nesis*, *Nesidis*, insularum nomina.

4. Pauca *inis* penultimâ itidem longâ : ut, *Eleusis*, *Eleusinis*, *Salamis*, *Salaminis*, urbium nomina.

5. Pauca habent *entis* : ut, *Simois*, *Simoëntis*, fluvii nomen ; *Pyrois*, *Pyroëntis*, one of the Horses of the Sun ; *Opois*, *Opoëntis*, contractè *Opus*, *Opuntis*, urbis nomen.

6. Postremò unum nomen accipit *itis* penultimâ brevi : *Charis*, *Charitis*, one of the *Charites*, or three Graces.

OS.

35. OS *ti* interponit. *Glos, mos, flos, ros* facit *oris*.
 Quod dat & *or*, servat quod ab *or* venit: *offis, os*
optat;
Os, oris; custos, custodis; bos, bovis. Ois
Thos, Minos & Tros capiunt, quibus additur *heros*.

Nomen in OS facit genitivum interponendo syllabam *ti* inter *o* & *s*: ut, *sacerdos, sacerdotis*, a *Priest*; *nepos, nepotis*, a *Grandchild*.

Exc. 1. Quinque genitivum in *oris* faciunt penultimâ longâ: *glos, gloris*, the Husband's Sister, or Brother's Wife; *mos, marris*, Use or Custom; *flos, floris*, a Flower; *ros, roris*, Dew; *os, oris*, the Mouth. *Oris* etiam habent quæ aliter & sæpius in *or* desinunt: ut, *honos*, vel *honor*, *honoris*, Honour; *labos*, vel *labor*, *laboris*, Labour. At *arbos*, vel *arbor*, *arboris* facit penultimâ brevi.

Exc. 2. Tria peculiarem habent genitivum: *os, offis*, a Bone; *custos, custodis*, a Keeper; *bos, bovis*, an Ox or Cow.

Exc. 3. Quatuor Græca nomina faciunt *ois*: *thos, thois*, a kind of Wolf; *Minos, Minois*, a King of Crete; *Tros, Trois*, a Trojan; *heros, herois*, a Hero or great Man.

US.

36. Vult *oris* US patrio: medius gradus exit in *oris*.

Dant *eris hulcus, olus, vellus, Venus & genus*, atque
Viscus, opus, fœdus, scelus, & cum pondere *vulnus*,
Munus, onus, sidus: *latus* his *funusque, vetusque*,
Rudus, acus simul atque *glomus* neutralia jungit.

US facit *oris*, penultimâ brevi: ut, *pectus, pectoris*, the Breast.

Exc. 1. Comparativa faciunt *oris*, penultimâ longâ: ut, *melius, melioris*, better.

Exc. 2. Viginti nomina mutant *us* in *eris*, & brevi: *hulcus, hulceris*, a Sore; *olus*, all kind of Herbs for Meat; *vellus*, a Fleete of Wooll; *Venus*, the Goddess of Love; *genus*, kind or kindred; *viscus*, an Entrail, the Bowels; *opus*, a Work; *fœdus*, a Cove-nant; *scelus*, a Crime; *pondus*, a Weight; *vulnus*, a Wound; *munus*, a Gift or Office; *onus*, a Load or Burden; *sidus*, a Star; *latus*, the Side; *funus*, a Burial; *vetus*, old; *rudus*, Rubbish; item, *acus, aceris*, Chaff; (quod in quarta etiam & feminino

minino genere declinatur :) *glomus*, a *Clew* (quod quandoque masculinum in secunda *glomi* facit.)

37. *Uris* habet *tellus*, veluti monosyllaba, *Grus*, *sus*, *Dant uis*. *Intercus* dat *utis*: *Liguris* *Ligus* optat. *Pus* ortum dat *odis*. Loca Græca feruntur in *untis*. *Subscus* atque *incus* *udis* voluere *palusque*; *Cetera* femineo generi sociata sed *utis*.

Exc. 3. *Uris* penultimâ longâ accipiunt *tellus*, the Earth, or Goddess of it; & hæc monosyllaba, *crus*, the Leg; *jus*, Ham or Right, also Broth of any sodden thing; *mus*, a Mouse; *pus*, the corrupt Matter of any Wound or Sore; *plus*, more; *rus*, the Country; *thus*, Frankincense. * *Uris* quoque (sed æ brevi) habet *Ligus*, a Ligurian or Genoese, aliter *Ligur*.

Exc. 4. *Uis* habent duo monosyllaba: *grus*, a Crane; *sus*, a Swine or Sow.

Exc. 5. In *odis* exeunt à *pus*, seu πῦς Græco, composita: ut, *tripus*, *tripodis*, a three-footed Pot; *Oedipus*, *OEdipodis*, viri nomen.

Exc. 6. In *untis* declinantur nomina Græca urbium: ut, *Trapezus*, *Trapezuntis*; *Opus*, *Opuntis*, Names of Towns.

Exc. 7. *Udis*, penultimâ longâ, habent hæc tria feminini generis; *subscus*, a Dove-tail; *incus*, an Anvil; *palus*, a Pool or Marsh.

Exc. 8. *Utis* denique penultimâ longâ accipiunt reliqua feminini generis nomina quinque: *virtus*, Virtue or Valour; *salus*, Health; *servitus*, Bondage; *juventus*, Youth; *senectus*, old Age: * unum quoque nomen adjectivum (sed penultimâ brevi) *intercus*, sciz. *aqua*, Water between the Skin and the Flesh, an *Hydropsy*.

YS.

38. YS dat *yos*: pars sumit *ydis*; nonnulla sed *ynis*.

In YS terminata Græca sunt, & genitivum formant in *ysis*, vel *yos*: ut, *Capys*, *Capysis*, vel *Capyos*; *Tiphys*, *Tiphyos*, virorum nomina: *Tethys*, *Tethyos*, a Goddess of the Sea; *chelys*, *chelyos*, a Lute or Harp.

Exc. 1. Quædam habent *ydis*, vel *ydos*, *y* correptâ: ut, *chlamys*, *chlamydis*, vel *chlamydos*, a Soldier's Cloak; *pelamys*, *pelamydis*, vel *pelamydos*, a kind of Fish. a Chunny.

Exc. 2. Pauca faciunt *ynis* vel *ynos*, *y* longâ: ut, *Trachys*, *Trachynis*,

chynis vel *-ynos*, urbis nomen; *Phorcys*, *Phorcynis*, vel *-ynos*, Medusæ pater.

ÆS, AUS, & EUS.

39. *Æs æris*, præ*s* prædis habet: laus frausque dat audis:

EUS eos; at per *eūs* flectit per *ei*que secunda.

Ex nominibus in S præcedente diphthongo desinentibus.

1. *Æs* facit *æris*, Brassæ nomen; præ*s* prædis, a Surety.
2. Laus, laudis, Praise; fraus, fraudis, Deceit.
3. In EUS finita capiunt eos: ut, *Tereus*, *Tereos*; *Orpheus*, *Orpheos*, virorum propria. At hæc frequentius in secunda declinantur, *Terei*, *Orphei*, tribus syllabis, aut *Terei*, *Orphei*, duabus; à nominativo in *eūs* dissyllabo.

BS, PS, LS, MS.

40. Si B, P, præit S, medians dabit i genitivum.

E per i sed *cælebs*, & in *eps* polysyllaba vertunt.

A caput orta petunt *cipitis*: dabit *aucupis* *auceps*.

Cinyphis aspirat *Cinyps*, sic *gryps* quoque *gryphis*.

Optat *hyems* *hyemis* patrio, *puls* denique *pultis*.

1. Nomina in BS, & PS, interposito i faciunt genitivum: ut, *trabs*, *trabis*, a Beam; *plebs*, *plebis*, the Commonalty; *chalybs*, *chalybis*, Steel; *seps*, *sepis*, a Wedge; *Æthiops*, *Æthiopis*, a Moor.

Exc. 1. *Cælebs*, e in i mutato, *cælibis* facit, an unmarried Man or Woman. Sic etiam polysyllaba in EPS; ut, *adeps*, *adipis*, fat; *princeps*, *principis*, a Prince. * *Auceps* verò, a Fowler. *aucupis* facit.

Exc. 2. Composita à caput formant *cipitis*: ut, *biceps*, *bicipitis*, two-headed; *præceps*, *præcipitis*, headlong, tall; *anceps*, *ancipitis*, doubtful.

Exc. 3. *Cinyps* denique, assumptâ h, sive aspiratione, *Cinyphis* facit, fluxii & pueri nomen: item, *gryps*, *gryphis*, a fabulous Beast or Fowl, a Griffon.

2. Unum nomen in LS, *puls*, *pultis* facit, Pottage: item unum in MS, *hyems*, *hyemis*, Winter.

NS. RS.

41. NS & RS, s dempto, *tis* dabit aptè.

Dis vult *glans*, *nefrens*, *capitis lens*, & *folium frons*,
Libriquepens, *concors*, & cetera corde creata.

Untis iens capit atque *quiens*: sed ab *ambio* legem
Participans spernit, *Tiryns Tirynthis* habeto.

Nomina in NS & RS, s abjecto, & addito *tis*, genitivum efficiunt: ut, *gens*, *gentis*, a Nation; *dodrans*, *dodrantis*, nine Parts of twelve; *pars*, *partis*, a Part; *mors*, *mortis*, Death.

Exc. 1. *Pauca* sumunt *dis*: viz. *glans*, *glandis*, an Acorn, & ejus compositum, *juglans*, *juglandis*, a Walnut; *nefrens*, *nefrendis*, a weaned Pig or Suck; *leus*, *lendis*, a Bit: [at *lens*, a kind of Pulse. *Lentils*, *lentis* facit:] *frons*, *frondis*, the Leaf of a Tree: [at *frons*, the Forehead, *frontis*:] *libripens*, *libripendis*, an Officer that weighed to Soldiers their Money or Pay. Item composita à *eor*, ut, *concors*, *concordis*, agreeing; *misericors*, *miseri-cordis*, merciful.

Exc. 2. *Ieps* & *quiens*, participia verborum *eo* & *queo*, cum suis compositis, habent *untis*: sic *iens*, *euntis*: *quiens*, *queuntis*; *rediens*, *redeuntis*; *nequiens*, *nequeuntis*. ✕ At *ambiens*, ab *ambio*, aliorum participiorum more, *ambientis* facit.

Exc. 3. *Tiryns*, h assumpto, facit *Tirynthis*, a City in Greece, the Birth-place of Hercules.

T.

42. A *caput* est *capitis*: sic *sinciput*, *occiput* exit.

Unum nomen in T *caput*, *capitis* facit, the Head: eodemque modo duo ejus composita, *sinciput*, *sincipitis*, the Forehead; *occiput*, *occipitis*, the Hindhead.

X.

43. X in *cis* muto. Dant *gis lex*, *frux*, *aquilex*, *rex*,
Grex, *remex*: comitare volunt quæ plurima Græca.
Effer onyx onychis. Quædam formantur in *actis*.

Nomina in X terminata mutant x in *cis*: ut, *fax*, *facis*, a Torch or Flambeau; *sex*, *secis*, Dregs; *nutrix*, *nutricis*, a Nurse; *nux*, *nucis*, a Nut; *merx*, *mercis*, Merchandize.

Exc. 1. Hæc *sex* in genitivo *gis* accipiunt: *lex*, *legis*, a Law; *frux*, *frugis*, all kind of Corn; *aquilex*, *aquilegis*, a Well-manner; *her*;

ker; *rex, regis*, a King; *grex, gregis*, a Flock; *remex, remigis*, a Rowler.

¶ Ex nominibus Græcis plurima regulam sequuntur: ut, *Ajax, Ajacis*; *Pollux, Pollucis*, virorum nomina; *lynx, lyncis*, a Lynx or Ounce; *bombyx, bombycis*, a Silk-worm.

Multa verò genitivum in *gis* formant: ut, *strix, strigis*, a Scritch-owl; *Phryx, Phrygis*, a Phrygian; *larynx, laryngis*, the Top of the Wind-pipe.

Exc. 2. *Onyx, h* adscito, *onychis*, facit: sic ejus compositum *sardonyx, sardonychis*, Names of precious Stones.

Exc. 3. Quædam nomina Græca habent *actis*: ut, *Hylax, Hy-lactis*, the Name of a Dog; *Bibrax, Bibractis*, the Name of a Town.

44. *E* per *i* mutabunt polysyllaba: quam retinebunt *Myrmex, & vervex, aquilex, halexque, lelexque*, Et *feco* quæ genuit. *Nivis* at, *noctisque, senisque*, *Nix* capiunt, *nox* atque *senex*: formare *supellex* Vultque *filis*, *Conjux*, vel *conjux, conjugis* edit.

Exc. 4. Nomina in *EX* plurimum syllabarum mutant *e* in *i* brevem: ut, *pollex, pollicis*, the Thumb; *remex, remigis*, quod supra dictum.

† Ex his autem *e* retinent, *Myrmex, Myrmæcis*, the Name of a Slave a Pismire; *vervex, vervæcis*, a Meddler-sheep; *aquilex, aquilægis*; *halex, halæcis*, [hoc superius, illud modò memoratum] *Lelex, Lelegis*, viri & populi nomen: item composita à verbo *feco*; *fanifex, fanifecis*, a Cutter of Hay; *resex, resecis*, a Diner branch cut off.

Exc. 5. Quatuor peculiari modo formant genitivum: *nix, nivis*, Snow; *nox, noctis*, the Night; *senex, senis*, an old Man; *supellex, supellectilis*, Household Stuff.

Exc. 6. *Conjux*, seu *conjux*, a Husband or Wife, *conjugis* facit.

Dativus singularis.

45. Exit in *i* ternus casus: per *e* flexus & olim.

Dativus singularis tertiæ declinationis in *i* definit: ut, *panis, pani*.

¶ Olim etiam per *e* extulerunt: ut, *Esuriens leoni ex ore exsculpere prædam*, To pull the Prey out of the Mouth of a hungry Lion, Lucil. *Hæret pede pes*, Foot sticks close to Foot, Virg. *pro esurienti, pedi*.

Accusativus singularis.

46. Finit in *em* quartus. Petit *im* sibi *ravis*, *amuffis*,
*Vis cucumis*que simul, *tuffis*, *sitis* atque *sinapis*,
Cannabis & *gummis*, *buris*, conjunge *mephitim*.
 Adde *urbes*, *aliosque locos*, *amnesque*, *deosque*,
 IS quibus est recto : sed & hæc dant in quoque
 quarto.

Accusativus in *em* definit : ut, *panis*, *panem*.

Exc. 1. Hæc nomina Latina in IS habent *im* : *ravis*, Hoarseness ; *amuffis*, a Mason's Rule ; *vis*, Strength ; *cucumis*, a cucumber ; *tuffis*, the Cough ; *sitis*, Thirst ; *sinapis*, Mustard ; *cannabis*, Hemp ; *gummis*, Gum ; *buris*, the Beam of a Plough ; *mephitis*, a Damp or strong Smell.

¶ *Im* quoque accipiunt nomina propria, non Græca modò (de quibus postea) sed Latina etiam & peregrina in IS exeuntia. 1. Urbium & aliorum locorum : ut, *Bilbilis*, a City in Spain ; *Mærotis*, a Lake in Egypt ; *Syrtis*, dangerous Quick-sands on the Coast of Libya. 2. Fluviorum : ut, *Tiberis* the Tiber in Italy ; *Bætis*, Guadalquivir in Spain. 3. Deorum : ut, *Anubis*, *Apis*, *Osiris*, *Serapis*, Egyptian Gods. Sed hæc etiam, Græcorum more, haud rarò per *in* declinantur : *Bilbilin*, *Bætin*, *Serapin*, &c.

47. Sæpiùs *im turris*, *puppis*, cum *reste securis* :
Em, sed & *im* quandoque, volùnt sibi *febris*, *aqualis*,
Et navis, *pelvis*, *clavis* ; sic *lens*, *strigilis*que,
*Sementis*que, *cutis*. Cumulant his plura vetusti.

Exc. 2. Sequentia in IS nomina, & unum in NS, accusativum in *em* & *im* faciunt, sed diverso modo : nam *im* longè frequentius habent, *turris*, a Tower ; *puppis*, the Stern of a Ship ; *restis*, a Rope ; *securis*, an Ax. Sæpiùs verò *em*, *febris*, a Fever ; *aqualis*, an Ewer ; *navis*, a Ship ; *pelvis*, a Basin ; *clavis*, a Key ; *lens*, Lentils ; *strigilis*, a Horse-comb ; *sementis*, Seed. or sowing of Seed ; *cutis*, the Skin.

¶ Vetustissimi Scriptores plura alia in *im* terminabant : ut, *avim*, *murim*, *cratim*, *messim*, *ovim*, *pellim*, *pestim*, *vallim*, *vitim*, &c. quæ notare potiùs quàm imitari conveniret.

48. Impurè in patrio casu crescentia Græca,
Sæpe & *Tros*, *Minos*, *heros*, quantum per *a* formant :
 EUS

EUS ea vult. Vix em dato Pan, cumque æthere
delphin.

Accusativus nominum Græcorum ad sequentes ferè canones
reduci potest.

I. Nomina Græca, quorum genitivus crescit in *is* vel *os* impu-
rum, i. e. præcedente consonante, accusativum sæpè in *a* faciunt :
ut, *Agamemnon*, *Agamemnonis*, *Agamemnonem*, vel *Agamemno-
na*, nomen viri : *lampas*, *lampadis*, vel *lampados*, *lampadem*, vel
lampada, a *Lamp*.

His adde tria, in *is* purum, seu præcedente vocali, genitivum
finientia : *Tros*, *Trois*, *Troëm* & *Troa*, a *Trojan* ; *Minos*, *Minois*,
Minoëm & *Minoa*, a *King of Crete* ; *heros*, *herois*, *heroëm* & *he-
roa*, a *Hero or great Man*.

Tria porro sunt quæ per *a* ferè solam aëctuntur : *Pan*, the
God of Shepherds ; *æther*, the Sky ; *delphin*, a Dolphin ; *Pa-
na*, *æthera*, *delphina* ; *vix*, *Panem*, *ætherem*, *delphinem*.

II. Nomina in EUS diphthongum terminata, accusativum fa-
ciunt in *ea* : ut, *Theseus*, *Thesea* ; *Tydeus*, *Tydea*.

49. At maribus Graiis fuerit si finis IS, YSve,
Quartus in *im* vel in *ym* non crescens sæpius exit ;
Aut in & yn : rarò per *idem* cernes, *ida* nunquam.
Vult *ida* femineum, vel *idem* ; sed rariùs *im* dat.
Se sed in *os* purum patrius cùm terminat, *m*, *n*,
S vice si recti pones, formes tibi quartum.

III. Nomina Græca in IS vel YS, masculini generis, terminata,
si genitivum in *is* vel *os* impurum declinant, accusativo *im* vel *in*,
& *ym* vel *yn* habent non crescentem ; rariùs verò *idem*, nunquam
ida admittunt : ut, *Paris*, *Paridis* vel *Paridos* ; *Parim* vel *Parin*.
interdum *Paridem*, nunquam *Parida* ; *Daphnis*, *-idis* vel *-idos*.
Daphnim vel *Daphnin*, rarò *Daphnidem*, nunquam *Daphnida*.

IV. In IS vel YS feminina, impurè declinata, sæpiùs *idem* ve-
ida, & *ydem* vel *yda* ; rarò autem *im* vel *in*, aut *ym* vel *yn* habent
ut, *Elis*, *-idis* vel *-idos*, *Elidem*, *Elida* & *Elim* ; *Aulis*, *-idis* vel *-idos*.
Aulidem, *Aulida* & *Aulim*, *Cities in Greece* ; *chlamys*, *chlamy-
dem* vel *chlamyda*, non *chlamyn*, a *Soldier's Cloak* ; *Phyllis*,
Phyllidem vel *Phyllida*, non *Phyllim* vel *Phyllin*, feminæ nomen.

V. At Græca nomina in IS aut YS, tam masculina quàm femini-
na, genitivum in *os* purum mittentia, accusativum formant mutand-
i nominativi in *m* vel *n* : ut, *metamorphosis*, *-eos* vel *-ios* ; *metamor-
phosis*.

phosim vel *-in*, a Transformation or Change; *Erinnys -yos*, vel *yis*, *Erinnym* vel *-yn*, an infernal Fury; *Halys, -yos* vel *-yis*, *Halym* vel *-yn* fluvii & viri nomen.

Ablativus singularis Substantivorum.

50. Sextus *e* vult: quibus at rectus per E clauditur; dant,

(Propria ni fuerint:) AL & AR neutralia junge.

Deme *jubar*, *sal*, *far*, *par* fixum, *nectar* & *hepar*.

Sed solet has leges migrare licentia vatum.

Ablativus tertiæ nominum substantivorum exit in *e*: ut, *panis*, *pane*.

Exc. 1. Nomina in E, & Neutra in AL & AR terminata, ablativo *i* habent: ut, *ovile*, *ovili*, a Sheep-fold; *cervical*, *cervicali*; a Bolster or Pillow; *laquear*, *laqueari*, a celled Roof.

✱ At propria in E retinent *e* in ablativo: ut, *Preneſte*; *Reate*, *Cære*, Names of Towns; *Soracte*, the Name of a Hill

✱ Item hæc in AL & AR finita; *jubar*, *jubarè*, a Sun-beam; *sal* *sale*, *Salt*; *far*, *farre*, *Coꝝn*; *par* substantivum, *pare*, a Pair or Couple, a Match or Mate; *nectar*, *nectare*, Drink of the Gods; *hepar*, *hepate*, the Liver.

✱ Poetæ denique *e* pro *i* utuntur: ut, *laqueare* apud Virgilium; *mare* apud Ovidium; pro *laqueari*, *mari*.

51. *I* quoque dant *in* & *im* tantum facientia quarto.

Cannabis at *Betis*, *Tigris* voluistis utrumque.

Ym quibus in quarto est; *ye* dant, aut *m* modo demunt.

Exc. 2. Nomina in IS, quorum accusativus in *im* vel *in* tantum definit, habent *i* solum in ablativo: ut, *vis*, *vim*, *vi*; *sitis*, *sitim*, *siti*; *hæresis*, *hæresim* vel *hæresin*, *hæresi*.

✱ E tamen nonnunquam habent, *cannabis*, *cannabi*, vel *cannabe*, *Wemp*; *Betis*, *Beti*, vel *Bettè*; *Tigris*, *Tigri*, *Tigre*, vel *Tigilde*, fluviorum nomina.

Exc. 3. Nomina in YS, quorum accusativus in *ym* aut *yn* exit, ablativum in *ye*, quandoque etiam in *y* faciunt: ut, *Atys*, *Atye*, vel *Aty*, nomen viri, *Tethys*, *Teihye*, vel *Tethy*, Deæ nomen.

52. Dant *e* vel *i* sexto, quæis quartus in *em* vel in *im* fit.

Excipe sed *reſtis*, quod *e* semper, cum *cute*, donat.

Imagè sementis, strigilis petit atque securis.

Quod simul im vel idem format, capit i sibi rarò.

Exc. 4. Nomina in IS, accusativo *em* vel *im* habentia, ablativum similiter in *e* vel *i* faciunt: ut, *turris, turre, vel turri; clavis, clave, vel clavi.* ✕ At *restis, cutis, reste, cute*, tantum habent. *Semente* verò, *strigile* & *securis* rarò inveniuntur.

¶ Græca in IS, quorum accusativum in *im*, vel *idem*, definere supra diximus, *i* in ablativo rarissimè admittunt: ut, *Paris, Parim, & Paridem; Paride, vix Pari; Aulis, Aulim, & Aulidem; Aulide, vix Auli.*

53. Hæc quoque dant *e* vel *i*: *finis*, cum *rure supellex, Occiput & vectis*: per UBI cum quæritur, *urbes, Et pugil, & mugil* jungas. Per *e* sæpius effer, *I rarò, civis, classis, fors, anguis & imber, Unguis, avis, postis, sustis, simul amnis & ignis.* Usus plura tulit priscus, quæ respuit ætas Cultior. *I tantum sexto retinet canalis.*

Exc. 5. Sequentia nomina, licet in accusativo *em* solum habeant, ablativum tamen faciunt in *e* vel *i*: è quibus quinque priora, *finis, the End; rus, the Counten; supellex, Furniture; occiput, the Noddle; vectis, a Bar or Heaver, e* vel *i* ex æquo sere admittunt. Item nomina urbium, cum per UBI adverbium quæstio fieri possit: ut, *habitat Carthagine, Tibure, Sicyone; vel Carthagini, Tiburi, Sicyoni, he dwells at Carthage, Tibur, Sicyon, &c.* quibus fortè addi etiam possunt *pugil, a Champion; mugil vel mugilis, a Mullet-fish.*

In reliquis verò *e* longè usitator est: *civis, a Citizen; classis, a Fleet; fors, a Lot; anguis, a Serpent; imber, a Shower; unguis, a Nail; avis, a Bird; postis, a Post; sustis, a Staff; amnis, a River; ignis, Fire.*

¶ Vetustissimi scriptores *i* plurimis aliis nominibus ablativo interdum tribuerunt: ut, *æstati, cani, lapidi, nepti, ovi, &c.*

Exc. 6. *Canalis, a Mate* & ipe, quamvis in accusativo *canalem*, ablativo tamen *canali* tantum habet.

Ablativus sing. Adjectivorum.

54 Adjectiva petunt *e* vel *i* sibi nomina sexto.

Quòd si se neutrum per *e* terminat, *i* modò possunt:

Queis *e* tamen vatum quandoque licentia donar.

I quoque *par* simplex tantum tenet & *memor*.

Hospes,

Pauper item, *sospes*, *pubes*, nil præter *e* formant.

Vix dabit *i cælebs*, *dives*, *potis* orta, *superstes* :

Adjice quæ *corpus*, quæ *pes* genuere *color*que.

Nomina adjectiva *e* vel *i* in ablativo admittunt : ut, *audax*, *audace*, vel *audaci*, bold; *vetus*, *vetere*, vel *veteri*, old; *hebes*, *hebet* vel *hebeti*, dull.

Exc. 1. Adjectiva, quorum neutra *e* litera terminantur, in ablativo *i* solum habent : ut, *suavis*, *suave*, *sweet*, *suavi*; *volucer*, *volacres*, *swift*, *volucris*.

✱ Poeta tamen metri causa quandoque *e* pro *i* utuntur : ut, *Specie cæleste resumpta*, having resumed his heavenly figure; *Hument fonte perenne genæ*, My Checks are wet with an ever-flowing Fountain, apud Ovidium : pro *cælesti*, *perenni*.

Exc. 2. *Memor* tantum *memori*, facit, mindful; & *par* simplex, *pari*, equal. At ejus composita *e* vel *i* habent : ut, *impar*, unequal : *dispar*, unlike, *-re* vel *-ri*.

Exc. 3. *Hospes*, foreign, strange; *pauper*, poor; *sospes*, safe; *pubes* seu *pubis*, marriageable, & ejus compositum *impubes*, unmarried, *e* solum contenta sunt; *hospite*, *paupere*, *sospite*, *pubere*, *impubere*.

¶ His etiam fortè addi possunt, *cælebs*, unmarried; *dives*, rich; *compos*, one that hath a thing in his power; *impos*, that hath it not in his power (composita à *potis*, i. e. *potens*, able or powerful;) *superstes*, surviving: item composita à *corpus*, *pes* & *color* : ut, *tricorpor*, three-bodied; *tripes*, three-footed; *concolor*, of the same Colour.

55. Pleraque mobiliū quibus exit rectus in NS,
Participans, mediique gradus *i* rariùs edunt.

¶ Pleraque nomina adjectiva quæ in NS terminantur; item participia & comparativa, longè frequentius *e* quam *i* in ablativo habent : ut, *prudens*, *prudente*, wise; *amans*, *amante*, loving; *doctior*, *doctiore*, more learned; rariùs *prudenti*, *amanti*, *doctiori*.

56. Mobiliū retinent legem fixa inde creata :
Hincque per *i* solum menses finiri optant.

At *rudis* & *juvenis* per *e* tantum flexa leguntur;
Cum propriis, & in IL, vel in X quod desinit,
aut CEPS,

Aut NS: sed deme *tridens*. Patiuntur utrumque
Natalis, *volucris*, *rivalis*, quæque dederunt
IS recto similes voces: sed sæpius *i* dant.

Substantiva ex adjectivis facta eorum legem plerunque sequuntur: ut, *bipennis*, a *Walbert*, or any two-edged Instrument, *bipenni*; *molaris*, a *Millstone*, a *Checktooth*, *molari*; *quadriremis*, a *Ship with four Banks of Oars*, *quadriremi*. Sic mensium nomina: ut, *Aprilis*, *Aprili*, *April*; *Quintilis*, *Quintili*, the old Name of the Month now called *May*; *November*, *Novembri*, *December*, *Decembri*, Months so called: quia nimirum hæc omnia adjectivè accepta *e* in neutro, ac proinde *i* in ablativo, habent.

Exc. 1. At *e* tantum habent, *rudis*, a *God* which was given to *Gladiators*, when they were discharged from that Exercise; *juvenis*, a young *Man*. Item nomina propria: ut, *Clemens*, *Felix*, *Juvenalis*, *Nobilis*, *Melior* &c. Etiam quæ in IL, X, CEPS, aut NS finiuntur: ut, *vigil*, a *Watchman* *senex*, an old *Man*; *index*, a *Discoverer*; *artifex*, an *Artificer*; *nutrix*, a *Nurse*; *Princeps*, a *Prince*; *particeps*, a *Partaker*; *adolescens*, a *Youth*; *infans*, an *Infant*; *serpens*, a *Serpent*; *torrens*, a *Brook*; ✱ At *tridens*, *Neptune's* three forked *Sceptre*, *tridente* vel *tridenti* facit.

Exc. 2. Adjectiva quædam in IS (præcipuè ea quæ de homine dicuntur) substantivè usurpata, quandoque substantivorum more *e*, sæpius verò *i*, in ablativo habent: ut, *familiaris*, a *Friend*; *rivalis*, a *Rival*; *sodalis*, a *Comrad*; *natalis*, a *Birth-Day*; *volucris*, a *Bird*.

Nominativus pluralis.

57. Rectus pluralis capit *es*. *Ia* dat tibi neutrum
Quod dedit *i* sexto: medius gradus inde *vetusque*
Excipitur: *plus plura* petit, sed rarius edit
Pluria. Si solum dat sextus *E*, non *ia* pones.

1. Nominativus (ac proinde vocativus) pluralis desinit in *es*:
pt, *panis*, *panes*.

2. In nominibus neutri generis, si ablativus singularis, vel in *i*
solum, vel in *e* aut *i* simul, desierit, tum nominativus, adeoque &
accusativus

accusativus & vocativus plurales habent *ia*: ut, *mare, mari, maria; felix, felice vel felici, felicia*.

Exc. At comparativa in *a* solum exeunt: ut, *duriora, fortiora. Plus, plura, raro plura habet: unde complura & compluria. Vetus, vetera, non veteria facit.*

3. Neutra, quæ ablativum singularem in *e* solum terminant, in nominativo plurali *a*, non *ia* habent: ut, *dogma, dogmate, dogmata*, an Opinion; *nemus, nemore, nemora*, a Wood.

Genetivus pluralis.

58. Præbet *ium* patrius, si sextus in *i* fuit antè.

Tolle *vigil, vetus, uber, inops, supplexque, memorque, Mugilis & consors*, quibus & *pugil & celer* adde;
Atque gradus medios; (sed *ium plus* poscit.)

Adhærent

His composita *genus, capio, facioque, caputque*.

I. Genetivus pluralis in *ium* definit, si ablativus singularis habuerit *i* tantum, sive *e* aut *i* simul: ut, *alveare, alveari, alvearium, a Bee-hive; ferox, feroce, vel feroci, ferocium, fierce*. [Sic vis, abl. vi, plural. vires, virium, viribus, &c. syllabâ additâ.]

Exc. 1. Sequentia autem nomina *um* habent, non *ium*: *vigil, watchful; vetus, old; uber, fruitful; inops, poor; supplex, suppliant or humbly intreating; memor, mindful; mugilis vel mugil, a Mullet; consors, that hath the same Lot; pugil, a Champion; celer, swift; vigilum, veterum, &c.*

Exc. 2. Comparativa etiam habent *um*: ut, *durior, duriorum; mollior, molliorum*. At *plus plurium* facit.

Exc. 3. *Um* denique accipiunt composita à *genus, capio, facio & caput*: ut *degener, unworthy of his Ancestors, degenerating; particeps, partaking of; artifex, artificial, Workman-like; præceps, forward, headlong; occiput, the hind-head: degenerum, participum, &c.*

59. Sextus *e* si tantum dederit, capit *um* genetivus.

As sed *ium* Latiale petit: polysyllaba deme,

Queis magis *um* placuit. Sed *ium* quærentibus adde
Nomen in IS vel in ES non crescens: jungito &
NS:

Tolle *parens, vates, panis, juvenisque, canisque*.

II. Quæ in ablativo singulari e tantum habent, um recipiunt in genitivo plurali : ut *leo, leone, leonum*, a Lion.

Exc. 1. Nomen Latinum in AS facit *ium* : ut, *mas, marium*, a Male; *as, assium*, twelve Ounces : *vas, vadium*, a Surety. * At polysyllaba potius per *um* afferuntur : ut, *civitas, civitatum*, interdum *civitatum*, a State or Society of Men under the same Government and Laws. a City.

Exc. 2. Nomina in IS & ES non crescentia in genitivo singulari habent *ium* : ut, *hostis, hostium*, an Enemy; *ædes, ædium*, a Temple, a House. Item in NS desinentia : ut, *cliens, clientium*, a Vassal. At hinc excipitur, *parent, a Parent*; *parentum* potius quam *parentium* ; illinc *vates, vatium* ; *panis, panum* ; *juvenis, juvenum* ; *canis, canum*.

60. Donat *ium Samnis, linter, caro, dos, & os ossis, Glis, nix, noxque cohors, mus, faux, uter* : adde *Quiritem*,
Atque *larem, litem, cotem, cor* ; compositumque,
Uncia quod simul *as* genuit : monosyllaba junge
Consona quæ duplex claudit. *Bos ritè boum* dat.

Exc. 3. *Ium* præterea nata sunt nomina sequentia, licet e tantum habeant in ablativo singulari ; *Samnis, a Samnite* ; *linter, a little Boat* ; *caro, flesh* ; *dos, a Dowry* ; *os, ossis, a Bone* ; *glis, a Hat* ; *nix, Snow* ; *nox, the Night* ; *cohors, a Company* ; *mus, a Mouse* ; *faux, the Tawes* ; *uter, a Bottle* ; *Quiris, a Roman*, *Lar, an Household God, or the House* ; *lis, Strife* ; *cos, a Bone or Whetstone* ; *cor, the Heart* ; *Samnitium, lintrium, carminum*, &c.

Exc. 4. *Ium* quoque faciunt composita ab *uncia* & *as* : ut, *septunx, septuncium, seven Ounces* ; *sextans, sextantium, two Ounces* ; *bes, bessum, eight Ounces*.

Exc. 5. *Ium* denique habent nomina unius syllabæ in duas consonantes exentia : ut, *urbs, urbium, a Town* ; *stirps, stirpium, the Trunk of a Tree, a Root* ; *sors, sortium, a Lot* ; *arx, arcium, a Castle*.

Exc. 6. *Bos, boum* facit.

61. *Um* sibi Grajugenum propè cuncta vocabula possunt :

Parcius *on*, quæque ante dabant vel *SIS* vel *A* rectis.

Nomina Græca genitivum pluralem plerumque in *um* terminant; ut, *Macedo*, a *Macedonian*; *Arabs* an *Arabian*; *Æthiops*, an *Æthiopian*; *pyxis*, a *Bor*; *monoceros*, an *Unicorn*; *lynx*, a *Beast* so called; *gryps*, a *Gryphon*; *Thrax*, a *Thracian*: *Macedonum*, *Arabum*, *Æthiopum*, *pyxidum*, *monocerotum*, *lynxum*, *gryphum*, *Thracum*.

✠ Rariùs autem *on* habent, & ea ferè solùm, quorum nominativus singularis in *A* vel *SIS* definit: ut, *epigramma*, an *Epigram*; *metamorphosis*, a *Change*: *epigrammaton*, *metamorphoseon*, vel, *epigrammatum*, *metamorphosum*.

62. Insuper & numero quæ sunt spoliata priore,
Dant patrium qualem numeris perfecta dedissent.
Orum at sæpe solent flexu dare Festa secundo.

Nomina tantùm pluralis numeri genitivum faciunt ex analogia numeri singularis, qualem nimirum, si integra essent, verisimiliter haberent: ut, *pugillares*, *writing Tables*, *pugillarium*; *manes*, *Souls departed* *manium*; *lactes*, the small *Buts*, *lactium*; *fores*, a *Gate*, *forium*; *mœnia*, *Walls*, *mœnium*; *ilia*, the *Antrails*, *ilium*: quia singularis horum esset, *pugillaris*, *manis*, *lactis*, *foris*, *mœnio*, *ile*. Contrà *Lemures*, *Hobgoblins*; *cœlites*, *Saints departed*; *maiores*, *Ancestors*; *Lemurum*, *cœlitum*, *majorum*, faciunt; quia singularia forent, *Lemus*, *cœles*, *major*.

Exc. Nomina Festorum, mutatâ declinatione, *orum* sæpe habent in genitivo plurali: ut, *Saturnalia*, the *Fests of Saturn*, *Saturnalium* & *Saturnaliorum*; *Bacchanalia*, the *Fests of Bacchus*, *Bacchanalium* & *Bacchanaliorum*.

63. Hoc demum in casu vatum regnare figuras
Adspicies, memori velim quas pectore condi.

✠ In multis eorum, quæ genitivum pluralem formant in *ium*, Syncope, præsertim apud Poëtâs, locum habet: ut, *nocentum*, *cœdum*, *mensum*; pro *nocentium*, *cædium*, *mensum*.

✠ Huic contraria est Epenthesi, sive literæ in medio vocum additio: ut, *alituum*, *cœlituum*; pro *alitim*, *cœlitum*.

Dativus pluralis.

64. Tertius est in *ibus* pluralis. *Bos* cape *bobus*,
Vel *bubus*. Sed *tis* mage quàm *tibus* optat *A*
Græcum.

Sin quoque nonnullis Graiùm tribuere Poëtæ.

Dativus pluralis, cui ablativus semper est similis; definit in *ibus* : ut, *panibus*.

Exc. 1. *Bos, bobus, vel bubus*, pro *bovibus* facit.

Exc. 2. Græca in A sæpius *tis*, quàm *tibus* habent : ut, *epigrammatis, poematis*, potiùs quàm *epigrammatibus, poematibus* : ab antiquis nominativis in UM, *epigrammatum, poematum*.

Exc. 3. Quædam Græca *sin*, apud Poëtas, pro *dibus vel tibus*, accipiunt : ut, *Troasin, Charisin* ; pro *Troadibus, Charitibus*.

Accusativus pluralis:

65. *Es* quartus pluralis habet. Sed *ium* genitivus
Cum dedit, *eis* aut *is* patitur : sed & *as* quoque
donant

Quæ primi quartum numeri per *a* Græca dederunt.

Accusativus pluralis terminatur in *es* : ut, *panes*.

Exc. 1. Quorum genitivus pluralis exit in *ium*, ea etiam in accusativo *eis* vel *is* admittunt : ut, *pars, partium*, accus. *partes, partibus* vel *partis* : *omnis, omnium*, accus. *omnes, omneis* vel *omnis*.

Exc. 2. Quando accusativus singularis in *a* definit, accusativus pluralis in *as* etiam desinere potest : ut, *lampas, lampadem* vel *lampada* ; *lampades* vel *lampadas* : Sic *Tros, Troas* ; *heras, heroas* ; *Æthiops, Æthiopas*, &c.

Quarta Declinatio.

66. **Q**uarta dat US ; dat & U numero vix flexile
primo.

Quarta Declinatio duas habet nominativi singularis terminationes, US & U : ut, *exercitus, an Army; genu, the knee*. Sed U in singulari vix declinatur.

67. *Us* genitivus habet. Per *uis* flexere vetusti.

Genitivus definit in *us* : ut, *exercitus*.

Exc. Apud prisceos Scriptores genitivus exibat in *uis* : ut, *anus, anuis*, an old Wife.

68. Tertius optat *ui* : quandoque per *u* quoque lectus.

Dativus fit in *ui*, ut, *exercitus*.

Exc.

Exc. Interdum etiam in *u* invenitur: ut, *metus*, *metu*, pro *metui*, Fear, apud Virgilium; *vestitus*, *vestitu*, pro *vestitui*, Clothing, apud Terentium.

69. *Um* retinet quartus. Fit sextus in *u* tibi casus.

Um quarto, reliquis *u* casibus optat Iesus.

Accusativus exit in *um*, ablativus in *u*: ut, *exercitum*, *exercitus*.
 ¶ IESUS, venerandum Salvatoris nostri nomen, accusativo casu IESUM, reliquis omnibus IESU habet.

70. Primus Pluralis cum quarto semper in *us* fit.

Dat genitivus *uum*. Per *ibus* tibi tertius exit.

Partus ubus, *specus*, *artus*, *acus*, dant, & *lacus*,
arcus,

Atque *tribus*: sed utrumque *genu*, *portusque*,
veruque.

Nominativus pluralis, cui vocativus est similis, itemque accusativus, desinunt in *us*, genitivus in *uum*, dativus & ablativus in *ibus*: ut, *exercitus*, *exercituum*, *exercitibus*, *exercitus*, *exercitus*, *exercitiibus*.

Exc. Quædam *ubus* in dativo & ablativo habent: *partus*, a Birth; *specus*, a Den; *artus*, a Joint, or any Member of the Body; *acus*, a Needle; *lacus*, a Lake; *arcus*, a Bow; *tribus*, a Tribe; *partibus*, *specubus*, &c.

¶ *Portus*, an Harbour, *portibus* & *portubus*: *genu*, the Knee, *genibus* & *genubus*; *veru*, a Spit, *veribus* & *verubus*, habere inveniuntur.

Quinta Declinatio.

71. **R** Ectus in ES quintæ. Geminus mox casus in *ei*

Prodit: at in fini vates quandoque recidit:

Quartus in *em*, sextus fit in *e*: numeroque secunda

Es primus, quartusque petunt: dat patrius *erum*,

Auctores quibus annuerint, & tertius *ebus*.

Quinta Declinatio unicam habet nominativi singularis terminationem, nempe ES: ut, *res*, a Thing.

Genitivus & dativus singularis desinunt in *ei*, accusativus in *em*, ablativus in *e*: pluraliter, nominativus, accusativus & vocativus in *es*, genitivus in *erum*, dativus & ablativus in *ebus* ut, *res*, *rei*, *rei*, *rem*, *res*, *re*: *res*, *rerum*, *rebus*, *res*, *res*, *rebus*.

✱ Poëtæ interdum *i* à Genitivo, rariùs à Dativo abjiciunt: ut, *fide*, pro *fidei*.

¶ Hæc declinatio paucis vocabulis, iisque merè Latinis, constat: quorum pleraque toto plurali, omnia ferè (præter *res* & *dies*) genitivo, dativo & ablativo carent.

C A P. III.

De irregulari Nominum Declinatione.

TRIPLEX est nominum irregularium differentia: alia enim *variant*, alia *deficiunt*, alia *abundant*.

I. **VARIANTIA** sunt, quæ ab uno genere, unave declinatione in aliam transeunt.

II. **DEFECTIVA** sunt, quæ casu, numero, aliove accidente deficiunt.

III. **ABUNDANTIA** sunt, quæ in eadem significatione multifariam efferruntur.

I. *VARIANTIA.*

VARIAT nomen tribus modis, 1. Variat genus: ut, *hoc cælum*, *hi cæli*: quod **HETEROGENEUM** nominatur. Variat declinationem: ut, *hoc vas*, *vasis*; *hæc vasa*, *vasorum*: quod **HETEROCLITUM** dicitur. 3. Variat genus & declinationem; ut, *hoc epulum*, *hæc epulæ*: quod **MIXTUM** vocari potest.

§ 1. *De HETEROGENEIS.*

Nomina **HETEROGENEA** (sub quibus & *Mixta* comprehenduntur) sunt sextuplicia.

1. *In singulari masculina; in plurali neutra.*

1. **Masculinum** primo numero, **neutrale** secundo,
Dindymus accipiet genus, & *Pangæus*, *Avernus*;
Tenarus adjungi, foecundaque *Massica* vino,
Menala, *Taygetus*, & *Tartarus*, *Ismarus* optant.

In singulari masculina, in plurali neutra sunt hæc nomina: *hic Dindymus*, hæc *Dindyma*, a *Vill* in *Phrygiæ*. Sic *Pangæus*, a *Pyramentozon* of *Thrace*; *Avernus*, a *Lake* in *Campania* that casts up a deadly *Stream*; and therefore, by the Poets used for *Hell*;

Hell; *Tenarus*, a Promontory of Laconia; *Massicus*, a Hill in Campania, famous for excellent Wine; *Menalus*, a Hill in Arcadia; *Taygetus*, a Hill of Laconia; *Tartarus*, Hell, or the Place of the Damned; *Ismarus*, a Hill in Thrace.

2. In singulari masculina, in plurali masculina & neutra.

2. Anteriore mares numero, junxere viriles
At fines *jocus* atque *locus* pluralia neutris.

Hæc duo in singulari sunt masculina, in plurali masculina & neutra: *jocus*, *joci* & *joca*, a Jest; *locus*, *loci* & *loca*, a Place.

3. In singulari feminina, in plurali neutra.

3. Singula femineum capiunt, pluralia neutrum,
Carbasus, Argolico deletaque *Pergamus* igni.

In singulari feminina, in plurali neutra sunt: *carbasus*, *carba-sa*, a Sail; *Pergamus*, *Pergama*, the Citadel of Troy.

4. In singulari neutra, in plurali masculina.

4. Mascula plurali numero sunt, neutra priore,
Elysium, *cælum*, quibus aptè jungitur *Argos*.

In singulari neutra, in plurali masculina sunt: *hoc Elysium*, *hi Elysi*, a Place of pleasant and delightful Fields, into which the Heathens believed the Souls of good Men went after their Departure hence; *hoc cælum*, *hi cæli*, Heaven; *hoc Argos*, *hi Argi*, a City in Greece.

5. In singulari neutra, in plurali masculina vel neutra.

5. *Rastrum* cum *freno* pluraliter *i* vel *a* poscunt.

In singulari neutra sunt, in plurali masculina vel neutra: *ra-strum*, *rastri* & *rastra*, a Rake; *frenum*, *freni*, & *frena*, a Bridle.

6. In singulari neutra, in plurali feminina.

6. *Delicium* dat *delicias*, *epulas* *epulum* vult.

Balnea dic vel *eas*, numero sed *eum* modò primo.

In singulari neutri generis, in plurali feminini sunt: *delicium*, *deliciae*, Delight, a Feasting; *epulum*, *epulae*, a Banquet; *bal-neum* verò in plurali *balneæ* & *balnea* habet, a Bath.

§ 2. De HETEROCLITIS.

7. *Vas vasis* terni flexûs, plurale secundi est.

Jugerum at inverso ritu variato, reservans
*Jugeri*s ex numero præeunte & *jugere* solum.
 Partim sit quartæ, partim *domus* esto secundæ.

Declinatione variant nomina hæc sequentia :

1. *Vas, vasis*, a Vessel, in singulari est tertiæ declinationis, in plurali, *vasa vasorum*, secundæ.

2. *Jugerum* contra, *jugeri*, an Acre of Ground, or as much as a Ox or Cown will eat in a Day, in singulari secundæ declinationis, in plurali verò tertiæ, *jugera, jugerum, jugeribus*. Interdum etiam *jugeri*s in genitivo, & *jugere* in ablativo singulari legitur.

3. *Domus*, a House, partim secundæ, partim quartæ declinationis est: quos autem ex hac vel illa casus habeat, in Rudimentis nostris ostendimus.

II. DEFECTIVA.

DEFECTIVA sunt quadruplicia: alia enim Declinatione, alia casu, alia genere, alia denique numero deficiunt.

§ 1. Deficientia DECLINATIONE.

Deficientia DECLINATIONE (quæ aliter INDECLINABILIA seu Aptota vocantur,) ea sunt, quæ unam omnibus in casibus vocem retinent. Ea autem duabus regulis sequentibus comprehenduntur.

8. Nomen in U rarò numero variabo priore :

Pleraque in I nusquam: positum pro nomine verbum,

Aut alias partes, elementaque, materiales

Adde etiam voces, peregrinaque nomina, formam

Ni Latiam induerint: numerum queis denique jungere

Cardineum; *duo, tres, unus*, compositaque *centum*

Hoc tamen ex cœtu cupiunt, & *millia*, tolli.

INDECLINABILIA, sive casibus invariata, sunt hæc :

1. Omnia ferè nomina in U, in singulari: ut, *genu, the knee.*

2. Pleraque nomina in I, utroque numero: ut, *gummi, Gum.*

3. Verbum, aut alia quævis orationis pars pro nomine posita: ut,

Illorum

Illorum vivere est mori, i. e. Illorum vita est mors, Cic. Cras iud, i. e. iste dies crastinus, Mart. Sed recti finem extremumque esse recuso euge tuum & belle, i. e. tuum plausum & laudationem. Pers.

4. Nomina literarum: ut, *Alpha, Beta, A, B, C.*

5. Voces materialiter positæ: ut si dicas, *Ex ne & homo* componitur *nemo.*

6. Nomina peregrina, seu Barbara (i. e. neque Græca, neque Latina,) ut, *Adam, Job, Elizabeth, Jerusalem.* Nisi ex prima sua origine fines habeant ad declinationem idoneos: ut, *David, Solomon, Hannibal:* vel Latina eis terminatio accedat: ut, *Adamus, Jobus, Elisabetha, Hierosolyma.*

7. Numeralia, quæ Cardinalia vocantur, à quatuor ad centum, hoc incluso. Cetera enim, unus utroque numero, duo, tres, plurali declinantur. *Mille* adjectivum non declinatur: at *mille* substantivum singulari quidem invariabile est; pluraliter verò declinatur, *millia, millium, millibus, &c.*

9. Hæc etiam immotos retinent vocabula fines:

Semis habens primum numerum, *frit, git,* (quibus addi

Gausape, cepe volunt:) numerum quoque nata secundum

Tot, quot, cum natis; sed *nequam* pondoque utrumque.

Indeclinabilibus insuper adjungenda sunt:

8. Singularem tantum numerum habentia: *semis*, the Half of any thing; *frit*, the little Grain at the Top of the Ear of Corn; *git*, seu *gith*, a kind of Cockle. Quibus fortè addi possunt, *cepe*, an Onion; *gausape*, a Freeze or rough Garment that Soldiers used.

9. Tantum pluralia, *tot*, so many; *quot*, how many? cum compositis, *totidem*, just so many; *quotquot* & *quotcunque*, how many soever; *aliquot*, some.

10. Utroque numero gaudentia: *nequam*, naughty, worthless; *pondo*, a Pound.

§ 2. Deficientia CASU.

CASU Deficientia, pro numero casuum superstitum, distinguuntur: alia enim unicum tantum, alia duos, alia tres, alia quatuor, alia denique quinque casus habent; quæ Grammatici vulgò *Monoptota, Diptota, Triptota, Tetraptota & Pentaptota* appellant.

I. MONOPTOTA.

10. Unicus his tantum casus manet. *Inquies, exspes, Atque potis* solos rectos tenuere. Paternum Dant *dicis, nauci*. Sextum noctuque, diuque, Ergo pro causa, promptu, natuque, relatu, Admonitu, injussu, sic talia plurima. Quartum Pluralem inficias, velut incita, servat. Ibidem Vult sextum ingratis. Ambage & compede sextum Anteriore dabunt numero, propè plena secundo.

Unicum tantum casum habent nomina sequentia.

1. Solum nominativum singularem, *inquies*, substantivum, want of Rest. & hæc duo adjectiva, *exspes*, hopeless; *potis*, pote, able.

2. Solum Genitivum, *dicis*: ut, *dicis gratia*, for the Fashion, for Form's Sake; *nauci*, the Shell of a Nut; *res nauci*, a Thing of no Value.

3. Solum ablativum, *noctu*, in the Night-time; *diu*, interdiu, in the Day-time; *ergo*, pro causa, for the Sake; *promptu*, in Readiness; *natu*, by Birth; *relatu*, in or by relating; *admonitu*, by the Admonition; *injussu*, without Command or Leave. Item plurima verbalia quartæ declinationis: ut, *accerpsu, fricatu, illisu, jussu, percussu, persuasu*, &c.

4. Solum accusativum pluralem, *inficias* (quod cum verbo eo tantum jungitur); ut, *ire inficias*, to deny; *incita* vel *incitas*; ut, *ad incitas redactus*, reduced to a Strait or Nonplus.

5. Solum ablativum pluralem, *ingratis*, in spite of one's Teeth.

6. *Ambage*, a Boust-gate; *compe*, a Fetter, in ablativo singulari ferè solo reperiuntur: in plurali autem integra sunt, nisi quod in genitivo *ambagum* vel *compedum* rariùs dicantur.

2. DIPTOTA.

11. Hæc gemino cernes casu contenta. *Necesse* Rectum cum quarto capiunt, *volupe, instar, & astu* Significans urbem, simul *hir*. Junxere Latinum Cum recto terni flexus *vesperque sirempsque*. *Impetis & spontis* patrius tenet; *impete, sponte* Crebra magis sexto: sic *verbere, verberis*, omnem Pluralem servans: *repetundarum, repetundis, Suppetiæ, inferiæ* quartum, vix plura tulerunt.

In duobus casibus inveniuntur hæc nomina :

1. In nom. & accus. sing. *necessè* vel *necessum*, Necessity; *volupte*, seu *volup*, i. e. *voluptas*, Pleasure; *instar*, Likeness. *Dignitas*; *astu*, a Town; *hir*, the Palm of the hand.
2. In nom. & ablat. sing. *vesper*, *tertiæ* declinationis, *vespere*, the Evening; *siremps*, *sirempse*, the same, all alike.
3. In genit. *rarius*, frequenter verò ablat. sing. *impetis* & *impete*, Force, *spontis* & *sponte*, of its own Accord.
4. In genit & ablat. sing. *verberis*, & *verbere*, a Stripe or Blow, also the Scourge or Whip with which it is given. Plurali interrum est, *verbera*, *verberum*, *verberibus*, &c.
5. In genit. & ablat. plur. *repetundarum*, *repetundis*, Money unjustly taken in the Time of one's Office.
6. In nom. & accus. plur. *suppetiæ*, *suppetias*, Help; *inferiæ*, *inferias*, Sacrifices for the Dead.

3. TRIPTOTA.

12. Hæc trinos sumunt casus, totidemque recusant :
Tantundem primum, patrium, quartumque capessit.
 At primum, quartum, quintum sibi *fasque nefasque*,
 Atque *melos* solum retinent: *epos* adde, *Pelasgum*
 Et quod in ES finit neutrum, veluti *cacoëthes*.
 Hos tantum casus *grates* pluraliter edit,
 Atque *mele*, *Tempe*, pariter finitaque Græca.
 At *dica* dat geminum quartum, geminumque vocantem
Mactus habet. *Femini* rectum modò deme priorem;
 Integer est alter numerus. *Prece* flecte, *precique*,
 Atque *precem*, casus retinens pluraliter omnes.

Hæc nomina tribus tantum casibus usurpantur.

1. *Tantundem* nominat. & accus. *tantidem* genit. sing. eben as much.
2. *Fas*, Right; *nefas*, Wrong; *melos*, a Song; *epos*, an Heroick Poem: item Græca in ES neutri generis: ut, *cacoëthes*, an Evil Custom; nominat. accus. & voc. sing.
3. *Grates*, Thanks: item pluralia in E Græca: ut, *cete*, Whales; nom. accus. & voc. plur.

4. *Dica*,

4. *Dica*, a Process or Action at Law, habet (præter nominativum sing.) accusativos utriusque numeri, *dicam* & *dicas*.
5. *Mactus*, unâ cum nominativo sing. utrumque vocativum habet; sing. ut, *Macte virtute esto*. Horat. Go on and increase in Virtue: plur. *Macti ingenio este*, Plin. Improve your Skill.
6. *Feminis*, the Thigh, nom. ac proinde accus. & vocat. sing. destituitur; in plur. autem integrum est, *femina*, *feminum*, *feminibus*, &c.
7. *Preci*, *præcem* & *prece*, a Prayer, absque nom. genit. & vocat. sing. Plurali integrum est, *preces*, *precum*, *precibus*.

13. *Rus*, *thus*, atque *metus*, *mel*, *hyems*, cum *farre* recusant

In numero patrium ternum sextumque secundo:
Queis (adimens *res* atque *dies*) dabis omnia quintæ.

8. Genitivo, dativo & abl. plurali carent, adeoque eo in numero triptota sunt, hæc nomina: *rus*, the Country; *thus*, Incense; *metus*, Fear; *mel*, Honey; *hyems*, Winter; *far*, Corn. Item omnia quintæ declinationis nomina, (præter *res* & *dies* :) ut, *spes*, *scabies*, *species*, *acies*.

4. TETRAPTOTA.

14. Casibus invenies quædam viduata duobus:
Namque *vicis*, *pecudis*, *sordis*, *ditionis*, *opisque*,
Vix retinent rectum numeri quintumque prioris.
His quoque *nex*, *daps*, *frux* minùs usurpataque
cernes.

1. Nominativo proinde vocativo sing. privantur hæc nomina: *vicis*, the Place or Stead of another; *pecudis*, a Beast; *sordis*, Filth; *ditionis*, Dominion, Power; *opis*, Help. Porro *ditionis* caret toto plurali: *opes* pro auxilio rariùs, pro divitiis autem, seu *potentia*, semper plurale reperitur. *Pecudis* & *sordis* plurali integra sunt. *Vices* & *vicibus* sunt satis frequentia: at genitivus *vicum* vel *vicium* non dicitur.

2. *Nex*, Slaughter; *daps*, a Dish of Meat; *frux*, Corn rariùs in nominativo, adeoque & vocativo sing. inveniuntur: plurali ferè integra sunt.

5. PENTAPTOTA.

15. Quinque superstilibus, casu mutilantur at uno
Pluri

Plurima: distribuens nam vox, referensque, negansque,

Atque rogans vocitante caret. Pronomina junge.

Tu, meus, & noster, nostras, tamen excipe; quintum

Pluraque quæis magni tribuit sententia Vossii.

Plus dandi casu; patrio *satiasque chaosque*

Deficit: adde *situs*. Nullum pluralia norunt

Ora, vices patrium, soles, labes, sobolesque,

Atque *faces, proles, luces*. Fors plura notabis.

Uno casu deficiunt voces sequentes:

1. Vocativo carent.

(1.) Distributiva, seu Partitiva: ut, *quidam, alius*.

(2.) Relativa: ut, *qui, qualis*.

(3.) Negativa: ut, *nullus, neuter*.

(4.) Interrogativa: ut, *quis, uter?*

(5.) Pronomina: ut, *ego, sui*.

✠ Excipiuntur vulgò hæc quatuor pronomina, *tu, meus, noster & nostras*. At Vossius alique Grammaticorum principes, aliis etiam Pronominibus vocativum tribuunt: ut, *ille, ipse, iste, hic, is & idem*: item Partitivis seu Distributivis quibusdam: ut, *aliquis, quilibet, quicumque, quisque, omnis*.

2. Dativo sing. caret *plus*.

3. Genitivo singulari, totoque plurali, *satias*, i. e. *satietas*, & *Chaos* 02 *Pill of any thing*; *chaos*, a confused *Mass*: item genitivo, forsan & dativo sing. & genit. dat. & abl. plur. *situs*, *Situation* 02 *Place*, also *Massiness*.

4. Genitivo plurali: *os*, the *Mouth*; *vici*, a *Turn*; *Sol*, the *Sun*. plur. *Heat* 02 *Days*; *labes*, a *Spot*; *soboles & proles*, *Offspring*; *sax*, a *Torch*; *lux*, *Light* 02 a *Day*. Item, *sax*, *Dregs*; *vex*, *Slaughter*, & alia quædam.

§. 3. Deficientia GENERE.

Genere defici hîc intelligimus nomina quædam adjectiva, quæ genere aliquo, sive per totum numerum, seu per certos quosdam casus, vel rârò vel nunquam usurpata inveniuntur. De quibus hæc regula esto.

16. Plurali primo, quarto quintoque carebit

Neutrius generis, quod in ER sit, sine sub uno,

H

-Mobile;

Mobile, FEX, OR & ES, simul OS: cum *pu-
bere, supplex,*

*Comis, inopsque, vigil, sonsque, intercusque, redux-
que.*

Cetera masculiei rectum removeto priorem.

At *victrix, ultrix*, numero muliebria primo,

Femineum neutrumque genus pluralia poscunt.

Plus primo numero neutrum tulit, omne secundo.

Genere uno vel pluribus deficient :

In nom. accus. & vocat. plur. neutro ferè destituuntur adjecti-
va tertiæ, quæ sub una terminatione exeunt ;

(1.) In ER : ut, *pauper, degener, uber.*

(2.) In FEX : ut, *artifex, carnifex.*

(3.) In OR : ut, *memor, concolor, bicorpor.*

(4.) In ES : ut, *ales, dives, sospes, superstes, deses, reses, habes,
teres, præpes.*

(5.) In OS : ut, *compos, impos, exos.*

(6.) Item, *pubis, impubis, supplex, comis, inops, vigil, sons, in-
sons, intercus, redux, & forsan alia.*

2. *Ceter* vel *ceterus* in nominativo sing. vix dicitur, sed *ce-
tera & ceterum*, the rest.

3. *Victrix*, *victoriosus*, & *ultrix*, rehenqesul. in singulari, fe-
minini tantum sunt generis, in plurali autem feminini & neutri,
victrices & victricia ; ultrices & ultricia.

4. *Plus* in singulari neutri, in plurali omnis generis est.

§ 4. Deficientia NUMERO.

Ex his alia *plurali*, alia *singulari* deficient. Ex utrisque autem
ea primum nomina exponemus, quæ ad summa quædam capita
solent reduci : cetera deinde sub suo quæque genere nominatim
recensebimus.

Plurali IN UNIVERSUM carentia.

17. *Propria* sunt solo numero varianda priore :

Ni vel plura notent, vel sint pluralia tantum.

Nomina virtutum, vitiorum, abstractaque & artes

Rariùs agnoscunt pluralem, & pleraque quintæ :

Queis junges herbas, frumenta, metalla, liquores.

In plurali nunquam vel rariùs inveniuntur :

1. Nomina *propria* : ut, *Hæctor, Dido, Italia, Roma, Parnassus,
Danubius,*

Exc. 1. At si propria pluribus ejusdem nominis conveniant, nihil impedit quo minus plurali utamur. Dicimus enim *plures Joves, duodecim Cæsares, tres Alexandri reges Scotorum.*

Exc. 2. Quædam urbium nomina in solo plurali leguntur : ut, *Veii, Athenæ, Bactra* : de quibus reg. 21. mox dicetur.

2. Rariùs etiam in plurali usurpantur :

(1.) Nomina virtutum : ut, *Justitia, Justice; fortitudo, Courage.*

(2.) Nomina vitiorum : ut, *ambitus, Ambition; luxus, Luxury.*

(3.) Nomina abstracta : ut, *magnitudo, Greatness; juventus, Youth.*

(4.) Nomina artium : ut, *Grammatica, Grammar; Musica, Music.*

(5.) Nomina quintæ declinationis pleraque omnia : ut, *fides, Faith; macies, Leanness.*

(6.) Nomina Herbarum : ut, *byssopus, Hyssop; apiam, Parsley.*

(7.) Nomina frumentorum : ut, *triticum, Wheat; secale, Rye.*

(8.) Nomina metallorum : ut, *aurum, Gold; argentum, Silver*; item mineralium : ut, *alumen, Allum; sulphur, Brimstone.*

(9.) Nomina liquorum : ut, *lac, Milk; oleum, Oil.*

(10.) Huc denique referuntur nomina multarum rerum, quæ mensurari aut ponderari solent : ut, *butyrum, Butter; saccharum, Sugar.*

MASCULINA *nunquam vel rarò pluralia.*

18. Hæc quoque pluralem numerum vix mascula narrant :

Nemo, penus, viscus, limus, cum sanguine, pontus, Hesperus, atque fimus, mundus muliebris, & aer : Æthera cum musco junges & prole diei.

Pluralemque sopor rarò, ros, pulvis, habebunt.

In plurali vix unquam reperiuntur hæc nomina masculina : *Nemo, no Body; penus, all manner of Provisions; viscus, Birdslime. Glue; limus, Slime; sanguis, Blood; pontus, the Sea; hesperus, the Evening, or Evening Star; fimus, Dung; mundus, pro mulierum ornamentis, a Woman's Ornaments; aer, the Air; æther, the Sky; muscus, Moss that grows upon Trees, Walls, Brinks of Rivers, or the like; meridies, Noon, a medius & dies compositum.*

Rariùs pluralem admittunt, *sopor*, a deep Sleep; *ros*, Dew; *pulvis*, Dust.

FEMININA nunquam aut raro pluralia.

19. Vix ea plurales adhibent muliebria casus:

Plebs, *humus*, atque *lues*, *sitis*, ac *argilla*, *supellex*,
Cum *venia*que *salus*, & *vespera*, *glarea*, *pubes*,
Et *tabes*. Numerum capiunt quoque rara secundum,

Talio, cum *cholera*, *bilis*, *pax*, *gloria*, *tellus*,
Et *labes*, *cutis*, atque *quies*, *pituita*, *fames*que:
Adde *picem*, *famam*, *sobolem*, cumque *indole*, *prolem*.

Hæc feminina vix unquam in plurali adhibentur: *Plebs*, the common People; *humus*, the Ground; *lues*, a Plague; *sitis*, Thirst; *argilla*, Potter's Earth; *supellex*, Household-stuff; *venia*, Pardon, Licence; *salus*, Health; *vespera*, the Evening; *glarea*, Gravel; *pubes*, the Mouth; *tabes*, a Consumption.

Rariùs plurali reperiuntur: *talio*, like for like; *cholera*, Choler; *bilis*, an Humour of the Body, also Anger, likewise a Disease; *pax*, Peace; *gloria*, Glory; *tellus*, the Earth; *labes*, a Blemish; *cutis*, the Skin; *quies*, Rest; *pituita*, Phlegm or Rheum; *fames*, Hunger; *pix*, Pitch; *fama*, Fame; *soboles* & *proles*, Offspring; *indoles*, a natural Disposition.

NEUTRA nunquam vel raro pluralia.

20. Insuper hæc numerum renuunt propè neutra secundum:

Sal, *jubar*, & *nihilum*, *virus*, *pus*, atque *veternum*,
Iustitium, *scænum*, *fabulum*, *senium*que, *lutum*que,
Ver, *ebur*, atque *penum*, *lethum*, cum *glutine*, *viscum*.
Adde *salum*, *glastum*, *nitrum*, *nil*, *nectar*, *omasum*,
*Mane*que, *prolubium*, simul & *diluculum*, & *album*,
Atque *gelu*, *tabum*, *pelagus*, quoque, *vulgus* & *hilum*.
Zinziber atque *hepar*, *gypsum*, *cænum*que, *vitrum*-
que,

Cumque *crocolardum*, *piper*, & cum *felle barathrum*.

Hæc

Hæc neutra denique nunquam vel rarò in plurali usurpantur :
Sal, Salt; *jubar*, the Sun-beam; *nihilum*, *nihil* & *nil*, nothing;
virus, Poison; *pus*, corrupted Matter; *veternum* vel *veterpus*, a
 Methagen, Drowsiness, Slothfulness; *justitium*, the Vacation.
 2. Time when Courts do not sit; *sænum*, Pan; *fabulum* [vel
fabulo, masc. gen.] gross Sand or Gravel; *senium*, Old-age;
lutum, Clay; *ver*, the Spring-time; *ebur*, Ivory; *penum*, -ni,
 & *penus*, -noris tertie, all kind of Victuals; *lethum*, Death; *glu-*
ten & *glutinium*, Glue; *viscum*, Bird-lime, or the Shrub Mis-
 feltow, of which it is made; *salum*, the Sea; *glæstum*, the
 Verb Wood, wherewith Cloth is died blue; *nitrum*, Nitre;
nectar, the Drink of the Gods; *omasum*, the thick and fatty
 Part of the Belly of a Beeve; *mane*, the Morning; *prolubium*,
 a strong Desire or Appetite; *diluculum*, the Dawning of the
 Day; *album*, a List of Names, a Muster-roll; *gelu*, Frost;
tabum, corrupt Blood or Gore; *pelagus*, the Sea; *vulgus*, the
 Rabble; *hilum*, the black Speck of a Bean, a Trifle; *zinziber*,
 Ginger; *hepar*, the Liver; *gypsum*, Parget, or white Lime
 Plaster; *cæmem*, Dirt or Mire; *vitrum*, Glass; *crocum*, Saff-
 ron; *lardum*, Bacon; *piper*, Pepper; *fel*, Gall; *barâthrum*, a
 Gulf or Dungeon.

SINGULARI in universum carentia.

21. Multa tenent solos plurales nomina casus
Festa, *libros*, *urbes*, *ludos* signantia : *jungi*
Cardineus vult his *numerus* quoque, *distribuensque* :
Quem pauci, *plerique* *gregem* comitantur & *ambo*.

Singulari generatim privantur :

1. Nomina festorum : ut, *Bacchanalia*, the Feast of Bacchus;
Quinquatria, & *Quinquatrus*, s. gen. the Feast of Minerva.
 2. Multa nomina librorum : ut, *Bucolica*, a Book of Pastorals;
Georgica, a Book of Husbandry.
 3. Nomina ludorum : ut, *Apollinares*, Games to the Honour
 of Apollo; *Olympia*, the Olympick Games.
 4. Multa urbium nomina : ut, *Philippi*, *Syracusæ*, *Sardes* vel
Sardeis, *Hierosolyma*.
 5. Numeri cardinales omnes (præter unus & mille substanti-
 vum) ut, *duo*, two; *centum*, a hundred.
 6. Numeri distributivi plerumque : ut, *singuli*, one by one;
binii, two and two; *deni*, by Tens.
- Quibus denique adde, *pauci*, few; *plerique*, the most Part;
ambo, both.

MASCULINA nunquam vel raro singularia.

22. Hæc etiam numero spoliantur mascula primo:
Cancelli, manes, Lemures, fastusque minores,
Majores, fasces, natales, posteri & antes,
Atque pugillares, superi; cum codicquecillis,
Furfuribus, cani, Luceres, simul inferi adhærent:
Et, quibus est rarus numerus prior, ista; penates,
Ac proceres, sentes, vepres, cassesque, forique,
Et cum cælitibus, fines quoque, liberi & artus.

Vix unquam in singulari reperiuntur hæc nomina masculina: *Cancelli*, Lattices; *manes*, the Spirits of Men departed; *Lemures*, Wobgoblins, or Spirits that walk in the Night; *fastus* vel *fasti*, Calendars, wherein were set down the Names of Magistrates, Feast Days &c. *majores*, Antestors; *minores*, Successors; *fasces*, a Bundle of Rods that were carried before the chief Magistrates of Rome; *natales*, Parentage; *posteri*, Posterity; *antes*, the outer Pillars of an House, a Buttress; *pugillares*, Writing Tables; *superi*, the Gods above; *inferi*, the Gods below; *codicilli*, Epistles or Writings; *furfures*, Scales in the Head; *cani*, Gray Hairs; *Luceres*, one of the three Parts into which the People of Rome were divided by Romulus.

Rarius singularem admittunt, *penates*, Household Gods, or the House; *proceres*, the Nobles; *sentes*, Thorns; *vepres*, Thymers; *casses*, a Hunter's Net; *fori*, the Hatches of a Ship; *cælitæ*, the Saints above; *fines*, the Borders or Frontiers of a Country; *liberi*, Childzen; *artus*, the Joints or Limbs of the Body.

FEMININA nunquam vel raro singularia.

23. De grege femineo sunt hæc pluralia tantum:
Excubie, tenebræ, Nona, cum lactibus, Idus,
Quisquilie, thermæ, scopæ quoque, reliquieque,
Feræ & exsequiæ: cum cunis, divitiisque,
Exuvie, induviæ, gerra jungantur, opesque,
Atque facultates, diræ, scalæque, plagæque.
His apinas, tricasque, minas valvasque, Kalendas,
Insidias, & vindicias, & pauca locorum

Nomina, *primitias*, *fortunas*, atque *salinas*,
Adjice & inducias; numero neque *nundina* *flecti*
Nuptiave invenias, aut *nuga*, *manubia* primo.
 Quem tamen interdum capiunt *decimaque*, *foresque*,
Prestigia, *salebra*, *fauces*, & *litera*, & *ades*,
 Atque *opera*, *phalera*, *biga* cum fratribus, & cum
 Factio signatur partes. *Charites*, *scatebraque*,
 Pluraque quæ melius referet tibi sermo solutus.

Hæc feminina vix unquam in singulari leguntur: *Excubia*,
Datche; *tenebra*, *Darkness*; *Kalenda*, *Nona*, *Idus*, the Names
 which the Romans gave to certain Days in each Month; *latres*,
 the small Butts; *quisquilia*, the Sweepings of a House;
 Things of no Value; *therma*, hot Baths; *scopæ*, a Besom; *re-*
liquia, the Remainder of any thing; *Feria*, holy Days; *exse-*
quia, Funerals; *cuna*, a Cradle; *divitia*, Riches; *exuvia*, an
 Enemy's Spoils; *induvia*, Cloaths to put on; *gera*, idle Stuff;
 a Tale of a Tub; *opes*, Riches; *facultates*, one's Goods and
 Chattels; *dira*, Curses and Imprecations; *scala*, a Ladder;
laga, Nets; *apina*, Gengaws; *trica*, Trifles; *mina*, Threats;
insidia, an Ambush; *vindicia*, an Assertion of one's Liberty, a
 vindication or Defence; *primitia*, first Fruits; *fortuna*, one's
 Fortune or Estate; *salina*, Salt-pits; *valva*, folding Doors;
inducia, a Truce; *nundina*, a Market or Fair; *nuptia*, a Mar-
 riage; *nuga*, idle Stories; *manubia*, Spoils taken in War. I-
 tem nonnulla locorum nomina: ut, *Alpes*, a Tract of high
 Mountains on the North of Italy; *Gades*, Cadiz or Cales, an
 Island and City in Spain; *Thermopyla*, the Straits of Mount
 Oeta in Thessaly; *Æsquilia*, mons Æquilinus, one of those Hills
 on which Rome was built.

Rarius etiam in singulari usurpantur, *decima*, Tithes; *fores*, a
 Gate; *prestigia*, juggling Tricks; *salebra*, rugged uneven Pla-
 ces; *fauces*, the Jaws; *litera*, an Epistle or Letter; *ades*, an
 house; *opera*, Workmen; *phalera*, Trappings for Horses; *biga*,
 a Chariot drawn with two Horses, & similia, à *jugo* *composita*;
 ut, *triga*, one with three Horses; *quadriga*, one with four; *par-*
es, pro *factione*, a Faction or Party; *charites*, the three Gra-
 ces; *scatebra*, a Spring or Source.

Item alia quædam, quæ haud facile versu dicuntur: ut, *assania*,
 ple title satire; *angustia* pro *inopia* aut *difficultate*, Straits or
 Diff.

Difficulties; *argutia*, Quirks, Witticisms; *facetia*, pleasant Sayings; *furia*, pro *furore*, Fury; *lapicidina*, Stone-quarries; *minutia*, the smallest Things that may be seen; little Niceties; *effucia*, Cheats or Tricks; *parietina*, ruinous Walls.

NEUTRA *nunquam vel raro singularia.*

24. Hæc numeri spernunt casus neutralia primi:

Lautia, cum *transstris*, *bellaria* cum *paraphernis*,
Et, cum *principiis*, *bona*, *tesqua*, *crepundia*, *scruta*,
*Castra*que cum *sociis*, *lamenta*que, *munia*, *flabra*,
Et cum *prole* sua *cunabula*, *Gargara* & *exta*.
*Acta*que, *justa*; simul *præcordia*, *lustra* ferarum,
*Clara*que *Romulidum* *fastis* *comitia*, quæque
Terruerant *avidos* cum *prole* *Ceraunia* *nautas*,
*Arma*que cum *rostris*; *flexu* *varianda* *secundo*
Omnia: sed *terno* *sponsalia*, *mœnia*, *junctis*
Ilibus, & *brevibus*, *magalibus*. Insuper addunt
Plurima *doctores*, quorum vel *rarior* *usus*
Cernitur, aut *numerus* *capiunt* *quandoque* *prio-*
rem.

Hæc neutra in singulari vix unquam inveniuntur: *Lautia*, Pro-
visions for the Entertainment of foreign Ambassadors; *trans-*
stra, the Seats where the Rowers sit in Ships; *bellaria*, Dain-
ties; *parapherna*, all Things the Wife brings her Husband be-
sides her Dowry; *principia*, the Place in the Camp where the
General's Pavilion stood; *bona*, Woods; *tesqua*, rough Places
that ly untilled; *crepundia*, Childrens Fables or Play-things;
scruta, old Garments or Trash; *castra*, a Camp. Sic *æstiva*,
Summer Quarters; *hiberna*, Winter Quarters; *stativa*, a
Leaguer or standing Camp; in quibus *castra* intelligitur; *lamenta*,
Lamentations; *munia*, Offices; *flabra*, Blasts of Wind; *cuna-*
bula, & ejus compositum *incunabula*, a Cradle; *Gargara*, the
Top of Mount Ida near Troy; *exta*, the Intraills; *acta*, pu-
blich Acts or Records; *justa*, Funeral Rites or Obsequies;
præcordia, the Bowels; *lustra*, Dens of wild Beasts; *comitia*,
An Assembly or Convention of the People; *Ceraunia* & *Acro-*
ceraunia, high Hills on the Coast of Epirus; *arma*, Arms; *ro-*
stra, a Place in Rome, where they used to make Orations to
the

the People. Quæ omnia sunt secundæ declinationis: * Tertiz verò, *sponsalia*, *Efrousale*; *mania*, the Walls of a City; *ilia*, the Entrails; *brevia*, *Shelbes*, or shallow Places in the Sea; *magalia*, Country Cottages.

III. ABUNDANTIA.

ABUNDANTIA sunt octuplicia. 1. Quædam solâ terminatione abundant: ut, *arbos* & *arbor*, a Tree. 2. Quædam solâ declinatione: ut, *laurus*, *lauri*, vel *lauris*, a Laurel-tree. 3. Quædam solo genere, qualia sunt dubia omnia: ut, *hic* aut *hæc dies*, a Day. 4. Quædam terminatione & declinatione simul: ut, *matéria*, *materiæ*; & *materies*, *materiei*, Matter. 5. Quædam terminatione & genere simul: ut, *tonitrus* & *tonitru*, Thunder. 6. Quædam declinatione & genere: ut, *penus*, *peni*, & *penis*, masc. & fem. *penus*, *penoris*, neut. all kind of Provisions. 7. Quædam terminatione, declinatione, & genere: ut, *æther*, *ætheris*; & *æthra*, *æthræ*, the Sky. 8. Quædam in eadem declinatione diversos habent casus obliquos: ut, *tigris*, *tigridis* & *tigris*, *tigrides* & *tigres*, a Tyner. * Quibus denique addunt nomina quædam, quæ sub eadem significatione diversis numeris efferuntur: ut, *Fidena*, *Fidenæ*; & *Fidena*, *Fidenarum*, the Name of a City. Hæc serè omnia sub tribus regulis sequentibus summam sunt comprehensa.

25. Innumeras uno sensu, multiplice fine,
Invenies voces: ut, *mendum*, *mendaque*; *cassis*,
Cassida; *compago*, *compages*; *grusque*, *gruisque*;
Ceteraque auctorum quæ sedula lectio promet,
In quibus haud rarò genus est & flexio discors.

Longè plurima ac penè innumera sunt vocabula, quæ sub eadem significatione diversas nacta sunt terminationes, quæque propterea declinationes & genera haud rarò mutarunt: ut, *menda*, *-dæ*, primæ, fem. *mendum*, *-di*, secundæ, neut. an *Error*? *cassis*, *-idis*; & *cassida*, *-idæ*, a Helmet, utrumque fem. hoc primæ, illud tertiz; *compago*, *-ginis*; & *compages*, *-gis*, a joining together, utrumque fem. & tertiz; *grus*, *gruis*; & *gruis*, *gruis*, a Crane, hoc fem. illud dub. utrumque tertiz.

26. Mobile, quod *clivus* format, *frenumque*, *bacillum*,
Arma, *jugum*, *limus*, *somnusque*, *animusque*, recepat
Flexum vel ternum, mutato aut fine, secundum.

Nomina quædam adjectiva, ab his substantivis, *clivus*, *frenum*, *bacillum*, *arma*, *jugum*, *linus*, *somnus*, & *animus*, composita, exeunt in *is* vel *us*, ac proinde vel tertiæ sunt, vel primæ & secundæ declinationis: ut, *acclivis*, -e, & *acclivus*, -a, -um, rising upwards, steep up hill; *imbecillis* & *imbecillus*, weak; *semisomnis* & *semisomnus*, half sleeping; *exanimis* & *exanimus*, dead.

NOT. Tamen alteram terminationem in aliis vix usitatam in aliis rariorem esse: Sic *magnanimus*, *flexanimus*, *effrenus*, *levissimus*, dicimus, non *magnanimis*, &c. contra *pusillanimis*, *injugis*, *illimis*, *insomnis*, *exsomnis*; non *pusillanimus*, &c. & *semianimis*, *inermis*, *sublimis*, *acclivis*, *declivis*, *proclivis*; rariùs *semianimus*, *inermus*, &c. & *inanimus*, vix *inanimis*; *bijugus* sæpiùs quàm *bijugis*.

27. Nec te prætereant, quibus est & terminus unus,
Nomina per varios flexus quandoque vagari:
Qualia, ne longum faciam, tibi glossa recludet.

Multa sunt nomina, quæ sub una eademque nominativi singularis terminatione, in obliquis suis casibus, nunc hac, nunc illâ declinatione inflexa reperiuntur. Ea autem potissimum sunt quadruplicia. Nam,

1. Quædam sunt primæ & tertiæ: ut, *Calchas*, *Calchæ*, & *Calchas*, *Calchantis*; *Euphrates*, *Euphratæ*, & *Euphratis*.
2. Quædam sunt secundæ & tertiæ: ut, *Iber*, *Iberi*, & *Iberis*; *sequester*, *sequestri* & *sequestris*, a Mediator of Empire. Sic *OEdipus*, *OEdipi* & *OEdipadis*.
3. Quædam in US sunt secundæ simul & quartæ: ut, *domus*, a *Douje colus*, a *Dustaff*. Sic quarundam arborum nomina: ut, *figus*, the Fig-tree; *pinus*, the Pine; *laurus*, the Laurel; *cornus*, the Cornel-tree; *quercus*, the Oak-tree.
4. Quædam denique tertiæ & quintæ sunt: ut, *plebes*, (contractè *plebs*) *plebis* & *plebei*, seu *plebi*, the Commons; *fames*, *famis*, *famei* vel *fami*, *hunger*; *requies*, *requietis* & *requiei*, *Rest*.

C A P. IV.

De Nominum Comparatione.

COMPARATIO est Nominis per gradus variatio.

Comparantur nomina tantum adjectiva, eaque quorum significatio augeri potest vel minui.

GRADUS comparationis sunt tres, *Positivus, Comparativus & Superlativus.*

POSITIVUS est, prima vox adjectivi rem absolute & simpliciter significans; ut, *durus, hard; mollis, soft.*

COMPARATIVUS est, qui supra Positivum significat *magis*: ut, *durior, harder; mollior, softer, i. e. magis durus, magis mollis.*

SUPERLATIVUS est, qui supra Positivum significat *valde vel maxime*: ut, *durissimus, hardest or most hard; mollissimus, softest, or very soft, i. e. valde vel maxime durus; valde vel maxime mollis.*

Comparatio est triplex, *Analogæ, Anomalæ & Ellipticæ.*

ANALOGA, seu *Regularis* est quæ communem aliquam formationis suæ regulam sequitur. ANOMALA, seu *Irregularis*, est quæ ab hac regula deflectit. ELLIPTICA denique, seu *Defectiva* est, quæ uno aliquo vel duobus gradibus caret.

I. COMPARATIO ANALOGA, seu REGULARIS.

COMPARATIVI formatio.

- I. PRIMUS in *i* casus Positivi, syllaba cui sit
Or subnexa, gradum medium formabit. At ortum
Afcus atque *dicus volus & loquus entior* optat;
Junior hinc *juvenisque, sinisteriorque sinister.*

COMPARATIVUS formatur à proximo casu Positivi in *i*, addendo syllabam *or*: ut, *durus, genitivo duri, durior; mollis, dativo, molli, mollior.*

Exc. 1. Adjectiva pleraque in *fcus, dicus volus & loquus*, à verbis, *facio, dico, volo & loquor*, derivata, habent *entior*, ab antiquis Positivis in *ens*: ut, *munificus, liberal, munificentior; maledicus, railing, maledicentior; benevolus, benevolent; benevolentior; multiloquus, that speaks much, multiloquentior.*

Exc. 2. *Juvenis, young, junior facit; sinister, left, sinisterior.*

SUPERLATIVI formatio.

2. ER recti superadde RIMUS, gradus inde supremus Surget. At, ER dempto, *dexter, citer* atque *sinister* Dant *imus*, ac *exter*, quod & *extremus* quoque format.

SUPERLATIVUS gradus dupliciter formatur.

I. Si Positivi nominativus desinat in ER, Superlativus fit adjiciendo RIMUS: ut, *niger, black, nigerrimus; celer, swift, celerrimus.*

Exc. Hæc quatuor, *dexter*, right; *citer*, near; *sinister*, left; *exter*, foreign; *delendo er*, & *addendo imus*, faciunt Superlativum, *dextimus*, *citimus*, *sinistimus*, *extimus*, & sæpiùs *extremus*.

3. In reliquis S atque SIMUS sibi subdere gaudet
 Qui fit in *i* casus Positivi proximus, Atqui
 Dant LIMUS, IS dempto, *facilis*, *similis*que, *humilis*que,
 Cui *gracilis* formæ, simul *imbecillis* adhærent.
Posterus at *postremus* habet, *superus*que *supremus*,
 Et *summus*; priscum quoque & *interus* *intimus* edit.
Infinus atque *imus* capit *inferus*. A *ficus* ortus
 Et *volus* & *dicus* est ENTISSIMUS: inde sed aufer
Mirificus. *Vetus* usque RIMUS cum *nuperus* optant,
*Maturus*que, SIMUS capiens aliquando: creari
 Vultque gradus *nequam*, recto quasi *nequus* haberet.

Si positivus non definit in ER, Superlativus formatur à proximo casu in I, addendo S & SIMUS: ut, *durus*, *duri*, *durissimus*; *mollis*, *mollis*, *mollissimus*.

Exc. 1. Hæc quinque, *facilis*, easy; *similis*, like; *humilis*, low; *gracilis*, lean; *imbecillis*, weak; abjecto IS & addito LIMUS faciunt Superlativum, *facillimus*, *simillimus*, *humillimus*, *gracillimus*, *imbecillimus*.

Exc. 2. *Posterus*, behind, habet *postremus*; *superus*, above, *supremus* & *summus*; *interus*, inward, Positivo vix usitatum, *intimus*; *inferus*, below, *infinus* & *imus*.

Exc. 3. Composita cum *ficus*, *dicus* & *volus* faciunt ENTISSIMUS, ab antiquis, uti diximus, Positivis in *ens*: ut, *munificus*, *munificentissimus*; *maledicus*, *maledicentissimus*; *benevolus*, *benevolentissimus*. ✠ At *mirificus*, wonderful, regulariter Superlativum facit *mirificissimus*.

Exc. 4. Hæc tria, *nuperus*, late or new; *vetus*, old; *maturus*, ripe, Superlativos formant in RIMUS, *nuperrimus*, *veterrimus*, *maturrimus*, vel etiam *maturissimus*, ab antiquis nominativis *nuper*, *veter*, *matur*.

Exc. 5. *Nequam*, indeclinabile, *nequior* & *nequissimus* facit, tanquam à recto *nequus* vel *nequis*,

II. COMPARATIO ANOMALA, seu IRREGULARIS.

Longiùs à dictis normis nonnulla recedunt :

Nam *bonus* & *melior* dat & *optimus* ; & *malus* optat
Pessimus & *pejor* ; *parvus* *minor* ac *minimus* vult ;
Maximus & *major* *magnus* ; *multus*que poposcit
Plurimus, & neutrum numero dans *plus* modò
 primo.

Irregulariter comparantur hæc nomina.

Bonus, good, *melior*, *optimus*.

Malus, bad, *pejor*, *pessimus*.

Parvus, little, *minor*, *minimus*.

Magnus, great, *major*, *maximus*.

Multus, many, *plurimus* ; *multa*, *plurima* ; *multum*, *plus*, *plurimum*. Nam *plus* in singulari est quasi substantivum, & neutri tantùm generis ; in plurali adjectivum & omnis generis, ut supra docuimus :

III. COMPARATIO ELLIPTICA, seu DEFECTIVA.

I. POSITIVO carentia.

Hæc viduata gradu sunt pauca sequentia primo ;
Ultimus, *ulterior* ; *prior*, & *primus* ; *propior*que,
Proximus ; *ocyor* atque *ocysissimus* adjiciantur :
Deterior jungi quibus & *deterrimus* ambit.

Positivo carent nomina sequentia, *ulterior*, farther, *ultimus*,
 prior, former, *primus* ; *propior*, nearer, *proximus* ; *ocyor*, swift-
 er, *ocysissimus* ; *deterior*, worse, *deterrimus*.

2. COMPARATIVO carentia.

3. *Nuperus*, orba gradu medio, *novus* ac *meritus* sunt :
Par, *sacer*, *invictus*, *persuassus* & *inclytus* adde.

Comparativo privantur : *nuperus*, *nuperrimus*, late ; *meritus*,
 meritiſſimus, deſcription ; *novus*, new, *noviſſimus*, mutata paulùm
 ſignificatione, pro *ultimus*, laſt ; *par*, *pariſſimus*, equal ; *sacer*,
 ſacerrimus, holy ; *invictus*, *invictiſſimus*, invincible ; *persuassus*,
persuaſiſſimus, *persuaded* ; *inclytus*, *inclytiſſimus*, renowned.

3. SUPER-

3. SUPERLATIVO carentia.

7. Hæc superante carent: *satur*, & *diuturnus*, & *ingens*.
Atque *senex*, *juvenis*, *adolescens*, *pronus*, *opimus* ;
Et finita BILIS propè cuncta, vel ILIS, & ALIS
Cum multis aliis quæ nunc perscribere longum est.

Multa carent Superlativo : ut, *satur*, *saturior*, full ; *diuturnus*, *diuturnior*, lasting ; *ingens*, *ingentior*, great ; *pronus*, *pronior*, inclined, stooping downward ; *opimus*, *opimior*, rich, full ; item hæc ætatum nomina, *adolescens*, *adolescensior* ; *juvenis*, *junior*, *senex*, *senior*.

Superlativo etiam deficient :

1. Pleraque Verbalia in BILIS : ut, *tolerabilis*, *tolerabilior*, that may be endured ; *flebilis*, *flebilior*, lamentable.
2. In ILIS finita penultimâ longâ : ut, *juvenilis*, *juvenilior*, youthful ; *civilis*, *civilior*, civil, courteous ; *exilis*, *exilior*, small.
3. Desinentia in ALIS : ut, *capitalis*, *capitalior*, chief, dearth, *regalis*, *regalior*, like a king.
4. Multa alia promiscuæ terminationis : ut, *arcanus*, *arcenior*, secret ; *declivis*, *declivior*, bending downwards ; *proclivis*, *proclivior*, prone, easy ; *longinquus*, *longinquior*, far-off ; *propinquus*, *propinquior*, near.

4. POSITIVO & SUPERLATIVO carentia,

8. *Anterior* solum, *sequior*, *satior*que leguntur.

Hæc tria, *anterior*, former ; *sequior*, worse ; *satior*, better, in solo comparativo inveniuntur.

5. COMPARATIVO & SUPERLATIVO carentia.

9. Hæc proprio genuère gradus de corpore nullos
Nomina, vel raros : a verbis, nominibusque
Quæ composita fluunt ; in DUS quoque Participans, &
Dant quibus US purum fines, ICUS, IVUS, &
INUS,
Aut IMUS aut ORUS : cum Deminuentibus adde
Plurima, quæ versu promptum comprehendere non est.

Nullos

- Nullos vel rariores ex sese gradus emittunt nomina sequentia :
1. Adjectiva cum nominibus aut verbis composita : ut, *versiflor*, of diverse Colours; *tardigradus*, slow-paced; *degener*, degenerating; *consonus*, of like Sound, agreeable; *foedifragus*, Covenant-breaker; *lucifugus*, that flies from the Light; *pestifer*, pestilent, poisonous.
 2. Participia in DUS : ut, *amandus*, to be loved; *lugendus*, to be bewailed. Item Verbalia in BUNDUS : ut, *errabundus*, andring; *pudibundus*, bashful.
 3. Nomina in US purum, sine præeunte vocali, desinentia : ut, *dubius*, doubtful; *cæruleus*, blue; *vacuus*, empty.
 4. Finita in ICUS penultimâ brevi : ut, *famelicus*, hungry; *modicus*, small, moderate.
 5. Finita in IVUS : ut, *fugitivus*, that flieth away; *demonstrativus*, that demonstrateth.
 6. Finita in INUS : ut, *matutinus*, early; *internecinus*, deadly.
 7. Finita in IMUS : ut, *legitimus*, lawful; *limus*, crooked, a crooked.
 8. Finita in ORUS : ut, *canorus*, shrill; *odorus*, sweet-smelling.
 9. Deminutiva : ut, *tenellus*, somewhat tender; *majusculus*, somewhat big.
 10. Plurima denique variaz terminationis : ut, *almus*, gracious; *mirus*, wonderful; *egenus*, needy; *lacer*, torn; *memor*, mindful; *peritus*, safe, &c.

C A P. V.

De Nominum Specie & Figura.

§ I. De SPECIE.

SPECIES Nominis est duplex, *Primitiva* & *Derivativa*.

PRIMITIVA est, quæ à nulla alia voce ortum habet : ut, *albus*, white.

DERIVATIVA est, quæ aliunde formatur : ut, *albedo*, Whiteness.

I. *Primitivæ speciei* subjiciuntur serè hæc sequentia :

1. INTERROGATIVUM, quo de re quapiam quærimus : ut, *quis* ? *quid* ? *qualis* ?

2. REDDITIVUM, quod interrogativo respondet : ut, *talis*, *tantus*, *totus*.

3. RELATIVUM, quod vocem antecedentem respicit : ut, *quasi*, *quantus*, *quotus*.

4. COLLECTIVUM, quod multa in singulari significat: ut, *pulvis, grex*.

5. Innumera denique Nomina, tam Substantiva, quam Adjectiva, quæ ad certas classes reduci nequeunt.

II. DERIVATIVA quintuplicia sunt. Nam quædam derivantur

1. A Nominibus, quæ vocantur *Denominativa*.

2. A Verbis, quæ *Verbalia*.

3. A Participiis, quæ *Participialia*.

4. Ab Adverbiis, quæ *Adverbialia*.

5. Quædam denique à Præpositionibus orta sunt.

1. De Denominativis.

DENOMINATIVORUM species sunt sex, viz. *Patronymica, Gentilia, Possessiva, Deminutiva, Amplificativa, & Denominativa* speciatim sic dicta.

P A T R O N Y M I C A.

PATRONYMICA propriè dicuntur, quæ à parentum, majorumve nominibus derivata, filium vel filiam, nepotem vel neptem, aliosve eorum posteros significant.

1. A patre: ut, *Pelides*, i. e. *Achilles*, *Pelei filius*.

2. A matre: ut, *Philyrides*, i. e. *Chiron*, *Philyræ filius*.

3. Ab avo paterno: ut, *Æacides*, i. e. *Achilles*, *Æaci nepos*.

4. Ab avo materno: ut, *Atlantiades*, i. e. *Mercurius*, *Atlantis nepos*.

5. A regibus gentiumque conditoribus: ut, *Romulidæ*, i. e. *Romani*, à rege *Romulo*.

TERMINATIONES *Patronymicorum* præcipue sunt quatuor.

DES, cujus exempla vidimus.

AS: ut, *Thaumasias*, i. e. *Iris*, *Thaumasias filia*.

IS: ut, *Atlantis*, i. e. *Electra*, *filia Atlantis*.

NE: ut, *Nerine*, i. e. *Galatea* aut alia, *Nerei filia*.

Ex his DES masculinum est, AS, IS & NE feminina.

In DES & NE primæ sunt, in AS & IS tertiæ Declinationis.

G E N T I L I A.

GENTILIA dicuntur, quæ patriam vel gentem significant: ut, *Romanus*, *Atheniensis*, *Macedo*, *Arabs*, *Lacæna*, *Troas*, *Thessalis*.

P O S S E S S I V A.

POSSESSIVA sunt, quæ possessionem aut proprietatem aliquam significant: ut, *Regius*, à *Rex*; *fraternus*, à *frater*; *Herculeus*, à *Hercules*.

Exponuntur autem *Possessiva* per genitivos suorum primitivorum, pro quibus eleganter poni solent: ut, *domus paterna*, i. e. *domus patris*; *vita humana*, i. e. *vita hominum*.

DEMINUTIVA.

DEMINUTIVA sunt, quæ diminutionem suorum primitivorum significant: ut, *libellus*, *filiola*, *corculum*; à *liber*, *filia*, *cor*; *misellus*, *parvulus*, *duriusculus*; à *miser*, *parvus*, *durior* vel *durius*.

De *Deminutivis* quatuor præcipue notanda videntur;

1. Eorum pleraque in LUS, LA, LUM desinere.
2. Ab uno primitivo gradatim plura descendere *Deminutiva*, majorem subinde diminutionem inferentia: ut, à *puer*, *puerulus*, *puellus*, *puellulus*; à *cista*, *cistula*, *cistella*, *cistellula*.
3. *Deminutiva* ferè cum primitivis suis genere convenire: ut, *lapis*, *lapillus*; *pagina*, *pagella*; *os*, *osculum*.
4. *Deminutivis* diminutionem addi posse per adjectivum *parvus*, *minutus*, aut simile: ut, *parvi pisciculi*, *parva minuscula*, *minutæ interrogatiunculæ*.

AMPLIFICATIVA.

AMPLIFICATIVA sunt, quæ primitivorum suorum significationem augent seu amplificanti.

Ex his quædam substantiva, quædam adjectiva sunt.

Substantiva in O desinunt: ut, *capito*, i. e. *habens magnum caput*. Sic *naso*, qui *nasum*; *labeo*, qui *labia*; *bucco*, qui *buccas* solito majores habet.

Adjectiva desinunt in OSUS vel ENTUS: ut, *vinosus*, *nodosus*, *plumbosus*; *corpulentus*, *fraudulentus*, *sanguinolentus*. Item quædam aliter in tus, ut, *literatus*, *auritus*, *nasutus*.

DENOMINATIVA speciatim sic dicta:

In hanc classem DENOMINATIVORUM ea referimus, quæ ad superiora capita nequeunt reduci: qualia sunt innumera tum substantiva tum adjectiva ab aliis nominibus derivata: ut, *eques*, *lectica*, *animal*, *lupanar*, *thuribulum*; ab *equus*, *lectus*, *anima*, *lupus*, *thus*; *cordatus*, *saluber*; *gravidus*, *aureus*, *cælestis*, *adamantinus*; à *cor*, *salus*, *gravis*, *aurum*, *cælum*, *adamas*.

Ex substantivis præcipue memorari debent nomina ABSTRACTA, i. e. substantiva ab adjectivis deducta, rerum qualitates per se ipsas spectatas significantia: ut, *justitia*, *pietas*, *dulcedo*; à *justus*, *pius*, *dulcis*.

Adjectivorum varie admodum sunt significationes, ut certis legibus comprehendi vix queant. Ex iis tamen potissimum notantur.

1. MATERIALIA: ut, *corporeus, chartaceus, crystallinus, quernus.*
2. LOCALIA: ut, *hortensis, agrestis, fluviatilis, marinus.*
3. TEMPORALIA: ut, *solstitialis, momentaneus, æstivus, diurnus, annuus.*

2. De Verbalibus.

VERBALIA sunt quæ à verbis derivantur.

Eorum variae sunt terminationes; præcipuè verò,

1. Substantivorum in IO, OR, IX, US & URA: ut, *lectio, amator, atrix, luctus, creatura.*
2. Adjectivorum in bilis vel ilis, bundus, ax, itius, icus, idus, idus: ut, *amabilis, docilis, ludibundus, audax, fictitius, erraticus, fluidus, fatidus.*

3. De Participialibus, Adverbialibus, & à Præpositione ortis.

1. PARTICIPIALIA sunt, quæ ex participiis in nomina degenerarunt: ut, *sapiens, acutus, doctus, disertus.*

Ex his multa Substantivorum naturam induerunt: ut, *adolescens, animans, rudens, serpens; advocatus, sponsus, natus, legatus; nupta, sponsa, ferta; scilz. corona; prætexta, scilz. vestis; debitum, decretum, præceptum, fatum, testum, votum, &c.*

2. ADVERBIALIA sunt, quæ derivantur ab adverbis: ut, *hodiernus, ab hodie; crastinus, à cras; binus, à bis.*

3. Sunt & à PRÆPOSITIONIBUS orta: ut, *contrarius à contra; anticus, ab ante; posticus, à post.*

§ 2. De FIGURA NOMINUM.

FIGURA Nominum est duplex, Simplex & Composita.

Nomen SIMPLEX est, quod semper unum fuit, neque ex vocibus aut particulis pluribus conficitur: ut, *res, justus, facilis, cor, quantus.*

Nomen COMPOSITUM est, quod ex duabus aut pluribus vocibus seu particulis in unum junctis conflatur: ut, *respublica, injustus, difficilis, perdifficilis, vecors, quantuscunque.*

Quia voces numerales cum utraque tum specie tum figura nominum participant, idè quæ de iis dicenda videbantur, in postremum hunc locum rejecimus.

De NUMERALIBUS.

NUMERALIA sunt duplicia, *Simplicia*, sciz. & *Composita*.

Simplicia rursus vel *primitiva* sunt, vel *derivativa*.

Primitiva Cardinalia appellantur, cetera sunt *derivativa*.

CARDINALIA sunt, quæ numerum absolutè significant: ut, *unus*, *duo*, *tres*, &c. Hæc respondent ad Quæstionem QUOT?

Derivativa sunt septuplicia, *Ordinalia*, *Distributiva*, *Partitiva*, *Multiplicativa*, *Proportionalia*, *Temporalia* & *Ponderalia*.

1. ORDINALIA sunt, quæ ordinem significant: ut, *primus*, *secundus*, *tertius*, &c. De his quæritur per QUOTUS?

2. DISTRIBUTIVA sunt, quæ singulis plurium eundem numerum distribuunt: ut, *singuli*, *bini*, *terni*, &c. Quæstio de iis fit per QUOTENI?

3. PARTITIVA sunt, quæ partitionem significant, posteriore sui parte ex nomine pars composita: ut, *bipartitus*, *tripartitus*, *quadripartitus*, &c. De quibus Quæstio est QUOT PARTIUM?

4. MULTIPLICATIVA sunt, quæ partium aut specierum rei multiplicationem summam explicant: ut, *simplex*, *duplex*, *triplex*, &c. De his quæritur per QUOTUPLEX?

5. PROPORTIONALIA sunt, quæ proportionem seu habitudinem rei ad rem numero exprimunt: ut, *duplus*, *triplus*, *quadruplus*, &c. In his Quæstio fit per QUOTUPLUS.

6. TEMPORALIA & } sunt, quæ numerum certi temporis, pon-

7. PONDERALIA } deris vel aliarum rerum exprimunt: ut, *bimus*, *trimus*, *quadrimus*, &c. Sic composita: ut, *biennis*, *triennis*, &c. *bimestris*, *trimestris*, &c. *biduum*, *triduum*, &c. *binotium*, *trinotium*, &c. *hiennium*, *triennium*, &c. *annorum*, *mensium*, *dierum* & *noctium*, numerum significantia. Sic etiam *bilibris*, *trilibris*, *quadrilibris*, &c. quæ librarum numero significando inseruiunt. At in *oriis* à distributivis orta quarumvis rerum numero applicari possunt: ut, *binarius*, *ternarius*, *quaternarius*, &c. Sic *versus senarius*, i. e. sex pedum; *denarius nummus*, i. e. decem assium; *octogenarius senex*, i. e. octoginta annorum; *grex centenarius*, i. e. centum capitum, &c. De his quæritur, QUOT ANNORUM, MENSIVM, LIBRARUM, &c.

Liber Secundus.

DE PRONOMINE.

PRONOMEN est pars orationis variabilis, quæ pro nomine posita, personam aut rem aliquam demonstrat.

Pronominis Accidentia sunt octo, *Figura, Species, Genus, Casus, Numerus, Persona, Motio & Declinatio.*

I. FIGURA Pronominum est duplex; alia enim sunt Pronomina *Simplicia*, alia *Composita*.

Pronomina SIMPLICIA sunt decem & octo; *Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, quis, qui, meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras & cujas.*

De Pronominibus COMPOSITIS postea dicetur.

II. SPECIES Pronominum itidem duplex est, *Primitiva & Derivativa.*

Pronomina PRIMITIVA sunt decem; *Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, quis, qui.*

DERIVATIVA sunt octo; *Meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras & cujas.*

* Pronomina aliter dividuntur in *Demonstrativa, Relativa, Possessiva, Gentilia, Interrogativa & Reciproca.*

1. Pronomina DEMONSTRATIVA sunt, quæ rem præsentem, vel tanquam præsentem, simpliciter demonstrant: ut, *ego, tu, hic, iste, & interdum ille, is, ipse.*

2. RELATIVA sunt, quæ rem antecedentem in memoriam reducunt: ut, *ille, ipse, is, qui, & haud-rarò hic & iste.*

3. POSSESSIVA sunt, quæ possessionem significant: ut, *meus, tuus, suus, noster & vester.*

4. GENTILIA sunt, quæ gentem vel patriam significant: ut, *nostras, vestras, cujas.*

5. INTERROGATIVA ex his appellantur, quibus interrogantes utimur: ut, *quis? & cujas?*

6. RECIPROCA denique sunt, quæ rem in seipsam reflectunt: ut, *sui & suus.*

III. GENERA Pronominum sunt eadem ferè quæ in Nominibus. Nam eorum tria, *ego, tu, sui*, substantiva sunt & communis generis; masculina cum mares, feminina cum feminas demonstrant. Reliqua verò adjectiva sunt, & proinde generis omnis: *meus, mea, meum; nostras, nostras, nostras.*

IV. CASUS

- V. CASUS in Pronomine sex ; } quemadmodum in Nominis.
- VI. NUMERI sunt duo ;
- VII. PERSONÆ Pronominum sunt tres : *Prima*, quæ loquitur : *ego*. *Secunda*, ad quem sermo dirigitur : *ut, tu*. *Tertia*, de quo sermo habetur : *ut, sui, ille, ipse, & cetera Pronomina relativa*.
- VIII. MOTIO, quæ Pronominum adjectivorum est propria, sub eorum declinatione comprehenditur.
- IX. DECLINATIO Pronominum ad hunc modum sese habet :
1. Quædam planè sequuntur declinationem nominum : *ut, meus, tuus, suus, noster & vester, primæ & secundæ ; nostras, vestras & eas, tertiæ.*
 2. Quædam nulla ex parte sequuntur declinationem nominum : *ego, tu, sui.*
 3. Quædam habent declinationem mixtam : *ut, ille, ipse, iste, is, quis, qui.*

De PRONOMINIBUS COMPOSITIS.

Pronomina componuntur septem modis.

- I. Cum Nominis : *ut, aliquis, unusquisque : item genitivi huiusmodi, cuiusmodi, ejusmodi.*
- II. Cum Pronomine : *ut, isthic, illic ; ab-iste, illæ, & hic.*
- III. Cum Verbo : *ut, quivis, ex qui & vis ; quilibet, ex qui & bet.*
- IV. Cum Adverbio : *ut, nequic, numquid ; à ne, num & quis, tecum, eccam ; eccos, eccas ; ab ecce & is : ellum, ellam ; ellos, ellas ; ab ecce & ille.*
- V. Cum Præpositione cum : *ut, mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum, quicum & quibuscum.*
- VI. Cum Conjunctione : *ut, quicquid, siquis : ab et, si & quis.*
- VII. Cum syllabica adjectione, eaque variâ :
 1. ME cum componitur cum, *ego, tu, sui*, per omnes casus : *egomet, tuimet, nihimet, &c. tutemet, tuimet, tibimet, &c. suimet, sibi-*
 2. TE cum solo nominativo vocis *tu* : *ut, tute.*
 3. CE cum Pronomine *hic*, & genitivis *eius, cujus* : *ut, hiccæ, hæccæ ; huiusce, hysce, hosce ; ejusce, cujusce : unde ejuscemodi, huiuscemodi.*
 4. CINE additur Pronomini *hic*, sed iis duntaxat casibus qui in terminantur : *ut, hiccine, hæccine, hoccine, huncceine, &c.*
 5. PTE componitur cum ablativis *mea, tua, sua, nostra, vestra* : *ut, meapte, tuapte, suapte, &c.* Et interdum cum *meo, tuo, suo, &c.* *ut, meopte, tuopte, suopte.*
 6. PIAM, cum *quis* : *ut, quispian, quempiam, aliquispian.*

7. DAM, cum *qui* per omnes casus, genera & numeros.
 8. DEM, cum *is*, in *idem* (pro *isdem*) per omnes casus.
 9. CUMQUE, seu CUNQUE, cum *qui*, per omnes casus.
 10. QUE in *quisque*, } Syllabicae potiùs adjectiones, quàm
 11. NAM in *quisnam*, } hoc Adverbium, illa Conjunctiones
 12. QUAM in *quisquam*, } esse videntur.

Liber Tertius.

DE VERBO.

VERBUM est, pars orationis variabilis, aliquid de re aliqua dici seu affirmari significans.

Verbo accidunt octo, *Modus, Tempus, Numerus, Persona, Conjugatio, Genus, Species & Figura.*

MODUS est diversa verbi inflectendi ratio, diversis animi affectionibus indicandis inserviens.

Modi Verborum sunt quatuor, Indicativus, Subjunctivus, Imperativus & Infinitivus.

Ex his tres priores FINITI vocantur, quia certam personam ac numerum definiunt: quartus verò INFINITUS appellatur, quod nulla in eo sit personæ numerive differentia.

INDICATIVUS est, quo simpliciter affirmamus, negamus, aut interrogamus: ut, *amat, non amat, amatne?*

SUBJUNCTIVUS est, qui alteri verbo subjicitur, nec per se sententiam absolvit: ut, *Orat ut ad se venias; Quid faciam prorsus ignore.*

IMPERATIVUS est, quo imperamus, oramus, hortamur, aut permittimus: ut, *Scribe puer; Misere laborum; Pelle moras; Isequere Italiam ventis, pete regna per undas. Virg.*

INFINITIVUS est qui generalem verbi significationem, absque certæ personæ numerive discrimine, exprimit: ut, *Nescio fallere Dignus amari.*

TEMPUS est, differentia verbi ex consignificatione præsentis, præteriti & futuri.

Tempora verborum sunt quinque, Præsens, Præteritum imperfectum, Præteritum perfectum, Præteritum plusquamperfectum, & Futurum.

Ex Temporibus tria SIMPLICIA sive absoluta sunt, *Præsens, Præteritum perfectum, & Futurum*; duo autem COMPOSITA, *Præteritum imperfectum, & Præteritum plusquamperfectum.*

PRÆSENS est, quod aliquid nunc fieri significat : ut, *scribo, do-*
or.

PRÆTERITUM PERFECTUM est, quod rem notat jam perfectam
 completam : ut, *scripsi.*

FUTURUM est, quod aliquid ex voluntate aut necessitate fore
 comittit : ut, *scribam.*

PRÆTERITUM IMPERFECTUM est, quod tempus aliquod præ-
 teritum respicit, indicatque rem tum præsentem, sed nondum ab-
 solutam fuisse : ut, *scribebam.*

PRÆTERITUM PLUSQUAMPERFECTUM est, quod tempus aliquod
 præteritum respicit, ac rem tum præteritam, atque perfectam no-
 tat : ut, *scripseram.*

NUMERI } Verborum nihil aliud sunt, quàm diversæ eorum
 & } terminationes, numeris & personis Nominum
 PERSONÆ } sive Pronominum convenientes.

Numeri igitur sunt duo, *Singularis*, ut, *amo*; *Pluralis*, ut, *a-*
mus.

Personæ tres, *Prima*, ut, *amo*; *Secunda*, ut, *amas*; *Tertia*, ut,
amat.

CONJUGATIO est variatio verbi per modos, tempora, numeros
 personas.

Conjugationes verborum sunt quatuor; *Prima*, *Secunda*, *Tertia*
Quarta.

Æ autem vulgò à se invicem discernuntur vocali quæ præce-
 dit *re* præsentis Infinitivi verbi activi, vel *ris* præsentis Indicativi
 verbi passivi, hoc modo :

<i>Prima</i>	} habet	{	} ante <i>re</i> vel	{	} <i>amāre, amāris.</i>					
<i>Secunda</i>						<i>a</i> longum	{	{		
<i>Tertia</i>						<i>e</i> longum			{	{
<i>Quarta</i>						<i>e</i> breve				
		<i>i</i> longum	<i>ris</i> : ut,		<i>legere, legēris.</i>					
					<i>audire, audiris.</i>					

Verborum *Conjugatio* vel est *Regularis* vel *Anomala*. Illa com-
 munem aliquam conjugandi formam servat : hæc ab ea forma
 resciscit.

In unoquoque verbo regulari & pleno potissimum consideran-
 æ sunt quatuor ejus primariæ partes; viz. *Præsens Indicativi* in
Præteritum perfectum ejusdem in *i*, *Supinum* prius in *um*, &
Præsens infinitivi in *re*.

Præsens indicativi in *o* dicitur *THEMA* sive *Radix* verbi, quod
 reliquæ verbi partes ab eo, sive immediatè, sive aliis interveni-
 entibus, nascantur.

A *Præterito* perfecto descendunt voces in *am*, *rim*, *ro*, *ssens*
ssē.

A *Supino* priore, *Supinum* posterius, participia præteriti tem-
 poris, & futuri in *rus* : item pleraque verbalia in *us*, *io*, *or* & *ix*.

Præsens

Præsens infinitivi quorundam conjugationis verbum quodque ostendit.

¶ In Rudimentis nostris præter Conjugationum Typos, posita sunt generalia verborum à thematis suis ducendorum præcepta superest, ut de Præteritis & Supinis, quorum formatio latius pateat nec, ut ceterarum partium, una ferè & eadem, sed varia & multiplex est. hoc in loco agamus.

* De verbis anomalis capite secundo; de Genere, Specie, & Figura verborum cap. tertio: de Gerundiis & Supinis libro de Participiis dicetur.

C A P. I.

De Præteritis & Supinis Verborum.

R E G U L Æ G E N E R A L E S.

1. **P**Leraque simplicium leges composita sequuntur. Hinc excepta suo melius post ordine pandantur.

Verba composita formant præteritum & supinum juxta regulam simplicium: ut, *amo, amavi, amatum*; sic *redamo, redamavi, redamatum*.

Excipiuntur nonnulla quæ suis locis explicabuntur.

2. Cum geminat primam simplex, composita priore Præteriti amittunt, præter *præcurro, repungo*; Quæque sibi gignunt *do, sto, cum discere posco*.

Quando præteritum simplicis geminat primam syllabam, composita non geminant: ut, *pello, pepuli, to beat; repello, repulsi, non repepuli, to beat back*.

Exc. Quædam tamen eam syllabam retinent: ut, *præcurro, præcurri, to run before; repungo, repupugi, to prick again*: ita composita à *do, sto, disco & posco*: ut, *addo, addidi, to add; aestiti, to stand by; edisco, edidici, to learn by heart; depono, deposci, to demand*.

3. A præsentis in I mutatum, vult E-supino. Excipe *displiceo, do, go* finitaque, quæque Progenerant *habeo, sapio, salio, statuoque*.

Si verbum compositum mutet A simplicis in I, supinum habebit E: ut, *facio, feci, factum*, to make; *perficio, perfeci, perfectum*, to perfect.

Exc. *Placeo, placui, placitum*, to please: at *displiceo, displicui, displicitum*, to displease. Sic finita in *do* & *go*: ut, *ago, egi, actum*, to do, to drive; *adigo, adégi, adactum*, to drive to; *cado, cecidi, casum*, to fall; *recido, recidi, recasum*, to fall back. Item composita ab *habeo*, to have; *sapio*, to be wise; quæ I in supino retinent: ut, *prohibeo, prohibitum*, to forbid: *despicio*, (si modò supinum habeat) *despigitum*, to play the fool: Et à *salio*, to leap, & *statuo*, to set up, quæ in supino U habent: ut, *insilio, insultum*, to leap upon; *instituo, institutum*, to appoint.

4. Si sit A præsentis, non desinit esse supino.

Si verbum in præsentis A habuerit, A quoque in supino habebit, quamvis in præterito mutetur: ut, *cipio, cepi, captum*, to take; *fallo, fefelli, falsum*, to deceive.

5. Præteritis quæcunque carent, spoliabo supinis.

Quæ verba præteritis carent, carent etiam supinis: ut, *polleo, glisco, ambigo, vergo, ferio*, &c.

Prima Conjugatio.

6. **AVI** præterito, capit **ATUM** prima supino.

Verba primæ conjugationis habent in præterito **AVI**, in supino **atum**: ut, *voco, vocavi, vocatum*, to call.

7. *Do dedit* atque *datum* format, compositaque primæ Quæ *venum, circum, pessumque, satisque* creârunt. *Sto stetit & statum* poscit: **STITIT** at sibi proles Exigit atque **STITUM**, multò sed crebrius **ATUM**.

Exc. 1. *Do* facit præterito *dedi*, supino *datum*, to give. Sic composita primæ conjugationis, *venundo*, to sell; *circundo*, to surround; *pessundo*, to overthrow; *satisdo*, to give Surety. Cetera ferè sunt tertiæ conjugationis; de quibus Reg. 29.

Sto, steti, statum, to stand. Composita **STITI, STITUM** & frequentius **STATUM**: ut, *exsto, exstiti, exsitum* vel *exstatum*,

to stand out; *præsto, præstiti, præstitum, vel præstatum, to per-*
form. Sic *ad-, con-, in-, ob-, per-, pro-, re-fo.*

8. A *lavo* fit *lavi, lautum, lotum* atque *lavatum*.

Poto potatum vel potum flecte: juvoque

Dat juvi; at soboles jutum prope sola reservat.

Exc. 2. *Lavo* in præterito facit *lavi*, in supino *lotum, lautum,*
& lavatum, to wash.

Poto, potavi, potum vel potatum, to drink.

Juvo, juvi, jutum, to help. Sic ejus compositum, *adjuvo, ad-*
juvi, adjutum. Hinc participia *jutus & adjutus*: sed hoc longè
 quàm illud usitatus.

9. Hæc per UI per ITUMque, *cubo, domo cum sono*
flectes,

Et tono, junge veto, simul & crepo: discrepo normam

Sed potius sequitur: *mico* vult *micuique, supini*

Impatiens: AVI tamen *ATUM* *dimico* præfert;

Quam tenuit legem replico cum *supplico, & omne*

Quod plico componit verbum cum nomine junctum.

Cetera sed soboles ritu variantur utroque.

At frico vult *friui, frictum; secui seco, sectum;*

Interdumque neco, necui; quod sæpius AVI

Atque ATUM poscit. *Labo, nexo* cum *plico* nil
 dant.

Exc. 3. Sex verba quæ sequuntur, faciant præterito UI, supi-
 no ITUM;

Cubo, cubui, cubitum, to ly. Sic composita, tam primæ: ut,
accubo, to sit nigh; excubo, to watch; recubo, to ly all along:
 quàm tertiæ, quæ *m* litteram assumunt: ut, *incumbo, to ly upon;*
succumbo, to yield. Vid. Reg. 25.

Domo, domui, domitum, to tame. Sic *e-, per- domo.*

Sono, sonui, sonitum, to sound. Sic *as-, circum-, con-, dis-,*
ex-, in-, per-, præ-, re-sono.

Tono, tonui, tonitum, to thunder. Sic *at-, circum-, in-, superin-,*
re-sono.

Veto, vetui, vetitum, to forbid.

Crepo, crepui, crepitum, to make a noise. Sic *con-, in-, per-, re-*
crepo. *Discrepo* tamen *discrepavi* potius quàm *discrepui* facit.

Exc. 4.

Exc. 4. *Mico* facit *mitui* sine supino, to glitter. Sic *inter-*, *pro-mico*. *Emico* autem *emicui* habet & *emicatum*, to shine forth: *dimico dimicavi* (raro *dimicui*) *dimicatum*, to fight.

Exc. 5. *Plico* simplex, to fold, olim *plicui* vel *plicavi*, & *plicitum* vel *plicatum*, fecisse videtur: Participio *plicatus* utitur Seneca.

Ab eo composita, sive cum nomine, sive cum præpositionibus *sub* & *re*, *AVI* tantum & *ATUM* habent: ut, *duplico*, -avi, -atum, to double; *multiplico*, -avi, -atum, to multiply, *supplico*, -avi, -atum, to intreat humbly; *replico*, -avi, -atum, to unfold, to reply.

Reliqua cum præpositionibus composita, vel faciunt *UI*, *ITUM*; vel *AVI*, *ATUM*: ut, *applico*, to join, to apply; *implico*, to fold in, to intangle; -*plicui*, -*plicitum*, & -*plicavi*, -*plicatum*; *complico*, -*plicavi*, -*plicatum*; raro -*plicui* & -*plicitum*, to fold together. *Explico*, pro *expedio*, expanding, aut simili, *explicui*, sæpius & *explicitum*: pro *explano* seu interpretor, *explicavi* & *explicatum*, serè semper facit.

Exc. 6. *Frico* habet *fricui*, *frictum*, to rub. Sic *af-*, *circum-*, *con-*, *de-*, *ef-*, *in-*, *per-*, *re-frico*.

Seco, *secui*, *sectum*, to cut. Ita, *circum-*, *con-*, *de-*, *dis-*, *ex-*, *in-*, *inter-*, *per-*, *præ-*, *re-*, *sub-seco*.

Neco, *necavi*, interdum *necui*, *necatum*, to kill. *Eneco*, -avi, -atum, & *enecui*, *enectum*, to put to Death; *interneco*, -avi, -atum, & -*ectum*, to put all to the sword.

Exc. 7. *Hæc tria*, *labo*, to fall or faint; *nexo*, to bind, & *plico* (de quo prius dictum) præterito ac proinde supino carent.

Secunda Conjugatio.

10. **A**ltera præterito dat *UI*, dat *ITUM*que supino.

Verba secundæ conjugationis faciunt præteritum in *UI*, supinum in *ITUM*: ut, *habeo*, *habui*, *habitu*, to have; *prohibeo*, *prohibui*, *prohibitum*, to forbid.

11. Dat *doceo doctum*; à *teneo deducito tentum*:

Mistum vel *mixtum* dat *misceo*: *censeo*, *censum*;

Torreoque & *tostum*, capient; & *sorbeo sorptum*.

Hæc verba sequentia præteritum juxta regulam, supinum verò contra eam faciunt.

Doceo, *docui*, *doctum*, to teach. Sic *ad-*, *con-*, *de-*, *e-*, *per-*, *sub-doceo*,

Teneo, tenui, tentum, to hold. Sic con-, de-, dis-, ob-, re-, sustineo. At attineo, pertineo, nullum supinum admittunt; raro etiam abstineo.

Misceo, miscui, mistum vel mixtum, to mix. Sic ad-, com-, im-, inter-, per-, re-misceo.

Censeo, censui, censum, to judge or think. Sic ac-, per-, re-, fac-censeo.

Torreo, torrui, tostum, to roast. Sic ex-torreo.

Sorbeo, sorbui, sorptum, to sup. Sic ab-, ex-, re-sorbeo. Absorpsi utitur Lucanus, exsorpsi Seneca, ab antiquis absorbo & exsorbo, ut videtur, tertiæ conjugationis. Supina exsorptum & resorptum non extant.

12. Quod dat UI neutrum, *timeo, fileoque, supina*
Nulla dabunt. Valeo, placeo, caret & licet aufer,
Paret, item jaceo, caleo, noceo, doleoque;
Queis coalet, latet atque meret sociabis, oletque.

Neutra secundæ conjugationis, quæ præterito faciunt UI, supino carent: ut, *splendeo, splendui, to shine; mædeo, madui, to be moist. Sic ardeo, candeo, fideo, horreo, niteo, pateo, tepeo, vigeo, &c. item immineo, emineo, ab antiquo mineo.*

His adde duo verba activa, *timeo, timui, to fear: unde per-, sub-timeo. Et fileo, filui, to conceal.*

Exc. Hæc autem neutra supinum retinent: *Valeo, valui, valitum, to be in health; & æqui-, con-, e-, in-, præ-valeo. Placeo, -ui, -itum, to please: & com-, per-placeo, dis-pliceo. Careo, -ui, -itum, to want. Liceo, -ui, -itum, to be valued. Sic Pareo, to appear, to obey: & ap-, com-pareo. Jaceo, to ly: & ad-, circum-inter-, ob-, præ-, sub-, super-jaceo. Caleo, to be warm: & con-, in-, ob-, per-, re-caleo. Noceo, to hurt. Doleo, to be grieved: & con-, de-, in-, per-doleo. Coaleo, to grow together. Lateo, to lurk: unde de-liteo, inter-, per-, sub-lateo. Mereor, to deserve: unde com-, de-, e-, per-, pro-mereor, aut mereor. Oleo, to smell.*

13. *Arceo quod simplex nescit, dant nata supinum:*
Quod retinent taceo, lateo, sobolique recusant.

Arceo, arcui facit; supinum verò arcitum in usu non est, to drive away. Ejus tamen composita supinum retinent: coercéo, -ercui, -ercitum, to restrain; exercéo, -ercui, -ercitum, to exercise.

Contrà, *taceo, tacui facit & tacitum, to conceal; lateo, latui & latitum, (ut modò dictum) to lurk. Eorum tamen composita supino carent; con-, ob-, re-ticeo: & de-liteo, &c.*

. Dant **DI SUM** *prandet, videt & sedet*; at *geminabit*

S sessum: stridet stridi facit absque supino.

Prandeo dat prandi, pransum, to dine.

Video, vidi, visum, to see. Sic in-, per-, præ-, pro-, re- video.

Sedeo, sedi, sessum, to sit. Sic as-, con-, de-, dis-, in-, ob-, post-, re-, sub- sideo, circumsideo, vel circumnsideo, supersedeo. Ex tamen desideo, dissideo, persideo, præsideo, resideo, subsideo, supincarere videntur.

Strideo, stridi, sine supino, to make a Noise.

. **DI SUM** præterito *geminato mordeo* donat:

Spondeo lege pari, pendet, tondetque jugantur.

Hæc quatuor faciunt DI, principio præteriti geminato, & supinum:

Mordeo, momordi, morsum, to bite. Sic ad-, com-, de-, ob-, præ-, mordeo.

Pendeo, pependi, pensum, to hang. Sic, de-, im-, pro-, super-pendeo.

Spondeo, spondendi, sponsum, to promise. Sic, de-, re-spondeo.

Tondeo, totondi, tonsum, to clip. Sic at-, circum-, de-tondeo.

At composita omnium reduplicationem abjiciunt.

. **Ex VEO fit VI, TUM: faveo** sed *dicito fautum,*

Et caveo cautum. Mutilantur neutra supinis:

Ferbuit at fervet; VI, XI conniveo donat.

Verba activa in VEO terminata, præterito VI, supino TUM recipiunt: ut, moveo, movi, motum, to move: unde a-, ad-, a-, de-, di-, e-, per-, pro-, re-, se-, sub-, trans-moveo. Foveo, fovi, um, to cherish: unde con-, re-foveo. Voveo, vovi, votum, to vow or wish: unde con-, de-voveo.

Duo in supino recipiunt u ante TUM, Faveo, favi, fautum, to pour; Caveo, cavi, cautum, to avoid, to beware of: unde ex-caveo.

Neutra in VEO supino carent: ut, paveo, pavi, to be afraid: de-ex-paveo.

Ex his Ferveo, to boil, ferbui facit: unde de-, ef-, in-per-, ferveo. Conniveo, to wink, connivi & connixi, sine supino.

. **Deleo, nata pleo, flet, net, viet, EVIT & ETUM**

Accipiunt, cieoque citum: civi dato quartæ.

Nunc

Nunc *oleo* per *UI* dat *ITUM*: sic *pignora patris*
Quæ retinent sensum: *EVI*, *ETUM* vult cetera
proles.

Fert abolevit ITUM: sed dic *adolevit adultum*.

Præterito EVI, *supino ETUM* formant verba sequentia:

Deleo, deleui, deletum, to blot out.

Compleo, complevi, completum, to fill. Sic alia composita
instituto verbo pleo ut, *de-, ex-, im-, adim-, op-, re-, sup-pleo*.

Fleo, fleui, fletum, to weep. Sic *af-, de-fleo*.

Neo, nevi, netum, to spin. Sic *per-neo*.

Vieo, vievi, vietum, to hoop a Dessel.

Cieo, citum, absque præterito in hac conjugatione: *civi* enā
à cio est, & *quartæ*, to stir up, to rouse. Sic *ac-, con-, ex-, in-*
per-cieo.

Oleo, olui, olitum facit: olim etiam *olevi, oletum*, to smell.

Ejus composita dupliciter formantur. Nam

1. Quæ servant sensum simplicis, sive odorem significant, *U-*
habent & ITUM: ut, *oboleo, obolui, obolitum, peroleo, -ui, itum*
redoleo, -ui, -itum, suboleo, -ui, -itum.

2. Quæ verò à simplicis significatione recedunt, faciunt *EV-*
ETUM: ut, *exoleo, exolevi, exoletum*, to fade, to grow out of
use; *obsoleo, obsolevi, obsoletum*, idem; *inoleo, inolevi, inoletum*
vel inolitum, to come in use, to grow upon. *Aboleo* tamen *ab-*
olevi facit & *abolitum*, to abolish. *Adoleo, adolevi, adultum*
to grow up, to burn.

18. Dant *SI SUM* *suadet, ridet, manet, hæret & ardet,*

Et terget, mulcet, mulget: sed & *S* geminato

Vult jubeo, jussi, jussumque. Indulgeo SI TUM

Torqueo dat *torsi tortum*. *Viduata* *supinis*

SI capiunt urget, cum fulget, turget & alget.

1. Quædam habent *Si, SUM*: ut,

Suadeo, suasi, suasum, to advise. Sic *dis-, per-suadeo*.

Rideo, risi, risum, to laugh. Sic *ar-, de-, ir-, sub-rideo*.

Maneo, mansi, mansum, to stay. Sic *per-, re-maneo*.

Hæreo, hæsi, hæsum, to stick. Sic *ad-, co-, in-, ob-, sub-hæreo*.

Ardeo, arsi, arsum, to burn. Sic *ex-, in-, ob-ardeo*.

Tergeo, tersi, tersum, to wipe. Sic *abs-, circum-, de-, ex-, per-*
tergeo.

Mulceo, mulsi, mulsam, to stroak. Sic *ad-, circum-, com-, de-*
per-, re-mulceo.

Mulgeo, mulsi, mulsam & multum, to milk. Sic *e-, im-mulgeo*
Jubeo

Jubeo, cum gemino s utrobique, *jassi*, *jussum*, to command.
fide-jubeo.

2. Duo faciunt SI, TUM :

Indulgeo, *indulsi*, *indultum*, to coddle, to grant.

Torqueo, *torpsi*, *tortum*, to thzow. Sic *con-*, *de-*, *dis-*, *ex-*, *in-*,
re-torqueo.

3. Quatuor præterito SI habent, at supino deficiunt :

Urgeo, *urfi*, to urge o: p:ess. Sic *ad-*, *ex-*, *in-*, *per-*, *sub-*, *su-*
-urgeo.

Fulgeo, *fulsi*, to shine. Sic *af-*, *circum-*, *con-*, *es-*, *inter-*, *præ-*,
super-fulgeo.

Turgeo, *turfi*, to swell.

Algeo, *alsi*, to be cold.

. *Lugeo* XI solum, cum *luceo*, *frigeo*, poscit :

Augeo sic *auxi*, comitabitur inde sed *auctum*.

1. Hæc tria præterito XI faciunt absque supino :

Lugeo, *luxi*, to mourn. Sic *e-*, *pro-*, *sub-lugeo*.

Luceo, *luxi*, to give Light. Sic *al-*, *circum-*, *col-*, *di-*, *e-*, *il-*,
er-, *per-*, vel *pel-*, *præ-*, *pro-*, *re-*, *sub-*, *trans-luceo*.

Frigeo, *frixi*, to be cold. Sic *per-*, *re-frigeo*.

2. *Augeo* facit *auxi*, *auctum*, to increase o: augment. Sic
ex-augeo.

. Nil formant *lactet*, *livet*, *scateoque*, *renidet*,

Mæret, *avet*, *pollet*, *flavet*, cum *denseo*, *glabret*.

Præterito ac proinde supino carent verba sequentia :

Lacteo, to suck Milk; *liveo*, to be black and blue; *scateo*, to
w out, to abound; *renideo*, to shine, to smile; *mæreo*, to be
rowful; *aveo*, to desire; *polleo*, to be able; *flaveo*, to be yel-
o; *denseo*, to grow thick; *glabreo*, to be smooth o: bare.

Tertia Conjugatio.

C I O.

. **D** At *facio*, *feci*, *factum* : *jacio* quoque *jeci*

Accipit, & *jactum* : *specio* *lacio*que creata

Dant XI, CTUM : verùm *elicui* dic *elicutum*que.

1. *Facio*, *feci*, *factum*, to make o: do. Sic composita tam ea quæ
tinent : ut, *are-*, *cale-*, *made-*, *tepe-*, *bene-*, *male-*, *satis-facio*, &c.
quàm

quàm illa quæ *a* in *i* mutant: ut, *af-*, *con-*, *de-*, *ef-*, *in-*, *inter-*, *o-*, *per-*, *præ-*, *pro-*, *re-*, *suf-ficio*. At hæc supino *-ectum* per reg. 3. habent. *Jacio*, *jeci*, *jactum*, to cast or throw. Sic *ab-*, *ad-*, *circum-*, *con-*, *de-*, *dis-*, *e-*, *in-*, *inter-*, *ob-*, *pro-*, *re-*, *sub-*, *super-*, *superius* *tra-jicio*; supino *-ectum*.

2. Composita à *specio* & *lacio*, (quæ ipsa obsoleta sunt) faciunt *exi*, *ectum*: ut, *aspicio*, *aspexi*, *aspectum*, to behold. Sic *circum-*, *con-*, *de-*, *dis-*, *in-*, *intro-*, *per-*, *pro-*, *re-*, *retro-*, *su-spicio*.

Allicio, *allexi*, *allectum*, to allure. Sic *il-*, *pel-licio*.

At *elicio*, *elicui*, *elicitum* facit, to draw or fetch out.

DIO, GIO, PIO,

22. Dic *fodio*, *fodi*, *fossus*: *fugio* dato *fugi*,
Ex fugitum: *cipio cepi*, *captumque* requirit:
At rapio, *rapui*, *raptum*: *viduumque* supino
Dat sapio, *sapui*: *cupio* volet *ivit* & *itum*.

1. *Fodio*, *fodi*, *fossus*, to dig. Sic *ad-*, *circum-*, *con-*, *ef-*, *in-*, *inter-*, *per-*, *præ-*, *re-*, *suf-*, *trans-fodio*.

2. *Fugio*, *fugi*, *fugitum*, to fly. Sic *au-*, (pro *ab-*,) *con-*, *de-*, *dis-*, *ef-*, *per-*, *pro-*, *re-*, *suf-*, *subter-*, *trans-fugio*.

3. *Cipio*, *cepi*, *captum*, to take. Sic *ac-*, *con-*, *de-*, *ex-*, *in-*, *inter-*, *oc-*, *per-*, *præ-*, *re-*, *suf-cipio*, (supino *-ceptum*;) & *ante-cipio*.

4. *Rapio*, *rapui*, *raptum*, to pull or snatch. Sic *ab-*, *cr-*, *cor-*, *de-*, *di-*, *e-*, *præ-*, *pro-*, *sur-ripio*; *-ripui*, *-reptum*.

5. *Sapio*, *sapui*, sine supino, to savour, to be wise. Sic *con-*, *de-*, *re-sipio*.

6. *Cupio*, *cupivi*, *cupitum*, to desire. Sic *con-*, *dis-*, *per-cupio*.

RIO, TIO.

23. *Dat pario*, *peperi*, *partum*, vel *ITUM*: *quatiquæ*
Quassum, *vix quassi*; *cussi* at *cussum* bene proles.

1. *Pario* habet *peperi*, *paritum*, & contractè *partum*, to bring forth a Child. Ejus composita sunt quartæ, *aperio*, *operio*, *comperio*, *reperio*. Vid. reg. 44.

2. *Quatio*, to shake *quassi*, *quassum*; at præteritum inusitatum. Ejus composita in *cutio* exeunt, faciuntque *cussi*, *cussum*: *concutio*, *conculsi*, *conculsum*, to shake altogether. Sic *de-*, *dis-*, *ex-*, *in-*, *per-*, *re-*, *reper-*, *suc-cutio*.

U O.

24. Queis UO dat finem, per UI labuntur & UTUM.
 At fluo vult fluxi, fluxum: struxi, struo, structum.
 Vultque ruo, ruitum: dat UTUM proles tibi solum.
 Nulla supina dabunt metuo, pluo, congruo, sicut
 Annuo, cum sociis; quibus ingruo, respuo junges.

1. Verba in UO faciunt præteritum in UI, supinum in UTUM:
 ut, Arguo, argui; argutum, to reprove, to reason or argue:
 unde co-, red-arguo. Acuo, acui, acutum, to sharpen: unde ex-
 acuo. Sic exilo, to put off clothes; induo, to put them on. Im-
 fluo, to moisten or wet. Composita à lauo, seu luo verbo inusi-
 tato, to wash: ab-, al-, circum-, col-, di-, e-, inter-, per-, pol-, pro-,
 sub-luo. Minuo, to lessen: unde com-, de-, di-, im-minuo. Status,
 to set or place, to ordain: unde con-, de-, in-, præ-, pro-, re-, sub-
 tituo. Suo, to sew, stitch or tack together: unde af-, circum-,
 con-, dis-, in-, præ-, re-suo. Tribuo; to give, to divide: unde
 et-, con-, dis-, re-tribuo.

2. Fluo, fluxi, fluxum, to flow. Sic af-, circum-, con-, de-, dis-,
 f-, in-, inter-, per-, præter-, pro-, re-, subter-, super-, trans-fluo.

3. Struo, struxi, structum, to put in order, to build. Sic ad-,
 circum-, con-, de-, ex-, in-, ob-, præ-, sub-, super-struo.

4. Ruo, rui, ruitum, to rush, to fall. Composita in supino
 faciunt UTUM, penultimâ brevi: ut, diruo, dirui, dirutum, to
 overthrow. Sic e-, ob-, pro-, sub-ruo. Corruo tamēn & irruo
 supina, quod sciam, non admittunt.

5. Supino carent verba sequentia: Metuo, metui, to fear: unde
 præmetuo. Pluo, pluī, to rain: unde ap-, com-, de-, im-, per-pluo.
 Congruo, congrui, to agree: Ingruo, ingruī, to assail, or fall up-
 on with violence: Annuo, annui, to consent. Sic alia composita
 ab inusitato nuo: abnuo, to refuse; innuo, to nod or beckon with
 the head; renuo, to deny. Respuo, respui, to reject, to flight.

B O.

25. BI BO BITUMque facit. Scabo, lambo, caren-
 to supinis:

Orta cubo, ternum quibus M dedit indita flexum,
 Dant cubui, cubitum. Vult scribo nuboque PSI,
 PTUM.

i. Verbum desinens in BO facit in præterito BI, in supino
 BITUM: ut,

Bibo, bibi, bibitum, to drink. Sic ad-, com-, e-, im-, per-, præ-bibo.

2. *Scabo facit scabi, sine supino, to scratch or claw: item, Lambo, lambi, to lick. Sic ad-, circum-, de-, præ-lambo.*

3. *Composita à cubo, quæ in hac conjugatione m in præsentii assumunt, præterito & supino formam simplicis sequuntur: ut, accumbo, accubui, accubitum, to sit down at Table. Sic con-, de-, dis-, in-, oc-, pro-, re-, suc-, superin-cumbo.*

4. *Scribo, scripsi, scriptum, to write. Sic ad-, circum-, con-, de-, ex-, in-, inter-, per-, post-, præ-, pro-, re-, sub-, super-, supra-, transcribo.*

Nubo, nupsi, nuptum, to be married; olim pro velo, to veil. Sic de-, e-, in-, ob-nubo.

CO.

26. *Dant XI, CTUM dico, duco simul; Nque remotâ Vult vinco, vici, victum: geminato peperci A parco, parsum adjiciens; quod SI dat ITUMque Rariùs. Ico sibi formavit & icit & iclum.*

1. *Ex verbis in CO, duo faciunt XI, CTUM:*

Dico, dixi, dictum, to say. Sic ab-, ad-, con-, contra-, e-, in-, inter-, præ-, pro-dico.

Duco, duxi, ductum, to lead. Sic ab-, ad-, circum-, con-, de-, di-, e-, in-, intro-, ob-, per-, præ-, pro-, re-, se-, sub-, tra- vel transf-duco.

2. *Vinco, n amisso, vici, victum, to overcome. Sic con-, de-, e-, per-, re-vinco.*

3. *Parco, peperci, parsum, raro parsi, parsitum, to spare. Sic com-parco, vel com-perco.*

4. *Ico, ici, iclum, to strike.*

SCO.

27. *Vertitur in VI, TUM, SCO. Pasco dat tibi pastum: Agnosco sed ITUM capiet cognoscoque. Disco Vult didici primam geminans: sic posco, poposci; Dispestcit, compestcit UI dant: cuncta supinis Orba. Nihil glisco, nihil inceptiva creârunt.*

5. *SCO mutatur in VI & TUM: ut,*

Cresco, crevi, cretum, to grow. Sic con-, de-, ex-, re-, & sine supino, ac-, in-, per-, pro-, suc-, super-cresco.

Nosco, novi, notum, to know. Sic dig-, ig-, inter-, per-, præ-, nosco.

Quiesco,

Quiesco, quievi, quietum, to rest. Sic *ac-, con-, inter-, re-quiesco.*
Scisco, scivi, scitum, to ordain. Sic *ad-, con-, de-, præ-, re-scisco.*
Suesco, suevi, suctum, to be accustomed. Sic *af-, con-, de-, in-*
suesco.

2. *Pasco, pavi, pastum, to feed.* Sic *com-, de-pasco.*

3. Duo à *nosco* composita faciunt in supino ITUM: *Agnosco, agnovi, agnitum, to own or acknowledge; cognosco, cognovi, cognitum, to know.* Sic *recog-nosco.*

4. Duo principia præteriti geminant, supinoque carent.

Disco, didici, to learn. Sic *ad-, con-, de-, e-, per-, præ-disco.*

Posco, poposci, to demand. Sic *ap-, de-, ex-, re-posco.*

5. *Compesco, compescei, to stop or refrain, sine supino.* Sic
Dispesco, dispescei, to separate.

6. Præterito ac supino caret *glisco, to grow or increase*: item verba inceptiva: ut, *madesco, to become moist; aresco, to become dry.* Ejusmodi autem verba suorum primitivorum præteritam, & si quod habeant) supinum assumunt: ut, *ardesco, arsi, arsum, ab ardeo; abolesco, evi, itum, ab aboleo; deliteisco, delitui; resipisco, resipui, vel resipivi; revivisco, revixi; à deliteo, resipio, revivo.*

DO.

28. DO finita petunt DI, SUM. Sed *divido, rado, Dant SI, SUM, claudio, plaudo, cum ludere, trudo, Et ludo, rodo, compositaque vado* (quod ipsum Præteritum vix dat,) geminans ac S quoque *cedo.* At *pando, pandi, passum, pansumque, comedi Estum* sæpe capit; N perdens *fundoque fudi, Et fusum*: sic *scindo, scidi, sic findo, fidique: At scissum, fissum, duplicans S, redde supinis.*

1. DO syllabâ terminata formant præteritum in DI, supinum in SUM: ut,

Cudo, cudi, cusum, to forge or stamp. Sic *ex-, in-, per-, pro-, re-cudo.*

Mando, mandi, mansum, to chew. Sic *præ-, re-mando.*

Scando, scandi, scansum, to climb. Sic *a-, con-, de-, e-, ex-, in-, tran-scendo.*

Prehendo, prehendi, prehensum, to take hold of. Sic *ap-, com-, de-, re-prehendo.*

Accendo, accendi, accensum, to kindle. Sic *in-, suc-cendo, ab obsoleto cando composita.*

Defendo, defendi, defensum, to defend. Sic of-fendo ab inuifitato fendo.

2. *Sequentia habent SI, SUM :*

Divido, divisi, divisum, to divide.

Rado, rasi, rasum, to shave. Sic ab-, circum-, cor-, de-, e-, inter-, præ-, sub-rado.

Clando, clausi, clausum, to close. Sic circum-, con-, dis-, ex-, in-, inter-, oc-, præ-, re-, se-cludo, quæ a amittunt.

Plaudo, plausi, plausum, to clap hands for Joy. Sic ap-, circum-plaudo : item com-, dis-, ex-, sup-plodo quæ au mutant in o longum.

Ludo, lusi, lusum, to play. Sic ab-, al-, col-, de-, e-, il-, inter-, ob-, præ-, pro-, re-ludo.

Trudo, trusi, trusum, to thrust. Sic abs-, con-, de-, ex-, in-, ob-, pro-, re-trudo.

Lædo, læsi, læsum, to hurt. Sic al-, col-, e-, il-lido, æ diphthongo in i longum mutata.

Rodo, rosi, rosam, to gnaw. Sic ab-, ar-, circum-, cor-, de-, e-, ob-, per-, præ-rodo.

Vado, vasi, vasum, (sed præterito ac supino extra compositionem vix usitatis) to go. Sic circum-, e-, in-, per-, super-vado.

Cedo, cessi, cessum, gemino ꝑ utrobique, to yield or give place. Sic abs-, ac-, ante-, con-, de-, dis-, ex-, in-, inter-, præ-, pro-, re-, retro-, se-, suc-cedo.

3. *Pando, pandi, passum, & interdum pansum, to open, to spread. Sic dis-, ex-, op-, præ-, re-pando.*

4. *Comedo, comedi, comestum, nonnunquam comestum, to eat. Sed edo simplex, aliaque ejus composita, ut, ad-, amb-, ex-, per-, sub-, super-edo, regulam generalem sequuntur.*

5. *Tria n in præterito & supino abjiciunt :*

Fundo, fudi, fusum, to pour forth. Sic af-, circum-, con-, de-, dis-, ef-, in-, inter-, of-, per-, pro-, re-, suf-, super-, superin-, transfundo.

Scindo, scidi, scissum, duplici ꝑ in supino, to cut. Sic ab-, circum-, con-, dis-, ex-, inter-, per-, præ-, pro-, re-, tran-scindo.

Findo, fidi, fissum, duplici itidem ꝑ in supino, to cleave. Sic con-, dis-, in-fundo.

29. *Tundo facit tutudi, tunsam, compositaque tusum,*

Et cado vult cecidi, casum : sed nata supinum

(Incido si demas, recido, simul occido) spernunt.

Cado cecidit habet casum : sic tendo, tetendi,

Tensum

Tensum vel *tentum* ; mage *tentum* sed dato proli :
Vultque pepedit, ITUM, *pedo* : *pensumque pependi*,
Pendo capit : DIDIT atque DITUM cum ven-
dere, credo.

Et propè cuncta sibi quæ DO cum præposituris
 Gignit : at *abscondo* potiùs DIT quàm DIDIT
 effert.

Præterito DI *strido*, *rudo* dant, absque supinis,
Sidoque, sed soboli *sedeo* dat mutuo *sedi*.

6. Quædam in DO geminant principium præteriti : ut,

Tundo, tutudi, tunsus, interdum tusus, to *bzap* oz *beat* as in
 a *Mortar*. Composita *tudi* & *tusus* habent : ut, *contundo, con-*
tudi, contusus, to *bzuise* oz *bzeak* in *Pieces*. Sic *ex-, ob-, per-,*
re-tundo.

Cado, cecidi, casus, to *fall*. Sic *incido, incidi, incasus*, to
fall in ; *recido, recidi, recasus*, to *fall back* ; *occido, occidi, occa-*
sum, to *fall down*, to *dy*. Alia composita supinum non habent ;
ac-, con-, de-, ex-, in-, inter-, pro-, suc-cido.

Cædo, cecidi, cæsus, to *cut*, to *kill*. Composita æ in i longum
 mutant ; *accido, accidi, accisus*, to *cut about*. Sic *abf-, con-,*
circum-, de-, ex-, in-, inter-, oc-, per-, præ-, re-, suc-cido.

Tendo, tetendi, tensus vel tentum, to *stretch out* ; in plerisque
 compositorum *tentum* magis est usitatum : ut, *at-, con-, de-, dis-,*
ob-, præ-, pro-tendo. *Extentum vel extensum*, ab *extendo*, promi-
 scue dicitur. *Ostensum* verò ab *ostendo*, magis in usu est quàm *of-*
tentum.

Pedo, pepedi, peditum, to *bzeak Wind back-wards*. Sic *op-pedo.*

Pendo, pependi, pensus, to *hang* oz *weigh*. Sic *ap-, de-, dis-,*
ex-, im-, per-, re-, sus-pendo.

7. Composita à verbo *Do* cum præpositionibus, sunt omnia se-
 rè tertiæ conjugationis, præter *circundo*, faciuntque præterito *didi*,
 supino *ditum* : ut, *abdo, abdidi, abditum*, to *hide*. Sic *ad-, con-,*
de-, di-, e-, in-, ob-, per-, pro-, red-, sub-, tra-do : item, *decon-,*
recon-do ; & *coad-, superad-do* ; & *deper-, disper-do*. Quibus
 adde *credo, credidi creditum*, to *believe* ; *vendo, vendidi, vendi-*
tum, to *sell*. *Abscondo* tamen *abscondi* (rariùs *abscondidi*), *abs-*
conditum facit, to *hide*.

8. Tria carent supino, præteritum verò juxta regulam formant :

Strido, stridi, to *traw* oz *creak*.

Rudo, rudi, to *bzap* as an *Ass*.

Sido, fidi, to sink down. Ejus composita præteritum & supinum mutantur à *sedeo*: ut, *confido, confedi, confessum*, to settle or sit down. Sic *as-, circum-, de-, in-, ob-, per-, re-, sub-sido*.

GO, GUO.

30. GO vel GUO, XI, CTUMque facit. Cum *supere pergo*

Accipit at REXI, RECTUM. Sed & ista supini N tria deperdunt, *singo*, cum *pingere, stringo*. Dat *frango, fregi, fractum*; sicut egit & actum Vult ago: sed soboles, *satago*, cum *prodigo, dego*, Nulla lupina dabunt; caret *ambigo* præteritoque. *Tango* facit *tetigi, tactum*; *legi, lego, lectum*: *Negligo* sed poscunt, *intelligo, diligo, XI, CTUM* *Pungo* capit *pupugi, punctum*, sed pignora *punxi*: Præteritum sed utrumque petit sibi ritè *repungo*. Vult *pango, panxi, pactum*; *pepigi*que vetustum Dat *pago*, quod *pegi* genitis de *pango* reservat.

1. Verbum in GO vel GUO desinens facit XI in præterito, & CTUM in supino: ut,

Cingo, cinxi, cinctum, to gird, to surround. Sic *ac-, dis-, circum-, in-, præ-, re-, suc-cingo*.

Fligo, flixi, flictum, to dash or beat upon. Sic *as-, con-, in-fligo*: item *profligo, -avi, -atum*, primæ conjug.

Jungo, junxi, junctum, to join. Sic *ab-, ad-, con-, de-, dis-in-, inter-, se-, sub-jungo*.

Lingo, linxi, linctum, to lick. Sic *de-, e-, pol-lingo*.

Mungo, munxi, munctum, to wipe or clean the nose. Sic *emungo*.

Plango, planxi, planctum, to beat, to lament.

Rego, rexi, rectum, to govern. Sic *ar-, cor-, di-, e-, por-sur-rigo*.

Stinguo, vel stingo, stinxi, stinctum, to dash out, to extinguish. Sic *di-, ex-, in-, inter-, præ-, re-stinguo*.

Tego, texi, textum, to cover. Sic *circum-, con-, de-, in-, ob-, per-præ-, pro-, re-, sub-, super-tego*.

Tingo vel tinguo, tinxi, tinctum, to dip or dye. Sic *con-, in-tingo*.

Ungo vel unguo, unxi, unctum, to anoint, Sic ex-, in-, per-,
er-ungo.

2. Duo formant REXI & RECTUM;

Surgo, surrexi, surrectum, to rise. Sic af-, circum-, con-, de-,
in-, re-surgo.

Pergo, perrexi, perrectum, to go forward.

3. Tria n in supino amittunt.

Stringo, strinxi, strictum, to bind, to strain. Sic ad-, con-,
dis-, ob-, per-, præ-, re-, sub-stringo.

Fingo, finxi, fictum, to feign. Sic af-, con-, ef-, re-fingo.

Pingo, pinxi, pictum, to paint. Sic ap-, de-pingo.

4. Frango, fregi, fractum, to break. Sic con-, de-, dis-, ef-,
per-, præ-, re-, sus-fringo.

Ago, egi, actum, to do, to drive. Sic ab-, ad-, ex-, red-,
trans-, transad-igo : & circum-, per-ago ; cogo pro coago.

Tria ab ago composita carent supino : Satago, sategi, to be bus-
about a thing ; Prodigio, prodegi, to lavish or spend riotously ;
ago (pro Deago) degi, to live or dwell. Unum præterito etiam
et, Ambigo, to doubt.

5. Tango, tetigi, tactum, to touch. Sic at-, con-, ob-, per-tingo.

6. Lego, legi, lectum, to gather, to read. Sic al-, per-, præ-,
sub-lego, quæ e retinent : item col-, de-, e-, recol-, se-ligo, quæ
mutant in i.

Tria à lego composita habent EXI, ECTUM ; Diligo, dilexi,
ectum, to love ; Intellego, intellexi, intellectum, to understand ;
negligo, neglexi, neglectum, to neglect.

7. Pungo, pupugi, punctum, to prick. Composita punxi faciunt :

Compungo, compunxi, compunctum. Sic dis-, ex-, inter-, pungo.

Repungo verò repupugi habet & repunxi, to prick again.

8. Pango, panxi, pactum, to fix, to drive in, to compose.

Ab obsoleto pago, (pro quo nunc paciscor dicimus) est pepigi,
tum, to bargain, olim pegi.

Composita à pango, ea præsertim quæ a in i mutant, præterito
ei servant, ab antiquo verbo pago : ut, compingo, compegi, com-
tum, to compact or put together. Sic impingo, oppango, seu
ungo, repango, suppingo.

. Dant SI, SUM, spargo, mergo, tergoque. Requirit
At XI, XUM figo cum frigere : nec malè frictum
Invenies quandoque datum. Nil vergo capessit.
XI clango, ningo dat & ango, supinaque nulla.

9. Tria formant SI, SUM.

Spargo, sparsi, sparsum, to spread. Sic ad-, circum-, con-, da-
in-, inter-, per-, pro-, re-spergo.

Mergo, mersi, mersum, to dip or plunge. Sic de-, e-, im-, su-
mergo.

Tergo, terfi, tersum, to wipe or clean. Sic abs-, de-, ex-, pe-
tergo.

10. Duo faciunt XI, XUM;

Figo, fixi, fixum, to fix or fasten. Sic af-, con-, de-, in-, of-
per-, præ-, re-, suf-, trans-figo.

Frigo, frixi, frixum & frictum, to fry.

11. *Vergo, to incline or ly toward, caret præterito & supino.*
Sic in-, de-, e-vergo.

12. Tria præterito XI habent, supino autem deficiunt:

Clango, claxi, to sound a Trumpet.

Ningo (vel ninguo) ninxi, to snow.

Ango, anxī, to vex or torment.

HO, JO.

32. Postulat HO, XI, CTUM. *Minxi mictum cap-*
mejo.

1. Duo verba in HO faciunt XI & CTUM:

Traho, traxi, tractum, to draw. Sic abs-, at-, circum-, con-
de-, dis-, ex-, per-, pro-, re-, sub-traho.

Veho, vexi, vectum, to carry. Sic a-, ad-, circum-, con-, de-
e-, in-, per-, præ-, præter-, pro-, re-, sub-, super-, trans-veho.

2. Unicum in JO verbum, priorē consonante:

Mejo facit minxi, mictum, to piss. Sic im-mejo.

LO.

33. LO LUIT efformat: *colo, consulit, occulit, UL-*
TUM:

Ast alo dic altum, vel ITUM: molitum molo dona

Nulla supina manent genitis de cello: sed unum

Excipe percello, quod perculit optat & ULSUM

Pello facit pepuli pulsum; falloque feselli;

Et falsum. Velli, vel vulsi, vello reposcit,

Inde petens vulsum: fallo, falli, quoque falsum.

At psallo, psalli tantum: pariterque lupinis

Deficiunt malo, volo, nolo, junge refello.

Mon

More sed insolito dat *tollo sustulit*, atque
Sublatum : attollo proles sed nil sibi quærit.

1. Verba in LO finita, præterito LUI faciunt, supino variant hoc modo :

Colo, colui, cultum, to adorn, to inhabit, to honour. to till.
 Sic ac-, circum-, ex-, in-, per-, præ-, re-colo : item, *Occulo* (o in u mutato) occului, occultum, to hide.

Consulo, consului, consultum, to advise, to consult.

Alō, alui, alitum, & per syncopen altum, to nourish.

Molo, molui, molitum, to grind. Sic com-, e-, per-molo.

2. *Cello* simplex non est in usu. Ejus autem composita sic conjugantur :

Antecello, antecallui ; *excello*, excellui ; *præcello*, præcellui, to excel or surpass : hæc tria sine supino.

Percello, perculi, perculsum, to overthrow, to astonish.

Recello, to bend back : (parum usitatum verbum) nullum præteritum aut supinum habere invenitur.

3. Duo principium præteriti geminant :

Pello, pepuli, pulsum, to thrust. Sic ap-, af-, com-, de-, dis-, ex-, im-, per-, præ-, re-pello.

Fallo, feselli, falsum, to deceive. At *refello*, refelli, to disprove or confute, sine supino.

4. *Vello*, velli, vel vulsi, vulsum, to pull or pinch. Sic a-, con-, e-, inter-, præ-, re-vello. In reliquis verò, de-, di-, per-vello, terminatione. ELLI rectius uteris.

5. *Sallo*, salli, falsum, to salt.

6. *Psallo*, psalli, sine supino, to play on a musical Instrument.

7. Supino etiam carent hæc verba alioquin irregularia ; *volo*, volui, to will ; *malo*, malui, to will rather ; *nolo*, nolui, to be unwilling.

8. *Tollo*, modo inusitato & sibi peculiari, *sustuli* & *sublatum* facit, to lift up, or take away. Compositum *attollo*, to take up, nullum præteritum aut supinum habet.

MO.

34 MO per UI dat ITUM. *Tremo* flectitur absque supino.

Dant PSI, PTUM, *demo*, *promo*, cum *sumere*, *como* :

Emi, *emptum* sed *emo* capiet ; *pressi*, *premo*, *pressum*.

1. In MO terminata præterito UI, supino ITUM habent : ut,

N

Fremo,

Fremo, fremui, fremitum, to rage or roar. Sic af-, circum-, con-, in-, per-fremo.

Gemo, gemui, gemitum, to groan. Sic ag-, circum-, con-, in-, re-gemo.

2. *Tremo, tremui facit, absque supino, to tremble. Sic at-, circum-, con-, in-tremo.*

3. Quatuor, PSI, PTUM, vel SI, TUM habent:

Demo, dempsi, demptum, to take away.

Promo, prompsi, promptum, to bring out. Sic de-, ex-promo.

Sumo, sumpsi, sumptum, to take. Sic ab-, af-, con-, de-, in-, præ-, re-, tran-sumo.

Como, compsi, comptum, to deck or dress.

4. *Emo, emi, emptum, to buy. Sic adimo, to take away; dirimo, to break off, to sunder or part; eximo, to take out; interimo & perimo, to kill; redimo, to ransom; coëmo, to buy up.*

5. *Premo, pressi, pressum, duplicè ss, to press. Sic ap-, com-, de-, ex-, im-, op-, per-, re-, sup-primo.*

NO.

35. *Pono facit posui, positum: genui, genitumque Gigno creat: cecini, cantum cano poscit; habeto*
 Sed CINUI, CENTUM proles. Propè nil sibi
 servans,

Temno dedit nato PSI, PTUM. Vult spernoque spreui,

Et spretum; sterno, stravi, stratum; sino, sivi,

Atque situm: livi, levive, litum, lino; cerno

Dat crevi, cretumque, magis quæ nata frequentant.

Verba in NO præteritum & supinum variè formant:

1. *Pono, posui, positum, to put or place. Sic ap-, ante, circum-, com-, de-, dis-, ex-, im-, inter-, op-, pos-, præ-, pro-, re-, se-, sup-, super-, superim-, trans-pono.*

2. *Gigno, genui, genitum, to beget. Sic con-, e-, in-, per-, pro-, re-gigno.*

3. *Cano, cecini, cantum, to sing. At composita CINUI & CENTUM faciunt: ut, accino, accinui, accentum, to sing in Consozt. Sic con-, in-, præ-, suc-cino; oc-cino & oc-cano; re-cino & re-cano.*

4. *Temno olim tempfi & temptum, quæ jam vix in usu sunt, præterquam in composito contemno, contempfi, contemptum, to despise.*

5. Sequentia præteritum formant in VI, supinum in TUM: *Sperno, spreui, spretum*, to disdain or slight. Sic *de-sperno*. *Sterno, stravi, stratum*, to lay flat, to strow. Sic *ad-, con-, in-, præ-, pro-, sub-sterno*.

Sino, siui, vel sii, situm, to permit. Sic *desino, desui* (sæpius *desii*) *desitum*, to leave off.

Lino, liui, vel leui, litum, to anoint or daub. Sic *al-, circum-, col-, de-, il-, inter-, ob-, per-, præ-, re-, sub-, subter-, super-, superil-lino*.

Cerno, creui, cretum, to see, to decree, to enter upon an Inheritance. Sic *de-, dis-, ex-, in-, se-cerno*. Supinum autem *simplicis, cretum*, vix in usu est, rarius etiam præteritum *creui*, nisi cum pro *adeunda hereditate* accipitur.

PO, QUO.

6. PO, PSI, PTUMque facit. *Strepo vult strepui, strepitumque*:

At *rumpo, rupi, ruptum*. *Coquo flectito XI, CTUM*. *Linguo tenet liqui tantum, compositaque licium*.

1. In PO finita faciunt PSI & PTUM: ut, *Carpo, carpsi, carptum*, to pluck. Sic *con-, de-, dis-, ex-, præ-ferpo*.

Clepo, clepsi, cleptum, to steal.

Repo, repsi, reatum, to creep. Sic *ad-, cor-, de-, di-, e-, in-, intro-, ob-, per-, pro-, sub-repo*.

Scalpo, scalpsi, scalptum, to scratch, to engrave. Sic *circum-ex-scalpo*.

Sculpo, sculpsi, sculptum, to grave or carve. Sic *ex-, in-sculpo*.

2. *Strepo, strepui, strepitum* facit, to make a Noise. Sic *ad-, circum-, in-, inter-, ob-, per-strepo*.

3. *Rumpo, rupi, ruptum*, to break. Sic *ab-, cor-, di-, e-, in-, intro-, ir-, ob-, per-, præ-, pro-rumpo*.

4. Duo sunt in QUO verba desinentia; quorum

Coquo, coxi, coctum facit, to boyl. Sic *con-, de-, dis-, ex-, in-, per-, re-coquo*.

Linguo, liqui, to leave. Supinum *licium* in simplice inusitatum, in compositis satis frequens: ut, *relinquo, reliqui, relictum*, to forsake. Sic *de- & dere-linguo*.

RO.

37 *Quæro, quæsi, quæsitum* dat : *tera, trivi*,
Et tritum : verro, verri, versumque requirit :
Uro ussi ac ustum : cursum vult curro, cucurri :
Flecte gero, gessi, gestum : latumque, tulique
Dat fero : præteritum nullum furo, suffero, nōrunt.
A fero fit sevice, satum : sic EVIT, ITUMque
Dant composita quibus plantandi significatus
Inditur; at SERVI, SERTUM vult cetera proles.

Verba in RO varia habent præterita & supina :

1. *Quæro* facit *quæsi, quæsitum*, to seek. - Sic *ac-, an-, con-, dis-, ex-, in-, per-, re-*quiro.

2. *Tero, trivi, tritum*, to wear, to bruse. Sic *at-, con-, de-, dis-, ex-, in-, ob-, per-, pro-, sub-*tero.

3. *Verro, verri, versum*, to sweep, bruse, or make clean. Sic *a-, con-, de-, ex-, præ-, re-*verro.

4. *Uro, ussi, ustum*, to burn. Sic *ad-, amb-, comb-, de-, ex-, in-, per-, sub-*uro.

5. *Curro, cucurri, cursum*, to run. Sic *ac-, con-, de-, dis-, ex-, in-, oc-, per-, præ-, pro-*curro, quæ reduplicationem simplicis nonnunquam admittunt, nonnunquam abiciunt, *accurri* vel *accucurri*, &c. item *circum-, re-, suc-, trans-*curro, quæ principium raro aut nunquam geminant.

6. *Gero, gessi, gestum*, to carry. Sic *ag-, con-, di-, in-, pro-, re-, sug-*gero.

7. *Fero, tuli, latum*, to bear, to bring, to suffer. Sic *af-, ante-, qu-, circum-, con-, de-, dis-, ef-, in-, intro-, of-, per-, post-, præ-, præter-, pro-, re-, super-, trans-*fero.

Suffero autem præterito & supino caret.

8. *Furo*, to be mad. nullum præteritum aut supinum habet.

9. *Sero, sevi, satum*, to sow.

Ejus composita, quæ seminandi seu plantandi significationem habent, faciunt *SEVI* & *SITUM* : ut, *assero, assevi, assitum*, to sow or plant near by : *consero, consevi, consitum*, to plant together. Sic *circum-, de-, dis-, in-, inter-, pro-, re-, sub-, trans-*fero.

Quæ verò ordinandi seu nectendi significationem sunt adepta, *SERVI* habent & *SERTUM* : ut, *assero, asserui, assertum*, to claim or challenge. Sic *con-, de-, dis-, edis-, ex-, in-, inter-*fero.

SO.

3. SO, SIVI, SITUMque capit: sed trunca supinis
SI viso, incesso retinent: at *depsō* reposcit
Depsuit & depstum. *Pinso* dat *pinsuit*, atque
Pinsit, & hinc *pinsum*, *pistum* formabit, ITUMque.

1. In So exeuntia faciunt SIVI & SITUM: ut,
Arcesso, arcessivi, arcessitum, to call o? send for.
Capesso, capessivi, capessitum, to take o? go about to take.
Lacesso, lacessivi, lacessitum, to provoke.
Facezzo, facezzivi, facezzitum, to do, to go away.
2. Duo supinis carentia præterito SI habent:
Viso, visi, to go to see, to visit. Sic *in-*, *re-viso*.
Incesso, incessi, to attack.
3. *Depsō, depsui, depstum*, to knead. Sic *con-*, *per-depsō*.
4. *Pinso, pinsui, vel pinsi, pinsum, pistum vel pinsitum*, to bake.

TO.

1. *Flecto*, XI, XUM vult: sic *plecto, necto*que, *pecto*:
 Quæ XUIT & pariter formant. *Metō* sed gemi-
 nans S
Messuit & messum; *peto* suscipit IVIT & ITUM:
 At *mitto, misi, missum*, dat; *verto*que *verti*,
 Et *versum*: *sterto* vult *stertuit*, absque supino.
Sisto, stitique, statum dat agens: neutrale sequetur
Sitō verbum, unde STITI, atque STITUM com-
 posta tulerunt.

Verba in TO diversimodè præteritum & supinum formant:

1. *Flecto, flexi, flexum*, to bow. Sic *circum-*, *de-*, *in-*, *re-*, *retro-*
to.
2. *Plecto, plexi, & plexui, plexum*, to plait. Sic *im-plecto*.
Necto, nexi & nexui, nexum, to tie o? knit. Sic *an-*, *con-*,
cum-, *in-*, *sub-necto*.
Pecto, pexi, & pexui, pexum, to dress o? comb. Sic *de-*, *ex-*,
pecto.
3. *Metō, messui, messum*, to reap, mow o? cut down. Sic *de-*,
em- to.

4. *Peto*,

4. *Peto, petivi, petitus*, to seek, to pursue. Sic *ap-, com-, ex-im-, op-, re-, sup-peto*.

5. *Mitto, misi, missum*, to send. Sic *a-, ad-, com-, circum-, de-di-, e-, im-, inter-, intro-, o-, per-, præ-, præter-, pro-, re-, sub-super-, trans-mitto*.

6. *Verto verti, versum*, to turn. Sic *a-, ad-, animad-, antecircum-, con-, de-, di-, e-, in-, inter-, ob-, per-, præ-, præter-, re-sub-, trans-vertō*.

7. *Sterto, stertui, absque supino*, to snore. Sic *de-sterto*.

8. *Sisto, activum facit stiti, statum*, to stop, to sist. At *sisto neutrum*, to stand still; *steti, statum à sto mutuatur*: quidam præterito & supino carere volunt. Composita verò *stiti & stitum* habent ut, *assistō, astiti, astitum*, to stand by. Sic *circum-, con-, de-, ex-in-, inter-, ob-, per-, re-, sub-sisto*. Sed *absisto* supino destituitur nec cetera facile illud admittunt.

VO. XO.

40. *Dat vivo XI, CTUM: solvo VI format & UTUM*
Ut *volvo*. *Texo* vult *texuit*, indécque *textum*.

Tria in VO verba hoc pacto conjugantur:

1. *Vivo, vixi, victum*, to live. Sic *ad-, con-, per-, pro-, re-super-vivo*.

2. *Solvo, solvi, solutum*, to loose. Sic *ab-, dis-, ex-, per-, re-solvo*.
Volvo, volvi, volutum, to roll. Sic *ad-, circum-, con-, de-, e-in-, ob-, per-, pro-, re-, sub-volvo*.

3. Unicum in XO verbum *texo* facit *texui, textum*, to weave. Sic *at-, circum-, con-, de-, in-, inter-, ob-, per-, præ-, pro-, re-, sub-texo*.

Quarta Conjugatio.

41. **I**VI præterito dat, & ITUM quarta supino.

Verba Quartæ Conjugationis faciunt præterito IVI, supino ITUM, penultimâ longâ: ut,

Munio, munivi, munitum, to fortify, to defend.

Polio, polivi, politum, to polish.

Vestio, vestivi, vestitum, to clothe.

42. *Singultit* vult *singultum*, *sepelitque sepultum*:
Dat venio, veni, ventum: sed *veneo* solum

Veni

Veniit efficiet : salio, salui, saliique,

Extulit, & saltum : capiunt at pignora sultum.

1. Hæc duo præteritum juxta regulam, supinum verò in UL-
JM faciunt :

Singultio, singultivi, singultum, to per oz sob.

Sepelio, sepelivi, sepultum, to bury.

2. *Venio facit veni, ventum, to come.* Sic *ad-, ante-, circum-, contra-, de-, e-, in-, inter-, intro-, ob-, per-, post-, præ-pro-, sub-, super-venio.*

3. *Veneo, venii, sine supino, to be sold.*

4. *Salio, salui, & salii, saltum, to leap.* Ejus composita præ-
teritum sæpius quidem *silui*, interdum *filii*, veteribus etiam *silivi*, su-
perio autem *sultum* ceperunt : ut, *transilio, transilui, transilii, &*
transilivi, transultum, to leap over. Sic *ab-, af-, circum-, con-,*
dis-, ex-, in-, pro-, re-, sub-, super-silio. Supinorum *absultum,*
cumsultum & profultum auctoritas desideratur.

5. *Vult amicit vel UI, vel XI, CTUM : vincio XI,*
CTUM.

Sancio jungatur, quod & IVI format, & ITUM.

1. *Amicio facit amicui, rariùs amixi, amictum, to cover oz*
the.

2. *Vincio, vinxi, vinctum, to tie.* Sic *circum-, de-, e-, re-vincio.*

3. *Sancio, sanxi & sancivi, sanctum & sancitum, to establish oz*
up.

6. *Cambio vult PSI, PSUM : sed sepsi, sepio, se-*
ptum :

Haurio SI, STUM dat; SUM rariùs effer. Habebit
Sentio, sed sensi, sensum : sic raucio, rausi,

Et rausum : sarcit, farcit, cum fulcio, SI, TUM.

At PERUI, PERTUMque sibi composita jugârunt

Ex pario ternæ : RI comperit & reperit vult.

1. *Cambio habet campsi, campsum, to change money.*

2. *Sepio, sepsi, septum, to hedge oz inclose.* Sic *circum-, dis-,*
er-, ob-, præ-sepio.

3. *Haurio, hausi, haustum, rarò hausum, to draw out, to empty.*
de-, ex-haurio.

4. *Sentio,*

4. *Sentio, sensi, sensum*, to feel or perceive. Sic *as-*, *con-*, *dis-*, *per-*, *præ-*, *sub-* *sentio*.

Raucio, rausi, rausum, to be hoarse.

5. *Hæc tria faciunt SI, TUM*.

Sarcio, sarsi, sartum, to mend or repair. Sic *ex-*, *re-* *sarcio*.

Farcio, farsi, fartum, to cram. Sic *con-* *farcio*, *es-* *farcio* v *es-* *farcio*; *in-* *farcio* vel *in-* *farcio*; *re-* *farcio*.

Fulcio, fulsi, fultum, to stay or uphold. Sic *con-*, *es-*, *in-*, *per-* *sus-* *fulcio*.

6. *Composita à pario tertiæ conjugationis præteritum formant in PERUI, supinum in PERTUM*: ut, *Aperio, aperui, apertum*, to open; *operio, operui, opertum*, to shut, to cover.

Ex his tamen duo præterito *RI* faciunt, *Comperio, comperi, comperitum*, to know a thing for certain. *Reperio, reperi, repertum*, to find.

45. *Ajo præterito careat, pariterque supino*:
Cum serio junges meditantia verba: sed inde
Parturio, esurio, cum nupturio, volo tolli.

Præterito, ac proinde supino, carent verba sequentia:

1. *Aio, to say*, verbum aliis etiâ partibus deficiens.

Ferio, to strike.

2. Item verba meditativa seu desiderativa: ut, *cœnaturio*, desire to sup; *scripturio*, to have an Itch of Writing.

✱ Ex his tamen tria excipiuntur; *Parturio, parturivi, to be in travail*; *esurio, esurivi, esuriturum*, to be hungry; *nupturio, nupturivi, to desire to be married*.

46. *Cecutit, gestit, glocit, & dementit, ineptit*,
Nulla supina dabunt, cum prosilit atque ferocit.

Hæc verba præteritum quidem habent, at supino deficiunt:

Cecutio, cecutivi, to be dim-sighted. *Gestio, gestivi, to show one's Joy by the Gesture of his Body*. *Glocio, glocivi, to cluck or heckle as a Hen*. *Dementio, dementivi, to be mad*. *Ineptio, ineptivi, to play the Fool*. *Prosilio, prosilui, to leap forth*. *Feracio, ferocivi, to be fierce*.

De Verbis DEPONENTIBUS & COMMUNIBUS.

47. **P**Ræteritum verbis ut in OR residentibus aptum Efficias, voces activas fingere oportet :
 Ut, *vereor, vereo, veritum* ; fluit hinc *veritus sum*.

Verborum deponentium ac communium præterita hoc modo formabis. Finge primùm vocem activam : deinde ex præceptis suprâ traditis præteritum ac supinum ei tribue : postremò UM supini in ÛS vertito, adijungeque verbum substantivum, *sum, fui, &c.* Exempli gratiâ, ex verbo, *lætor, to be glad*, finge *lætò* ; inde fiet *lætavi, lætatum*, & ex hoc *lætatus sum*. Sic ex *vereor, to fear*, secundæ conjugationis, *vereo, verui, veritum*, & *veritus sum*. Ex *sumor, tertiæ, to discharge an Office, fungo, funxi, functum*, & *unctus sum*. Ex *potior quartæ, to enjoy, to have in Possession, potio, potivi, potitum*, & *potitus sum*.

48. Hæc de lege tamen deflectunt pauca secundæ :
 Nam *ratus à reor* est : *misereri vultque misertus* ;
 Et *fateor, fassus* : FESSUS sed reddito proli.

1. Excipiuntur in secunda conjugatione,

Reor, ratus sum, to think.

Misereor, misertus sum, to pity.

Fateor, fassus sum, to confess.

Composita autem, quia *a* in *i* mutant, præterito *e* habent : ut, *profiteor, professus sum, to declare openly, to profess* ; *confiteor, confessus sum, to own or acknowledge.*

49. Insuper à *labor lapsus* sibi tertia format :
Ultus ab ulciscor manat ; venit *usus ab utor* ;
 Vult UTUS loquor atque sequor ; queror accipe
questus,
Nisus vel nixus nitor, pactusque paciscor ;
Dat gradior gressus, proficiscor funde profectus ;
Nanciscor nactus, patior passusque requirit ;
Aptus apiscor habet : *commentus comqueminiscor*
 Accipit : at *fructus pariter fruitusque jugari*

*Vult fruor : oblitus sed & obliviscor adoptat ;
 Ast expergiscor cupit experrectus habere.
 Mortuus aque mori est, natus nasci, ortus oriri :
 Queis tribus extremis per ITURUS flecte futu-
 rum.*

2. Excipiuntur in tertia conjugatione,

Labor, lapsus sum, to slide. Sic al-, col-, de-, di-, e-, il-, inter-, per-, præter-, pro-, re-, sub-, subter-, super-, trans-labor.

Ulciscor, ultus sum, to revenge.

Utor, usus sum, to use. Sic ab-, de-utor.

Loquor, loquutus vel locutus sum, to speak. Sic al-, col-, circum-, e-, inter-, ob-, præ-, pro-loquor.

Sequor, sequutus vel secutus sum, to follow. Sic af-, con-, ex-, in-, ob-, per-, pro-, re-, sub-sequor.

Queror, questus sum, to complain. Sic con-, inter-, præ-queror.

*Nitor, nifus vel nixus sum, to endeavour, to lean upon. Connit-
 tor, innitor, obuitor, renitor, subnitor, sæpius XUS quam SUS ha-
 bent. Annitor, annixus vel annisus, absque discrimine. Enitor,
 enixa sum, de partu; enisus sum, de alio conatu dicitur.*

Paciscor, pactus sum, to bargain. Sic de-peciscor.

*Gradior, gressus sum, to go. Sic ag-, ante-, circum-, con-, de-, di-, e-, in-, intro-, præ-, præter-, pro-, re-, retro-, sug-, super-, trans-
 gredior.*

Proficiscor, profectus sum, to go a Journey.

Nanciscor, nactus sum, to get.

Patior, passus sum, to suffer. Sic per-petior.

*Apiscor, aptus sum, to get. Sic alipiscor, adeptus sum, & indi-
 piscor, indeptus sum.*

Comminiscor, commentus sum, to devise or invent.

Fruor, fruitus vel fructus sum, to enjoy. Sic per-fruor.

Oliviscor, oblitus sum, to forget.

Expergiscor, experrectus sum, to awake.

Morior, mortuus sum, to die. Sic com-, de-, e-, im-, inter-, præ-morior.

Nascor, natus sum, to be born. Sic ad-, circum-, de, e, in-, inter-, re-, sub-nascor.

*Orior, ortus sum, oriri, to rise. Sic ab-, ad-, co-, ex-, ob-, sub-
 orior.*

* Hæc tria proximè memorata participia futuri temporis in I-
 TURUS faciunt, moriturus, nasciturus, oriturus.

20. *Metior* in quarta *mensus* dabit, *ordior orsus* ;
Experior PERTUS, simul *opperiorque* tenebunt.

3. Excipiuntur in quarta conjugatione,
Metior, mensus sum, to measure. Sic *ad-, com-, di-, e-, præ-, e-metior.*

Ordior, orsus sum, to begin. Sic *ex-, red-ordior.*

Experior, expertus sum, to try or attempt.

Opperior, oppertus sum, to wait or tarry for one.

1. Nil formant *vescor, liquor, medeor, reminiscor,*
Irascor, ringor, prævertor, diffiteorque :
 Queis demum adjungas *divertor, dequefetiscor.*

4. Nullam præteriti temporis participium habent verba sequentia.
Vescor, vesci, to feed. *Liquor, liqui*, to melt or be dissolved.
Aedeor, mederi, to heal. *Reminiscor, reminisci*, to remember or
 call to mind. *Irascor, irasci*, to be angry. *Ringor, ringi*, to grin
 like a Dog: sic *sub-ringor*. *Prævertor, præverti*, to get before,
 or out-run. *Diffiteor, diffiteri*, to deny. *Divertor, diverti*, to
 turn aside, to take Lodging. *Defetiscor, defetisci*, to be weary,
 or faint.

C A P. II.

De Verbis Irregularibus.

VERBA IRREGULARIA triplicia sunt, *Anomala, Defectiva &*
Abundantia.

I. *Verba ANOMALA.*

Verba Anomala sunt, quæ non sequuntur analogiam quatuor
 perfectorum Conjugationum.

A soliti flexûs normis hæc verba recedunt :

Sum, volo, fio, queo, fero, queis *eo*, nataque *junge.*

Hæc verba, cum eorum compositis, contra receptam in quatuor conjugationibus formam partes suas inflexerunt, *Sum, volo, fero, fio, eo, queo* : quorum conjugatio è Rudimentis petenda est.

2. Voce sub activa passivum præteritum dant

Hæc : *soleo, solitus ; gavissus, gaudeo ; factus*
Fio petens ; *ausus* sic *audeo, fidoque fisis*.

Hæc verba, *soleo, gaudeo, audeo, fido*, quæ vulgò *neutra passiva* appellantur ; item *fio*, quod inter *neutralia passiva* numeratur, præteritum formant, quasi in OR desinerent, hoc modo ;

Soleo, solitus sum, to use, to be accustomed.

Gaudeo, gavissus sum, to rejoice.

Audeo, ausus sum, to dare.

Fido, fisis sum, to trust.

Fio, factus sum, to be made, to become.

3. Imperitantis habet *dic, duc*, persona secunda ;
Fer, fac adde : tamen *fice*, non *fic*, dicitur aptè.

Hæc quatuor verba, *dico, duco, fero, facio*, in secunda persona imperativi e abjiciunt. Dicimus enim, *dic, duc, fer, fac* ; non *dice, duce, fere, face*.

Sic eorum composita, *prædic, edic ; abduc, adduc ; adfer, aufer ; benefac, calesac, &c.*

At composita à *facio*, quæ *a* in *i* mutant, *e* retinent : ut, *affice, infice, perfice* ; non *affic, infic, perfic*.

2. Verba DEFECTIVA.

Verba defectiva sunt, quæ certis temporibus, numeris & personis deficiunt.

4. Hæc præsentii carent, *odi, cæpi, memini*que,
 Partibus ac illo genitis, sub præteritiva
 Voce tamen (*cæpi* dempto) signantia tempus
 Præteritum præsensque simul : sic *novit* utrumque
 Significat, pleno licet usu *nosce* remansit.
 Imperitante modo *memini* TO TOTEque servat.

Hæc tria verba *odi, cæpi, memini* carent præsentii temporibusque ab eo formatis : ex his tamen duo *odi* & *memini* sub voce præteriti,

iti, non illius modò, sed præsentis etiam temporis significatio-
nem habent, hoc modo :

Odi, I hate, or have hated, oderam, oderim, odissem, odero, isse. Particip. osurus.

Cæpi, I have begun, cæperam, -erim, -issem, -ero, -isse. Supin. ptu. Partic. cæptus, cæpturus.

Memini, I remember, or have remembered, memineram, -erim, -em, -ero, -isse : & imperativo, memento, mementote.

His addi potest *novi*, quod significationem habet utriusque tem-
poris, *I know, or I have known* : quamvis & *nosco, noscebam, &c.* usu frequentia sint.

Dor, furo, for, der, fer, vix unquam suscipit usus.

Furo, to be mad, in prima persona vix dicitur, sed, furis, fu-
is, &c.

Dor, to be given, & for, to speak, in usu non sunt, sed daris, is, datur, fatur, &c. Nec in subjunctivo dicimus, *der* aut *fer*.
compositione tamen usitata sunt *addor, condor, rektor, &c.*
for verò & *affor* vix utimur.

Hæc quoque truncatis videas deformia membris :
Ausim, quæso, forem, faxim, cedo, capsis, & inquam,
Atque apage, salve, sodes, sis, sultis & ajo :
Infir, ave, desit, confit socientur ovalque.

Multis magnisque sui partibus destituuntur verba sequentia :

1. *Aio, I speak ; inquam, I say ; quæso, I pray ; confit, it is true ; desit, it is wanting ; infir, he begins, he saith ; oval, he saith ; modi serè indicativi.*

2. *Apage, away with ; ave, good morrow ; salve, God save us ; cedo, give me, tell me ; modi plerumque imperativi.*

3. *Ausim, I dare ; faxim & faxy, I'll do it, or see to it, modi subjunctivi : ut & forem, I might or should be, cujus in-*
itativus fore.

4. Cum conjunctione *si* composita, *sis, sultis, sodes* : pro *si*
is, si vultis, si audes : item, præmisso alio verbo, *capsis, pro-*
pe si vis. * Nisi potius est antiquè dictum pro *ceperis.*

De Verbis IMPERSONALIBUS.

7. His super expositis IMPERSONALIA junge,
 Sola quibus primi numeri persona remansit
 Tertia: nempe *decet*, cum *pœnitet*, adde & *oportet*.
 Nactaque præteritum duplex, *miseret*que, *piget*que
 Et *pudet*, atque *licet*, *libet* aut *lubet*, adjice *tædet*,
 Præteritumque *liquet* spernens. Imitantur & horum
 Plurima, permaneant aliàs licet integra, sensum.
 Qualia *delectat*, *placet*, *evenit*, *accidit* & *fit*,
Conducit, *patet*, atque *juvat*, *stat*, *sufficit*, *inter-*
est, *vacat*, & *prodest*, *refert*, *constat*que, *fugit*que,
Attinet, & *restat*, *spectat*, cum *pertinet* adde:
 Cum multis aliis quæ sit mora longa referre.

Verbum IMPERSONALE vulgò dicitur, cui nominativus certa personæ præponi non potest: aut, ut alii definiunt, quod duabus primis & primariis personis destituitur.

IMPERSONALIA activæ vocis in *t* exeunt, suntque hæc decem
Decet, it *becometh*; *pœnitet*, it *repenteth*; *oportet*, it *behoveth*
miseret, it *pities*; *piget*, it *irketh*; *pudet*, it *is a shame*; *licet*, it *is*
lawful; *libet* vel *lubet*, it *is one's pleasure*; *tædet*, it *wearieth*;
liquet, it *appears*.

Impersonalia vocis passivæ desinunt in *tur*. Eorum maximus est numerus: veniunt enim ab activis omnibus, multisque etiam neutris; ut à *lego*, *legitur*; à *curro*, *curritur*.

Conjugantur autem Impersonalia per tertias omnium serè modorum & temporum personas singulares: ut, *decet*, *decebat*, *decebat*, &c. *curritur*, *currebatur*, *cursum est* vel *fuit*, &c.

Porro ex decem illis quæ vocis activæ sunt, tria regulariter præteritum formant; *Decet*, *decebat*; *pœnitet*, *pœnituit*; *oportet*, *oportuit*; Sex duplex habent præteritum, alterum activæ, alterum passivæ vocis; *Miseret*, *miseruit* vel *miseritum est*; *piget*, *pigit* vel *pigitum est*; *pudet*, *pudivit*, vel *puditum est*; *licet*, *licuit*, vel *licitum est*; *libet*, *libuit*, vel *libitum est*; *tædet*, *tæduit*, vel *pertæsum est*. At à *liquet* præteritum vix reperitur.

Impersonalia carent imperativo: sed pro eo utimur præsentis subjunctivi: ut, *pœniteat*, *pugnetur*.

Nec in supinis, participiis aut gerundiis inveniuntur, paucis exceptis.

Participia autem, per quæ circumloquimur præterita passiva, non variantur per genera, ut fit in personalibus; sed quia substantiæ ponuntur, semper sunt generis neutri: ut, *pugnatum est*; *mitum est*.

Impersonalibus vulgò accensentur multa verba personalia, quæ ad modum impersonalium absolute inveniuntur in tertiâ personâ singulari, absque nominativo, sequente mox infinitivò.

Hujusmodi è prima conjugatione sunt, *Delectat*, *juvat*, *spectat*, *stat*, cum compositis, *constat*, *præstat*, *restat*.

E secunda conjugatione, *Apparet*, *attinet*, *pertinet*, *debet*, *dolet*, *et*, *latet*, *patet*, *placet*, *displicet*, *sedet*, *solet*, *asseolet*.

E tertiâ, *Accidit*, *contingit*, *cæpit*, *incipit*, *conducit*, *desinit*, *exit*, *fugit*, *officit*, *sufficit*, *succurrit*, *suppetit*.

E quarta, *Convenit*, *evenit*, *expedit*.

Ex anomalis, *Est*, cum compositis, *obest*, *prodest*, *potest*, *interest*, *superest*; *fit*, *præterit*, *nequit*, *subit*, *confert*, *refert*.

Ad impersonalium denique naturam quodammodò accedunt VERBA EXEMPTÆ ACTIONIS, hoc est, actionem significantia, quæ fiat, vel ne fiat, neutiquam fit humanæ potestatis: ut, *Fulgu-*, *fulminat*, *tonat*, *grandinat*, *gelat*, *pluit*, *ningit*, *læscit*, *adperascit*, *noctescit*, & similia.

3. Verba ABUNDANTIA.

Verba *Abundantia* sunt, quæ variè ab auctoribus usurpantur. eorum autem triplex est differentia: 1. Enim, quædam *Genus*. Quædam *Terminationem*. 3. Quædam denique *Conjugationem*, etiam seu multiplicem habent.

DE VERBIS GENERE ABUNDANTIBUS.

GENERE abundant verba duplicia:

1. Quæ interdum NEUTRA, interdum ACTIVA sunt: ut, *ab-*, *duro*, *maneo*, &c. Sic Liv. iii. 55. *Cujus rei prope jam memoria aboleverat*. Velleius, ii. 58. 2. *Abolere testamentum*. Plaut. aph. iii. 2. 1. *Durare nequeo in ædibus*. Ovid. ad Liv. v. 198. *travit animum*. Cic. Nat. Deor. i. 12. *Nihil semper suo statu net*. Virg. Æn. vii. 596. *Te triste manebit supplicium*.

2. Quæ COMMUNIA, i. e. quæ modò activa, modò passiva ut: ut, *adipiscor*, *criminator*, *dignor*, &c. Sic Cic. Epist. Fam. xii. *Maximam laudem adeptus esses*. Plaut. Trin. ii. 2. 88. *Non etate,*

etate, verum ingenio adipiscitur sapientia. Terent. Eun. v. 2. 1.
Hanc metui, ne me crimineretur tibi. Cic. contr. Rull. iii.
Sullanæ res defendere criminoꝝ, i. e. accusatoꝝ. Ovid. Trist. i.
 14. 51. *Veniâ dignare libellum.* Cic. de Invent. ii. 53. *Homines cultu quodam & honore dignantur, i. e. digni existimantur.*

DE VERBIS TERMINATIONE ABUNDANTIBUS.

Talia sunt *assentio & assentior; fabrico, fabricor; impertio, impertior; lacrymo, lacrymor; mereo, mereor; munero, muneror, &c.* eadem significatione. Sic *comperio, punio; luxurio; rariùs comperior, punior, luxurior; & populoꝝ, comitor; raro populo, comito.*

DE VERBIS CONJUGATIONE ABUNDANTIBUS.

CONJUGATIONEM variant verba triplicia:

1. Quædam usitatè PRIMÆ, & raro TERTIÆ: ut,
Lavo, lavas, lavare: & Lavo, lavis, lavere.
2. Quædam usitatè SECUNDÆ, & raro TERTIÆ: ut,

<i>Ferveo, ferves:</i>	} & }	<i>Fervo, servis.</i>
<i>Fulgeo, fulges:</i>		<i>Fulgo, fulgis.</i>
<i>Strideo, strides:</i>		<i>Strido, stridis.</i>
<i>Tueor, tuëris:</i>		<i>Tuor, tuëris.</i>

* Sed utrâque conjugatione frequentatur *tergeo, terges; & tergo, tergis:* ut & composita, *detergeo, & detergo; abstergeo, & abstergo.*

- 3 Quædam TERTIÆ usitatiùs, ac rariùs QUARTÆ: ut,

<i>Fodio, fodis, fodere:</i>	} & }	<i>Fodio, fodis, fodire.</i>
<i>Sallo, fallis, fallere:</i>		<i>Sallio, fallis, fallire.</i>
<i>Mariar, moreris, mori:</i>		<i>Morior, moriris, moriri.</i>

Sic *orior, oreris; & orior, oriris.*

Potior, poteris; & potior, potiris.

¶ Est & verbum quod usitatiùs sit SECUNDÆ, rariùs QUARTÆ nempe *cioo, cies, ciere; & cio, cis, cire; unde accire & accitus.*

¶ Huc etiam referri potest verbum *edo, to eat*, quod nonnulla sui partes dupliciter format, hoc modo:

Ind. Præs. *Edo, edis, vel es; edit vel est; — editis vel estis.*

Imp. *Ede vel es; edito vel esto; edite vel esse; editote vel estote.*

Subj. Imperf. *Ederem vel essem: ederes vel esses, &c.*

Inf. Præs. *Edere vel esse.*

Passiv. Ind. Præs. *Editur vel estur.*

APPENDIX I.

De Verbis quæ sub eadem voce significationem variant.

Inter Abundantia à quibusdam recensentur Verba haud pauca, quæ in nonnullis sui partibus vocem quidem eandem, significationem verò, plerumque & conjugationem, diversam habent. eorum triplex est differentia ;

1. Quædam themate seu PRÆSENTE congruunt : ut,

Aggero, -as, to heap up.

Appello, -as, to call.

Compello, -as, to addres.

Colligo, -as, to bind.

Consterno, -as, to astonish.

Efferò, -as, to engage.

Fundo, -as, to found.

Mando, -as, to command.

Obsero, -as, to lock.

Volo, -as, to fly.

Aggero, -is, to bring together.

Appello, -is, to arrive.

Compello, -is, to drive.

Colligo, -is, to gather together.

Consterno, -is, to strew.

Efferò, -fers, to bring out.

Fundo, -is, to pour out.

Mando -is, to chew.

Obsero, -is, to beset.

Volo, -vis, to will.

* Ex his quædam, simul cum conjugatione & significatione, mutant etiam accentum.

Colo, -as, to strain.

Dico, -as, to dedicate.

Educo, -as, to train up.

Lægo, -as, to send.

Vado, -as, to wade.

Colo, -is, to till.

Dico, -is, to say.

Educo, -is, to lead forth.

Lægo, -it, to read.

Vado, -is, to go.

2. Quædam PRÆTERITO consentiunt : ut,

Acuo, acui, to be sour.

Cresco, crevi, to grow.

Frigeo, frixi, to be cold.

Fulgeo, fulsi, to shine.

Luceo, luxi, to shine.

Paveo, pavi, to be afraid.

Pendo, pependi, to hang.

Acuo, acui, to sharpen.

Cresco, crevi, to see.

Frigeo, frixi, to fry.

Fulgeo, fulsi, to prop.

Luceo, luxi, to mourn.

Paseo, pavi, to feed.

Pendo, pependi, to weigh.

3. Quædam denique idem habent SUPINUM : ut,

Cresco, cretum, to grow.

Maneo, mansum, to stay.

Sto, statum, to stand.

Succenseo, -censum, to be angry.

Teneo, tentum, to hold.

Verro, versum, to sweep.

Vinco, victum, to overcome.

Cerno, cretum, to behold.

Mando, mansum, to chew.

Sisto, statum, to stop.

Succendo, -censum, to kindle.

Tendo, tentum, to stretch out.

Verto, versum, to turn.

Vivo, vixtum, to live.

APPENDIX II.

De Conjugatione prisca sive obsoleta.

1. **I**mpfecta quartæ olim in IBAM, citra vocalem *e*, terminabantur: ut, *audibam, scibam, lenibam*; pro *audiebam, sciebam, leniebam*: qualia etiam apud Poëtas optimi ævi nonnunquam reperire est.

2. Futurum quartæ, activæ formæ, in IBO, passivæ in IBOF veteres finiebant: ut, *dormibo, esuribo, scibo*; pro *dormiam, esuriam, sciam*; & *amicibor, demolibor, opperibor*, pro *amiciar, demoliar, opperiar*.

3. Subiunctivi præsens olim in IM terminatum: ut, *edim* pro *edam*, *duim* pro *dem*, *perduim* pro *perdam*.

4. Inveniuntur apud veteres perfecta subiunctivi in SSIM: ut *fortunassim, negassim*; pro *fortunaverim, negaverim*.

5. Frequentiora apud eosdem sunt futura subiunctivi in SSO: ut *levasso, prohibesso*; pro *levavero, prohibuero*.

6. Ab eodem futuro subiunctivi veteres formârunt futurum infinitivi in ASSERE: ut, *expugnassere, impetrassere*; pro *expugnaturum esse, impetraturum esse*.

7. In imperativis passivæ formæ veteres secundam singularem in MINO, secundam pluralem in MINOR, interdum terminabant: ut, *attestamino, famino*; pro *attestare, fare*; *arbitraminor* pro *progrediminor*; pro *arbitramini, progredimini*.

8. Præsens infinitivi passivi recipit additionem syllabæ ER, non solum apud Plautum, & Terentium; sed etiam apud melioris ætatis Poëtas nonnunquam: ut, *fariet, immisceriet*, ap. Virgilium *scitarier*, ap. Ovidium; *dicier*, ap. Persium; pro *fari, immisceri, scitari, dici*.

9. Olim denique Participia præterita passiva, itemque futura activa, quæ in circumlocutione infinitivi cum verbo *esse* adhibentur, habita erant pro indeclinabilibus, & proinde nominibus substantivis cuiuscumque numeri ac generis promiscuè iuncta: ut, C. Gracchus, *Credo ego inimicos meos hoc dicturum*. Cic. Verr. v. 65. *Hanc sibi rem præsidia sperant futurum, supple esse*. Et Plaut. Amph. Prol. v. 33. *Iustam rem & facilem esse oratum à vobis volo*. Cic. ad Attic. viii. 12. *Ut cohortes ad me missum facias*.

CAP. III.

De Genere, Specie & Figura Verborum.

SUPER SUNT tria verbi Accidentia, GENUS, SPECIES & FIGURA: de quibus hoc capite & sigillatim agemus.

§ I. DE GENERIBUS VERBORUM.

GENERA Verborum vulgò recensentur quinque, *Activum, Passivum, Neutrum, Deponens & Commune.*

1. **ACTIVUM** est, quod in O desinens, actionem transeuntem notat, & accepto R fit passivum: ut, *amo, doceo.*

2. **PASSIVUM** est, quod in R desinens, passionem significat, & abjecto fit rursus activum: ut, *amor, doceor.*

3. **NEUTRUM** est quod in O vel M desinens, rei existentiam vel statum, vel actionem aut passionem immanentem notat, nec R addit ut fiat passivum: ut, *sum, valeo, ambulo, caleasco.*

Ex his, quatuor, quia simpliciter rem esse significant, **SUBSTANTIVA** à Grammaticis vocantur, *sum, forem, fio, existo.*

Quædam appellantur **NEUTRO-PASSIVA**, quæ, cum in O desinunt, præteritum formant more passivorum: ut, *audeo, ausus sum; gaudeo, gavissus sum, &c.* de quibus supra cap. li. reg 2.

Quædam **NEUTRALIA PASSIVA**, quæ in O finita significationem & casum passivorum habent: qualia sunt hæc tria, *vapulo, am beaten; veneo, I am sold; fio, I am made.*

Reliqua ferè **ABSOLUTA**, seu **INTRANSITIVA** vocantur: sive accidentalem rei statum significant: ut, *albeo, I am white; sedeo, I sit; valeo, I am in Health:* sive in se absolutam rei actionem: ut, *surgo, I rise; eo, I go:* seu passionem in subjecto immanentem: ut, *ardeo, I burn; pereo, I perish; senesco, I become old, &c.*

4. **DEPONENS** est, quod sub terminatione passiva significationem habet activam: ut, *loquor, I speak;* vel neutralem: ut, *glorior, brag or boast.*

5. **COMMUNE** denique est quod in OR finitum, modò activè, modò passivè significat: qualia sunt, *adipiscor, I get, or I am got; aspernor, I slight, or am slighted; criminor, I accuse, or am accused; dignor, I vouchsafe, or am vouchsafed; fateor, I confess, or am confessed; sector, I follow, or am followed; stipulor,*

stipulor, I demand a thing to be done, or am demanded; *tueor*, I defend, or am defended. Verùm in his passiva significatio rarissima est.

¶ Communia olim fuerunt, *Amplector*, *adulor*, *blandior*, *complector*, *consolor*, *frustror*, *experior*, *hortor*, *interpretor*, *largior*, *machinor*, *meditor*, *mentior*, *moderor*, *modulor*, *obliviscor*, *osculor*, *testor*, *veneror*, *vereor*, & cetera serè omnia quæ nunc sunt deponentia: quorum participia nonnulla præteriti temporis passivam significationem adhuc interdum retinent: ut, *expertus*, *meditatus*, *mentitus*, *modulatus*, *oblitus*, *testatus*, *veneratus*.

§ 2. DE SPECIE VERBORUM.

SPECIES Verborum est duplex, PRIMITIVA, ut, *lego*, *video*.

DERIVATIVA, ut, *lectito*, *viso*.

Derivantur serè verba, vel à nominibus, vel ab aliis verbis.

I. A nominibus derivantur verba duplicia, *Imitativa* & *Denominativa*.

IMITATIVA vocantur, quæ imitationem significant: ut, *patriſſo*, *Græcor*, *vulpior*, *cornicor*, i. e. imitor, patrem, Græcum, vulpem, cornicem.

DENOMINATIVA dicuntur, quæ à nominibus veniunt, & propriam appellationem non habent: ut, *cæno*, *calco*, *frumentor*, *linguor*, &c. à *cæna*, *calx*, *frumentum*, *lignum*.

2. Ab aliis verbis derivantur præcipuè verba quadruplicia, *Frequentativa*, *Inceptiva*, *Desiderativa* & *Deminutiva*.

De his autem, quòd latius pateat eorum usus, paulò accuratius est nobis agendum.

FREQUENTATIVA.

I. **S**IC iterativum formes: ITO fiat ab ATU:
 S U per O mutabunt benè cetera verba supini.
 Si fuit OR; manet OR. Sunt cuncta frequentia primæ.

Prætereunt legem, *nato*, *querito*, *fundito*, *ſcitor*,

ſciſcitor atque *agito*, *ſector*, *loquitor*, *pavitoque*.

Perſcrutando libros doctorum plura notabis.

Verba FREQUENTATIVA, quæ ITERATIVA etiam vocantur, sunt quæ frequentem actionem significant.

Desinunt in TO, SO, XO, &, à verbis deponentibus, in OR: ut, *clamito*, *pulſo*, *naxo*, *minitor*.

Formantur

Formantur à supino posteriore, idque bifariam, à verbis primæ conjugationis, mutando ATU in ITO; ut, *volo, volatu, volito*: à verbis aliarum conjugationum, mutando U tantum in O: ut, *terreo, territu, territo*; *verto, versu, verso*; *dormio, dormitu, dormito*.

EXCIPIUNTUR, *No, natu, nato*; *scio, scitu, scitor*, & crebrius *sciscitor*. Sic *pavito, à paveo*; *sektor, à sequor*; *loquitor, à loquer*; tanquam supina haberent *pavitu, sektu, loquitu*. Item, *quærito, fundito, agito*; quæ formantur à secunda persona præsentis indicativi, *quæris, fundis, agis*.

Quædam à supino posteriore formari videntur, mutando U in ITO, ut, ab *actu, actito*; *hæsu, hæsito*; *lectu, lectito*; *missu, missito*; *scriptu, scriptito*; *victu, victito*.

A frequentativis formantur & alia frequentativa: ut, *cano, canto, cantito*; *capio, capto, captito*; *curro, curso, cursito*; *defendo, defenso, defensito*; *dico, dicto, dictito*; *duco, ducto, ductito*; *pello, pulso, pulsito*, & per Syncopen *pulto*.

Frequentativa sunt omnia conjugationis primæ.

INCEPTIVA.

2. Præsentis primique modi CO jungit secundæ Personæ, si vis verba Inceptiva creare,
Sic *ferves, ferveſco* facit. Sed tollitur *bisco*.

Verba INCEPTIVA, seu INCHOATIVA, sunt quæ rei initium vel assiduum incrementum notant.

Definunt in SCO: ut, *caleſco, frigeſco*.

Dupliciter derivantur; vel à nominibus, vel à verbis.

A nominibus derivata ultimam genitivi vocalem in ASCO, sed longè usitatiùs in ESCO commutant: ut, *pueraſco, puellaſco, igneſco, lapideſco*; à substantivis *puer, puella, ignis, lapis*; *dulceſco, juveneſco, vaneſco, diteſco* ab adjectivis, *dulcis, juvenis, vanus, dis*.

A verbis derivata formantur à secunda persona præsentis indicativi, addenda CO, idque in quavis conjugatione: ut, *labasco à labas*; *ferveſco, à ferves*; *tremeſco, à tremis*; *obdormeſco, ab obdormis*. Sed per Syncopen dicitur *bisco*, pro *biaſco* ab *hias*.

Omnia Inceptiva sunt neutra & tertiæ conjugationis.

Quæ à nominibus derivantur, præteritis adeoque & supinis omnino carent: quæ à verbis veniunt, præterita à primitivis suis mutantur: ut. *coaleſco, coalui*; *reſipiſco, reſipui*.

DESIDERATIVA.

3. In meditativis, quod in U fit jungit supino
(U semper brevians) RIO: sic dabit *esurit esu*.

Verba DESIDERATIVA, seu MEDITATIVA, sunt quæ desiderium, studium aut conatum rei alicujus faciendæ significant.

Desinunt in RIO: ut, *cœnatorio*.

Formantur à supino posteriore, correptâ U, & adjecto RIO: *edo, esu, esurio, esuris; pario, partu, parturio, parturis*.

Sunt omnia conjugationis quartæ, carentque præterito & supino, præter hæc tria, *esurio, parturio & nupturio*.

DEMINUTIVA.

DEMINUTIVA sunt, quæ diminutionem sui primitivi significant.

Desinunt in LLO: ut, *cantillo sorbillo*, i. e. *parum tanto*, vel *sorbes*.

Suntque conjugationis primæ.

Sunt denique quædam verba in SSO ab aliis verbis derivata, de quorum vi significandique natura haud satis inter Grammaticos convenit; qualia sunt, *capeſſo, fuceſſo, peteſſo, arceſſo, inceſſo, laceſſo*.

Ex his duo priora, *capeſſo*, & *fuceſſo*, vulgò ICHOATIVA ITIONIS appellantur: tanquam idem ferè ea significarent, quod *eo ad capiendum, eo ad faciendum*: quibus addunt & *viſo*, i. e. *eo ad videndum*. Rectius tamen cum Urſino ea INTENSIVA dixeris; ut, *capeſſo, fuceſſo*, idem ferè sint quod *studioſè & cum effectu aliquid capio vel facio*. Sic etiam *peteſſo*, vel *petiſſo*, i. e. *valde peto*.

Inceſſo autem & *laceſſo*, eidem frequentativa cum emphasi existimantur.

Arceſſo, incipiſſo, vibriſſo, idem penè quod primitiva sua significant.

§ 3. De FIGURA VERBORUM.

FIGURA verborum duplex est, SIMPLEX, ut, *lego, linquo*; COMPOSITA, ut, *relego, relinquo, derelinquo*.

1. Componuntur autem verba, 1. Cum nominibus: ut, *ædifico*, ab *ædes* & *facio*. 2. Cum verbis: ut, *patefacio*, ex *pateo* & *facio*. 3. Cum adverbis: ut, *introduco*, ab *intro* & *duco*. 4. Cum præpositionibus: ut, *perdoceo, edisco, consolor*.

2. Quædam sunt composita à simplicibus inusitatis: ut, *accendo, incendo*, à *cando*; *defendo, offendo*, à *fendo*; *inspicio, conspicio*, à *specio*, &c.

3. Partes componentes interdum integræ manent: ut, *lego, perlego*. Interdum litera additur; ut, *prodeo, redeo*: pro *proeo, reeo*: vel detrahitur: ut, *asporto, omitto, trado*; pro *absporto, obmitto, transdo*. Sæpiſſimè autem vocalis vel diphthongus verbi simplicis mutatur.

1. A in E: ut, *damno, condemno; arceo, coërceo; carpo, decerpo; gradior, congregior, partio vel partior, impertio vel impertior*. 2. A in

in I : ut, *habeo, prohibeo; cado, occido; salio, infilio; fateor, confiteor.* 3. A in U : ut, *calco, conculco; quatio, concutio.* 4. E in I : ut, *teneo, contineo; premo, comprimo.* 5. Æ in I : ut, *lædo, collido; quero, acquirō.* 6. AU in E : ut, *audio, obedio.* 7. AU in O : ut, *plaudo, displodo.* 8. AU in U : ut, *claudo, concludo.*

4. Ultima præpositionis consonans in primam verbi simplicis frequentissimè convertitur : ut, *accipio, afferō, agglomerō, allido, appello, arripio, assigno, attero; collaudo, commuto, corrodo; illino, immorior, irrigo; intelligo, occino, oppeto, pellicio, &c. pro adcipio, adfero, adglomerō, adlido, adpello, adripio, adsigno, adtero; conlaudo, conmutō, conrodo; inclino, immorior, inrigo; interligo, obcano, obpeto, perlicio, &c. Nonnunquam & soni gratiā in aliam literam mutatur; ut, *aufero, imbibo, implico, &c. pro abfero, inhibo, inplico, &c.**

Liber Quartus.

DE PARTICIPIO.

PARTICIPIUM est pars orationis, à verbo derivata, variabilis per casus, ac rem cum tempore significans.

1. *Participium* ita vocatur, quia partem capit à nomine, partem à verbo : nam ut nomen, variatur per genera, & declinatur per casus : atque, ut verbum (unde derivatur,) cum tempore significat actionem, passionem, existentiam sive statum rei ; pro natura verbi unde descendit.

1. A verbis *activis* veniunt duo participia ; *Præsens, & Futurum* in RUS : ut, *amans, & amaturus, ab amo.*

2. A *passivis* veniunt duo participia : *Præteritum, & Futurum* in DUS : ut, *amatus, & amandus, ab amor.*

3. A *neutris* veniunt item duo participia, ut ab *activis* ; *Præsens, & Futurum* in RUS : ut, *stans, & staturus, à sto.*

¶ A *neutris* sæpè etiam veniunt participia præteriti temporis in TUS vel SUS : ut, *erratus, festinatus, juratus, laboratus, vigilatus.* Quædam etiam futuri in DUS : ut, *jurandus, vigilandus, regnandus, dormiendus, erubescendus.*

4. A *deponentibus* activæ quidem significationis quatuor veniunt participia : ut, *sequens, secutus, secuturus, sequendus, à sequor.* A *deponentibus* autem neutralis significationis tria plerumque participia descendunt : ut, *labens, lapsus, lapsurus, à labor* : rariùs verò futuri in DUS : ut, *gloriandus, fruendus ; à glorior, fruor.*

5. A *communibus* denique veniunt quatuor plerumque participia ; ut, *dignans, dignatus, dignaturus, dignandus ; à dignor.*

II. Participia plerumque imitantur significationem verborum unde descendunt: hoc est, quæ ab activis, activè; quæ à passivis, passivè; quæ à neutralibus, neutraliter; & ita deinceps, significant.

¶ At participia in DUS, undecunque veniant, passivè semper accipiuntur: ut, *amandus, vigilandus, loquendus, criminandus*.

* Multa etiam præteritū temporis participia, à verbis deponentibus, quæ olim communia fuerunt, orta, communem, i. e. activam & passivam significationem retinuerunt: qualia sunt, *abominatus, adortus, amplexus, blanditus, largitus; mentitus, oblitus, testatus, veneratus, &c.*

III. Participio accidunt octo; *Génus, casus, numerus, declinatio, motio, comparatio, tempus & figura*.

1. Omnia participia sunt adjectiva, adeoque & GÉNÉRIS omnia. Quæ in NS desinunt, unâ efferuntur nominativi singularis terminatione: ut, *hic, hæc, hoc, amans*: cetera omnia tribus: ut, *amatus, -a, -um; amaturus, -a, -um; amandus, -a, -um*.

2. Participiorum CASUS sunt sex, quemadmodum nominum: *Nominativus, Genitivus, &c.*

3. NUMERI itidem, ut in nomine, sunt duò: *Singularis, ut, amans; Pluralis, ut, amantes*.

4. Participia in NS sunt tertiæ DECLINATIONIS; cetera omnia primæ & secundæ: ut, *amans, amantis; amatus, -a, -um; amantiss, -a, -i, &c.*

5. Quæ in US desinunt, MOBILIA sunt; quæ in NS IMMOBILIA. Hæc in omni genere eandem servant nominativi singularis terminationem; illa cum genere terminationem immutant.

6. Participia præsentis & præteriti temporis COMPARATIONEM admittunt: ut, *amans, amantior, amantissimus; paratus, paratior, paratissimus*: futuri verò in RUS & DUS rarò vel nunquam comparata inveniuntur.

TEMPORA participiorum sunt tria, *Præsens, Præteritum, & Futurum*. *Præsentis* temporis sunt, quæ desinunt in NS. *Præteriti*, quæ in TUS, SUS, XUS. *Futuri*, quæ in RUS & DUS.

8. FIGURA participiorum est duplex: *Simplex*; ut, *spirans, dictus*: *Composita*; ut, *respirans, addictus*.

Multa sunt participia, cum præpositione IN, negandi vim habente, composita: quorum verba talem compositionem non admittunt; ut, *illæsus, inauditus, impransus, incussoditus, insciens, intolerandus, &c.*

Sunt quædam ex duabus præpositionibus conflata: ut, *impreteritus, incompositus, superanteactus, &c.*

Quædam composita passivè capiuntur, quorum simplicia activam ferè, sive neutralem significationem habent: ut, *inausus, inopinatus, impultus*. *Inexpertus* utroque sensu, activo simul & passivo, legitur.

IV. De Participiis hæc observanda sunt:

1. Participia præsentis temporis formantur à præterito imperfecto: ut, *amans*, ab *amabam*: præteriti, à supino posteriore: ut, *amatus*, ab *amatu*: futuri in RUS, ab eodem supino: ut, *amaturus*, ab *amatu*: futuri in DUS, à participio præsentis, ut, *amandus*, ab *amans*.

2. Circumlocutio per verbum SUM, non tantum cum participio præteriti temporis, sed etiam cum aliis locum habet: ut, Cic. *Socrates est apud Platonem loquens*, pro *loquitur*. Plaut. *Fui te carēns*, pro *carui*. Sic *amaturus & amandus sum*, *eram*, *fui*, *fu-eram*, *ero*, &c.

3. Participia fiunt nomina (1.) *Amissione temporis*: ut, *sapiens*, *serpens*; *sponsa*, *nata*; *dictum*, *votum*, &c. cum substantivè sumuntur. Sic, *doctus*, *indoctus*, pro *homine doctrinā prædite vel experte*, &c. (2.) *Mutatā constructione*, seu *regimine verbi*: ut, *amans pecuniā*, *patiens frigoris*: nam constructio verbi exigeret, *amans pecuniam*, *patiens frigus*.

4. Multæ sunt voces in ATUS, ITUS & UTUS desinentes, quæ, quamvis participiorum speciem præ se ferre videantur, quia tamen à nominibus potius, quàm à verbis sunt derivatæ, ex numero eorum meritò excluduntur: ut, *cordatus*, *caudatus*, *cristatus*; *auritus*, *pellitus*, *turritus*; *astutus*, *cornutus*, *nasutus*, &c.

Appendix de GERUNDIIS & SUPINIS.

I. GERUNDIUM est nomen participiale neutrum, singularis tantum numeri, instar substantivi per omnes casus, præter vocativum, declinabile: ut, nom. *amandum*, gen. *amandi*, dat. *amando*, accus. *amandum*, abl. *amando*.

Veniunt à verbis activis, neutris & deponentibus, eorumque significationem ferè semper sequuntur: ut, *docendum*, *currendum*, *loquendum*: à *doceo*, *curro*, *loquor*.

II. SUPINUM est nomen verbale substantivum, singularis numeri, quartæ declinationis, in UM & U desinens, atque adeo accusativi aut ablativi casus: ut, accus. *petitum*, abl. *petitu*. Illud *Supinum prius*, hoc *Supinum posterius*, vulgò appellatur.

Veniunt itidem à verbis activis, neutris & deponentibus. Et *Supinum* quidem *prius* activè, *posterius* verò passivè plerumque significat: ut, *lectum*, *lectu*; *cubitum*, *cubitu*; *deprecatum*, *deprecatu*; à *lego*, *cubo*, *deprecor*.

¶ Sunt denique adjectiva quædam in BUNDUS, ab imperfecto indicativi derivata: ut, *errabundus*, *gembundus*; & e in i converso: ut, *ridibundus*; *ludibundus*; vel sublato: ut, *moribundus*, *lascivibundus*.

bundus, &c. quæ quoniam à participiis præsentibus & significatione, & constructione nihil ferè distant, Charisius *Participiis* annumerat, Donatus *quasi Participia*, alii *Participialia* appellant.

Liber Quintus.

DE PARTIBUS ORATIONIS INDECLINABILIBUS.

CAP. I.

De Adverbio.

ADVERBIUM est pars orationis invariabilis, quæ verbo vel aliis vocibus adjicitur, ad earum circumstantiam quandam explicandam.

¶ De variis Adverbiorum significationibus, quoad tironibus necessarium videbatur, in Rudimentis nostris alibi dictum est.

Adverbio accidunt tria, *Species*, *Figura* & *Comparatio*.

I. *Primitivæ SPECIEI* Adverbia pauca sunt: ut, *cras*, *jam*, *ubi*, *temerè*, &c. *Derivativæ* verò cetera ferè omnia.

Adverbia autem derivantur, vel,

1. A nomine: ut, *viriliter*, à *vir*; *doctè* à *doctus*.
2. A pronomine: ut, *hic*, *ecce*, *quæ*; ab *hic*, *is* & *quis*.
3. A verbo: ut, *cassim*, *punctim*; à *cædo*, *pungo*.
4. A participio: ut, *amanter*, *simulatè*: ab *amans*, *simulatus*.
5. A præpositione: ut, *intro*, *citro*, *ultra*, *clanculum*; ab *intro*, *citro*, *ultra*, *clam*.

II. Plurima sunt adverbia *FIGURÆ*, tum *Simplicis*: ut, *hinc*, *sapienter*, *benè*, *magis*, &c. tum *Compositæ*: ut, *quare*, *videlicet*, *quovis*, &c.

Componuntur autem adverbia variis modis;

1. Ex nomine præeunte: & sequente (1.) Vel alio nomine; ut, *postridie*, ex *postero die*. (2.) Vel verbo; ut, *pedetentim*, quasi *pedem tendendo*. (3.) Vel adverbio; ut, *dextrorsum*, ex *dexter* & *versus*. (4.) Vel syllabicâ adjunctione; ut, *parumper*, ex *parum* & *per*.

2. Ex pronomine: addito (1.) Vel nomine; ut *hodie*, pro *hoc die*. (2.) Vel adverbio; ut, *quin*, pro *quæ ne*. (3.) Vel præpositione; ut, *hactenus*, pro *hac [fine] tenus*. (4.) Vel conjunctione; ut, *quasi*, ex *quis* & *si*. (5.) Vel syllabicâ adjunctione; ut, *tuatim*, i. e. *tuo more*, ex *tuus* & *tim*.

3. Ex duobus verbis; ut, *ilicet, scilicet, videlicet*; ex *ire, scire, videre, & licet*.

4. Ex participio & nomine: ut, *perendie, quasi perempto die*.

5. Ex adverbio: sequente (1.) Vel nomine; ut, *nimirum, ex ne* (pro non) *mirum; edepol, ecastor, mecastor, mehercule, ex e* five *ma- jurandi vocula, & Pollux, Castor, & Hercules*. (2.) Vel verbo; ut, *ubivis, quovis undelibet*. (3.) Vel alio adverbio; ut *quousque, sicuti, tantummodo*. (4.) Vel præpositione; ut, *quoad, quorsum, ex quò versum*. (5.) Vel conjunctione; ut, *etiam, ex et & jam*. (6.) Vel syllabicâ adjectione; ut, *ficcine, ubicunque, ibidem, nondum, undique, ubinam*.

6. Ex præpositione: sequente (1.) Vel nomine; ut, *admodum; comminus, ex cum vel con & manus; eminus, ex e & manus, denuò, ex de novo; illicò, ex in loco*. (2.) Vel pronomine; ut, *antea, ad- eò, interea, postea, præterea, posthac*. (3.) Vel adverbio; ut, *af- fabrè, apprimè, dehinc, perinde, præquam, præterquam, inibi, inter- ibi*. (4.) Vel aliâ præpositione; ut, *desuper, propalam, præter- propter*.

7. Ex conjunctione & alio adverbio; ut, *etiamnum, ex etiam nunc; sicubi, ex si alicubi; siquando, ex si aliquando; velut, ve- luti, ex vel & ut, uti*.

8. Ex pluribus vocibus promiscuè conjunctis; ut, *quamobrem, quemadmodum, nudiustertius, identidem; pro divisis, ob quam rem, ad quem modum, nunc dies tertius, idem & idem*.

III. COMPARANTUR ferè omnia adverbia, à nominibus com- parabilibus derivata: ut, *doctè, doctiùs, doctissimè; feliciter, feli- ciùs, felicissimè*.

Positivus eorum gradus exit plerumque in E vel TER; ut, *durè, facilè, acriter*. Comparativus in IUS; ut, *duriùs, faciliùs, acriùs*. Superlativus in IME; ut, *durissimè, facillimè, acerrimè*.

Quæ à nominibus anomalè comparatis derivantur, comparatio- nem & ipsa anomalam habeat: ut, *benè, meliùs, optimè; malè, pejùs, pessimè; parum, minùs, minimè, & minimum; multum, plùs, plurimum; propè, propiùs, proximè*.

Positivo carent, *magis, maximè; ocyùs, ocyssimè; priùs, primò vel primùm; potiùs, potissimùm*.

Comparativo carent, *pænè, pænissimè; nuper, nuperrimè; novè & noviter, novissimè; meritò, meritissimò*.

Superlativo carent, *excusatè, excusatiùs; tempori, temporiùs, sa- tis, satiùs; secus, seciùs*.

CAP. II.

De Præpositione.

PRÆPOSITIO est pars orationis invariabilis, unius substantivi ad alterum relationem significans.

Præpositiones sunt vel *Separabiles* vel *Inseparabiles*.

SEPARABILES dicuntur, quæ separatim, sive extra compositionem, usurpantur.

INSEPARABILES, quæ in compositione tantum inveniuntur.

Præpositioni accidunt tria, *Casum rectio, Species & Figura*.

I. Præpositionum separabilium aliæ ACCUSATIVUM, aliæ ABLATIVUM, aliæ utrumque casum REGUNT.

1. Accusativum regunt Præpositiones viginti & octo; *Ad, apud, ante, adversus* vel *adversum, cis, citra, circum* vel *circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, juxta, ob, per, præter, propter, post, penes, pene, secus, secundum, supra, trans, ultra.*

2. Ablativum postulant Præpositiones quindecim, *A, ab, abs, absque, cum, clam, coram, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, tenus.*

3. Accusativum vel Ablativum regunt Præpositiones quatuor, *In, sub, super & subter.*

* Præpositiones, cum casum suum amittunt, *Adverbia* fieri vulgò existimantur: ut *Longo post tempore venit.*

II. Respectu SPECIEI, aliæ Præpositiones sunt *primitivæ*: ut, *ad, apud, ante, à, è, pro, in, &c.* aliæ *derivativæ*: ut, *adversus, secundum, ab* adjectivis *adversus, -a, -um; secundus, -a, -um; circa, à circus; juxta, à jungo; propter, à propè, quasi propiter.*

III. Respectu FIGURÆ Præpositiones aliæ sunt *simplices*: ut, *ad, ante, abs*: aliæ *compositæ*: ut, *exadversum, inante, exante, absque.*

* Præpositiones cum aliis vocibus compositæ significationem suam plerumque retinent: ut, *abeo, adeo, insum, præpono.*

Excipe I. IN, cum nominibus & participiis per se compositum, privationem plerumque significat: ut, *infidus, indoctus, inauditus.*

2. IN, cum verbo plerumque auct: ut, *infringo, induro, i. e. valdè frango, valdè duro*; atque eam quoque in participio significationem retinent, *infractus, induratus, pro admodum fractus, vel duratus.*

* Interdum in participiis contrariam significationem habet: ut, *invocatus, infrenatus, immutatus, sæpius affirmativo verborum invocò, infreno, inmutò: nonnunquam & negativo, pro, non vocatus, non frenatus, non mutatus, sensu accepta.* 3. IN etiam aliquando cum

om nomine auget : ut, *incanus, incurvus*. 4. PER sæpiùs auget : ut, *percarus, perdificilis, perfero, perfruo*. Interdum privat : ut, *perfidus, perjurus*. 5. PRÆ interdum auget : ut, *præclarus, prædixi, prævaleo, præpolleo*. 6. SUB quandoque minuit : ut, *subtristis, subirasco*. 7. DE sæpè deorsum significat : ut, *decido, decurro*. Interdum auget : ut, *deamo, demiror*. Interdum privat : ut, *deuens, decolor, deformis, deartuo, depilo, denaso*. EX itidem interdum incrementum ; ut, *exclamo, exaggero* : interdum privationem : ut, *exsanguis, exanimo* significat.

DE PRÆPOSITIONIBUS INSEPARABILIBUS.

Præpositiones INSEPARABILES sunt sex : *Am, dis, re, se, con, ve* : ut, *amburo, distraho, repono, sejungo, convello, vesanus*.

C A P. III.

De Interjectione.

INTERJECTIO est pars orationis invariabilis motum aliquem animi significans, sententiamque per se perficiens.

Præcipuas interjectionum significationes in Rudimentis nostris recensuimus.

Interjectioni accidunt duo, *Species & Figura*.

I. *Derivativæ* sunt, *eoax*, ab *Evan* ; *bombax*, à *bombus*. *Primitive*, ceteræ ferè omnes : ut, *o, heu, vah, papæ, &c.*

II. Rursus *Simplices* sunt pleræque ; ut, *hei, hui, phy, proh, &c.* *Compositæ* nonnullæ : ut, *ehodum, eugepæ*.

¶ OBS. Quædam nomina & verba usque adè naturam interjectionum induerunt, ut penè interjectiones videantur : qualia sunt *malum ! turpe ! nesus ! sodes, amabo, quæso* & alia nonnulla : ut, *Plaut. Quæ hæc, malum ! impudentia est ? Virg. Sequiturque, nesus ! Ægyptia conjunx. Horat. Corrige, sodes, hæc aiebat & hoc,*

C A P. IV.

De Conjunctione.

CONJUNCTIO est pars orationis invariabilis, quæ connectit & ordinat sententias.

Præcipuæ Conjunctionum significationes in Rudimentis per suas quæque classes distributæ enumerantur.

Conjunctioni accidunt tria, *Species, Figura & Ordo.*

I. Pleræque Conjunctiones *Præpositivæ SPECIES* sunt: ut, *Et, ac, sed, at, nam, si, seu, vel, nec, &c.*

Quædam etiam *derivativæ*: ut, quòd, à quis; verùm, & verò à verus; modò, à modus; tamen, à tam; autem, ab aut, &c.

II. Quædam *FIGURÆ Simplicis* sunt: ut, *at, nam, &c.*

Quædam compositæ: ut, *atque, namque, &c.*

Componuntur autem Conjunctiones variis modis:

1. *Ex nomine & verbo*: ut, *quantumvis.*

2. *Ex pronomine*: & (1.) *Vel adverbio*: ut, *ideò.* (2.) *Vel præpositione*: ut, *idcirco, quocirca.* (3.) *Vel syllabicâ adjectione*: ut, *quippe.*

3. *Ex adverbio*: & (1.) *Vel nomine*: ut, *utpote.* (2.) *Vel verbo*: ut, *quamvis.* (3.) *Vel alio adverbio*: ut, *quoniam, ex quom, sive cum, & jam.* (4.) *Vel conjunctione*: ut, *neve* (per Apocopen *neu*;) *neque* (unde *nec*;) *quandoquidem.* (5.) *Vel syllabicâ adjectione*: ut, *itaque; quidem, ex qui & dem.*

4. *Ex præpositione*: & (1.) *Vel pronomine*: ut, *præterea, propterea.* (2.) *Vel adverbio*: ut *proinde.* (3.) *Vel aliâ præpositione*: ut, *insuper.*

5. *Ex conjunctione*: & (1.) *Vel adverbio*: ut, *atqui, ex at & qui; sin, ex si & ne; etiam, ex et & jam.* (2.) *Vel aliâ conjunctione*: ut, *etenim, etsi, siquidem; tametsi, (pro tamenetsi) sive (& per Apocopen seu,) veruntamen.* (3.) *Vel syllabicâ adjectione*: ut, *atque, namque, nedum; sed, per Apocopen ex se, i. e. sine & dum,*

III. *ORDO Conjunctionum* est triplex; *Præpositivus, Postpositivus & Communis.*

1. *Præpositivi ordinis* sunt eæ, quæ primum in oratione locum obtinent: quales sunt, *Ac, atque, nec, neque, aut, vel, sive, at, sed, verùm, nam, quandoquidem, quocirca, quare, sin, siquidem, præterquam, &c.*

2. *Postpositivi*, quæ secundo tantùm loco ponuntur; suntque hæc quinque, *Quoque, quidem, autem, enim, verò.* Quibus adde, quæ *Encliticæ* vocantur, *que, ve, ne.*

3. *Communis* denique, quæ vel primo vel secundo loco indifferenter poni possunt: ut, *Etiam, equidem, licet, quamvis, quamquam, tamen, attamen, namque, quòd, quia, quoniam, quippe, utpote, ut, uti, ergo, ideo, igitur, idcirco, itaque, proinde, propterea, si, ni, nisi.*

A P P E N D I X.

D E

Figuris Dictionis.

FIGURA DICTIONIS generali voce METAPLASMUS nominatur.

Est autem *Metaplasmus* literæ vel syllabæ in voce additio, detractio vel immutatio.

Ejus species sunt decem: *Prosthesis, Epenthesis, Paragoge, Diæresis; Aphæresis, Syncope, Apocope, Crasis; Metathesis & Antithesis.*

Ek his quatuor vocem augment, *Prosthesis, Epenthesis, Paragoge, & Diæresis*: quatuor imminuunt, *Aphæresis, Syncope, Apocope & Crasis*: duæ denique immutant, *Metathesis & Antithesis.*

1. PROTHESIS est appositio literæ vel syllabæ ad principium dictionis: ut, *gnavus*, pro *navus*; *tetuli*, pro *tuli*.

2. EPENTHESIS est interpositio literæ vel syllabæ in medio dictionis: ut, *alituum*, pro *alitur*; *relligio*, pro *religio*; *induperator*, pro *imperator*.

3. PARAGOGÉ est appositio literæ vel syllabæ ad finem dictionis: ut, *med*, pro *me*; *dicier*, pro *dici*.

4. DIÆRESIS est divisio unius syllabæ in duas: ut, *aulâi*, pro *aulæ*; *dissoluisse*, pro *dissolvisse*.

5. APHÆRESIS est literæ vel syllabæ à principio vocis ablatio: ut, *natus*, pro *gnatus*; *conia*, pro *ciconia*, Prænestinorum linguâ.

6. SYNCOPE est ablatio literæ vel syllabæ è medio vocis: ut, *calidus*, pro *calidus*; *aspris*, pro *asperis*; *carectum*, pro *caricetum*; *lamna*, pro *lamina*; *puertia*, pro *pueritia*; *porge* pro *porrige*; *furpuerat*, pro *furripuerat*: item *periculum*, *vinculum*, *podum*, *seclum*, *circlos*, &c. pro *periculum*, *vinculum*, &c.

■ Hujus figuræ usus latissimè patet, præsertim in genitivis pluralibus nominum: ut, *Æneadâm*, *cælicolâm*, *Desâm*, *liberâm*, *serpentâm*, *cladâm*, *currâm*, *nurâm*, &c. pro *Æneadarum*, *Deorum*, *serpentium*, *curruum*, &c. Item in præteritis verborum in VI, temporibusque ab eo formatis: ut, *amâsti*, *amâram*, *amâsse*, *amâro*, *amâsse*; *implêsti*, *implêrunt*; *petsti*, *petstisti* & *petstisti*; *petstisset* & *petstisset*; *audieram*, *audissè* & *audisse*: idque non in carmine modò, sed solutâ etiam oratione. Ab eo autem composita longè frequentius

frequentius per Syncopen, quàm aliter, efferuntur: ut, *abii*, per *redii*, &c. rarò vel nunquam, *abivi*, *perivi*, *redivi*.

NOT. 1. Præterita dissyllaba (præter hæc quatuor, *Scissi*, *nōssi*, *flēssi*, *flūssi*) Syncopen vix admittunt. Neque enim *mōssi*, *nāssi*, *īssi*, *trīssi*, pro *movissi*, *navissi*, *ivissi*, *trivissi*, extra compositionem usquam legimus.

NOT. 2. Apud Poëtas à præteritis etiam in SI aut XI terminis, Syncope haud rarò invenitur: ut, *evassi*, *percussi*, *surrexe*, apud Horatium; *extincti*, *extinxem*, *vixet*, apud Virgilium, &c. pro *evassisti*, *percussisti*, *surrexisse*, *extinxisti*, *extinxissem*, *vixisset*.

7. APŒCOPE est ablatio literæ vel syllabæ à fine vocis: ut, *ingent*, pro *ingenii*, *peculsi*, pro *peculii*; *inger*, pro *ingere*; *samul*, pro *samulus*; *volup*, pro *volupe*; *tanton*, *men*, pro *tantone*, *mene*.

8. CRASIS quæ & SYNÆRESIS vocatur, est duarum vocalium ad diversas syllabas pertinentium, in unam syllabam contractio: ut, *Thesēi*, *aureis* dissyllaba, pro *Thesēi*, *aureis*, trissyllabis; *vemenaprendo*; pro *vehemens*, *præhendo*; *Phæthon*, pro *Phaethon*.

9. METATHESIS est literæ vel syllabæ transpositio: ut, *pistria*, pro *pristis*; *Lybia*, pro *Libya*.

10. ANTITHESIS est literæ pro litera positio, ut, *faciundum*, pro *faciendum*; *optumus*, pro *optimus*; & apud antiquiores *ollis*, pro *illi*; *vorto*, *voster*, *volnus*, *voltis*; pro *verto*, *vester*, *vulnus*, *vultis*.

Hæ Figuræ istis versiculis continentur:

PROSTHESIS apponit capiti, sed APHÆRESIS aufert.

SYNCOPE de medio tollit, sed EPENTHESIS addit.

Abstrahit APŒCOPE fini, sed dat PARAGOGE.

Constringit CRASIS, distracta DIÆRESIS effert.

Litera si legitur transposita, METATHESIS exit.

ANTITHESIN dices, tibi litera si varietur.

ETYMOLOGIÆ, sive primæ partis Grammaticæ,

F I N I S.

GRAM-

GRAMMATICÆ
LATINÆ
INSTITUTIONUM

Pars Secunda,

De SYNTAXI, sive CONSTRUCTIONE.

SYNTAXIS est, recta vocum in oratione compositio.
Ea dupliciter dividi potest, 1. In *Naturalem* & *Arbitrariam*. 2. In *Regularem* & *Irregularem*.

1. *Syntaxis NATURALIS* est, quæ ex ipsa vocum natura profluit, ac in omnibus fere linguis est eadem.

Syntaxis ARBITRARIA est, quæ ex arbitrio Auctorum linguæ alicujus oritur, ac in variis linguis varia est.

2. Rursus *Syntaxis REGULARIS* est, quæ communem loquendi consuetudinem sequitur.

Syntaxis IRREGULARIS est, quæ communem loquendi consuetudinem non sequitur, & tamen bonorum Scriptorum auctoritate nititur.

Illa alio nomine *ANALOGA*, seu *Iusta*; hæc *ANOMALA*, seu *FIGURATA* dicitur.

Liber Primus.

DE SYNTAXI REGULARI.

SYNTAXIS REGULARIS dividitur in *Concordantiam* & *Regimen*.

CONCORDANTIA est, quando una dictio concordat cum altera in quibusdam accidentibus.

REGIMEN est, quando dictio regit certum casum.

C A P. I.

De Concordantia.

CONCORDANTIA est quadruplex,

1. *Adjectivi cum Substantivo.*
2. *Verbi cum Nominativo.*
3. *Relativi cum Antecedente.*
4. *Substantivi cum Substantivo.*

1. Concordantia Adjectivi cum Substantivo.

1. Mobile vult fixi casum, numerumque, genusque.

Adjectivum concordat cum substantivo in genere, numero & casu: ut, Plaut. *Animus aquus optimum est arumna condimentum.* Horat. *Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.* Id. *Neglectis urenda filix innascitur agris.*

NOT. 1. Substantivum sæpè intelligitur: ut, Ter. *Paucis te volo;* supple, *verbis.* Virg. *Triste lupus stabulis,* supple, *negotium.* Aut adjectivum ejus loco ponitur: ut, Virg. *Fortunate senex.* Cic. *Amicus certus in re incerta cernitur.*

NOT. 2. Plura adjectiva cum uno substantivo convenire possunt: ut, Cic. *Mea omnia summa in te officia.* Id. *Etiam externos multos claros viros nominarem.*

NOT. 3. Adjectivum, cum duobus substantivis diversi generis positum, cum eo cohæret de quo potissimum est sermo: ut, Plin. *Oppidum Pestum, Græcis Posidonia appellatum.* Id. *Dein Puteoli, colonia Dicaarchia dicti.* Interdum cum substantivo propiore, licet minùs præcipuo, convenit: ut, Cic. *Non omnis error stultitia est dicenda.* Ter. *Paupertas mihi onus visum est & miserum & grave.* Liv. *Ludi fuere Megalesia appellata.* At si substantivum magis præcipuum hominis proprium sit, adjectivum cum eo concordabit: ut, Vopisc. *Bonofus Imperator, cum vitam laqueo finiisset, amphora pendens dictus est;* non, *dicta.* Justin. *Semiramis, sexum mentita, puer esse credita est;* non, *creditus.*

2. Concordantia Verbi cum Nominativo:

2. Antè capit rectum quod personale modique
Finiti est verbum: numerus personaque par sit.

Verbum personale finiti modi concordat cum nominativo ante se in numero & persona: ut, Plaut. *Quid ego cesso?* Virg. *Labor omnia vincit.* Senec. *Omnia vitia contra naturam pugnant.*

NOT. 1. Nominativus primæ & secundæ personæ rarè exprimitur: ut, Cic. *Non fallam opinionem tuam.* Ter. *Quod te dignum est, facies.* Ovid. *Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.*

EXCIPE, Si personarum Discretio, aut res cum Emphasi significanda sit. Est autem DISCRETIO, cùm diversa hominum studia indicantur: ut, Cic. *Ego Reges ejeci, vos tyrannos introducitis: ego libertatem peperì, vos partem servare non vultis.* EMPHASIS est, cùm plus significatur, quàm expressè dicitur: ut, Cic. *Tu innocentior es, quàm Metellus?* Ovid. *Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.*

NOT. 2. Verbis tertiæ personæ sæpè aut infinitivus aut oratio aliqua loco nominativi præponitur: ut, Pers. *Velle suum cuique est.* Cic. *Vacare culpâ magnum est solatium.* Id. *Incertum est quàm longa nostrum cujusque vita futura sit.*

NOT. 3. His verbis tertiæ personæ, *Aiunt, ferunt, dicunt, perhibent,* & similibus, nominativus per Ellipsin sæpè intelligitur: ut, Plaut. *Aiunt solere senes repuerascere.* Ovid. *Teque ferunt ira pœnituisse tua;* supple, *homines.*

Item in his, *luit, tonat, ningit, gelat, lucefcit, vesperascit,* &c. ubi, *Deus, cœlum, aqua,* aut simile, intelligitur.

NOT. 4. Sæpè intelligitur verbum substantivum: ut, Virg. *Nam Polydorus ego;* supple, *sum.* Cic. *Nihil bonum, nisi quod honestum;* *nihil malum, nisi quod turpe;* supple, *est.* Juven. *Rari quippe boni;* supple, *sunt.*

NOT. 5. Nonnunquam nominativus infinitivo præponitur, subaudito cœpit vel cœperunt: ut, Virg. *Tum pius Æneâs humeris abscindere vestem.* Ter. *Invidere omnes mihi, mordere clanculum: ego non flocci pendere.* Vulgò, in his, infinitivus pro imperfecto indicativi poni existimatur; *abscindere* sciz. pro *abscindebat;* *invidere,* pro *invidebant,* &c.

NOT. 6. Potest quis de seipso loquens tam plurali quàm singulari uti: ut, Ovid. *Nos dabimus quod ames,* i. e. *ego dabo.* At unum aliquem hominem alloquenti nunquam ferè pluralis adhibendus est: ut, Ovid. *Tu vires sine mente geris; non, vos geritis.*

De verbis utrinque habentibus Nominativum.

3. Substantiva dabunt, & verba vocantia, gestum Quæque notant, rectos, eadem si res sit, utrinque.

Verba substantiva, vocandi & gestus habent utrinque nominativum ad eandem rem pertinentem.

Ad hanc regulam spectant;

I. Verba substantiva, *Sum, fio, forem, exsisto*: ut, Ter. *Senectus ipsa est morbus*. Martial. *Dic mihi, si fias tu leo, qualis eris*. Cic. *Quarebas quis aut hoc miserior, aut illo beator foret*. Id. pro Rosc. *Ego huic causa patronus exstiti*.

II. Verba passiva vocandi, existimandi & cognoscendi: qualia sunt, *Appellor, vocor, nominor, &c. Censeor, existimor, videor, habeor, &c. Cognoscor, agnoscor, invenior, reperior, &c.* ut, Cic. *Septem fuisse dicuntur uno tempore, qui sapientes & haberentur & vocarentur*. Hor. *Sunt quibus in Satyra videar nimis acer*. Ovid. *Regius agnoscor per rata signa puer*.

III. Verba rei gestum aut statum significantia: qualia sunt, *Seo, jaceo, sedeo, eo, incedo, evado, fugio, &c.* ut, Ovid. *Victa jacet pietas*. Tibull. *Et sedeo duras janitor ante fores*. Cic. *Nemo serè salutat sobrius*.

IV. Quælibet ferè verba nominativum utrinque admittunt, cum utrumque nomen ad eandem rem pertinet: ut, Cic. *Audivi hoc de parente meo puer*. Virg. *Sic satur lacrymans*. Cic. *Sapiens nihil facit invidus, nihil dolens, nihil coactus*.

NOT. [1.] Cum verba substantiva, vocativa, & similem vim habentia, cum duobus nominativis diversorum numerorum construuntur, usitatè quidem cum eo qui naturâ prior est conveniunt: ut, Ter. *Dos, Pamphile, est decem talenta*. Ovid. *Ossa lapis sunt*. Id. *Gaudia principium nostri sunt, Phoebe, doloris*. † Interdum tamen verbum cum posteriore nominativo numero congruit: ut, Ter. *Amantium ira amoris integratio est*. Ovid. *Quas geritis vestes sordida lana fuit*. Lucan. *Sanguis erant lacrymæ*.

NOT. 2. Si præcedat vocativus, ejusmodi verbis vel eorum participiis regulariter subjicitur nominativus: ut, Martial. *Esse, tu Caesar, amicus*. Stat. *Vetito nudus jaciture sepulchro*. Virg. *Dardaniæ stratus dextrâ, miserande, jaceres*. † Poëtæ tamen haud rarò vice nominativi vocativo utuntur: ut, Propert. *Lettule divitiis fæste beate meis*. Catull. *Ruse mihi frustra ac nequicquam credite amice*. Tibull. *Sic venias bodiæne*.

Accusativus ante Infinitivum.

4. Ante sibi quartum verba infinita requirunt.

Infini-

Infinitivus modus accusativum ante se habet: ut, Cic. *Te accuisse meas literas gaudeo*. Ter. *Credunt se negligi*.

NOT. 1. Hic accusativus resolvi potest in nominativum, cum indicativo vel subjunctivo, præcedente quod vel ut: ut, Plaut. *Evidem scio jam filius quod amet meus*; pro *filium meum amare*. Ita enim Terentius loquitur, *Meum natum rumor est amare*. Sic illud Horatii, *Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est*, aüter efferes, *Ut quisque se metiatur*.

NOT. 2. Accusativi, *me, te, se, illum*, sæpè intelliguntur: ut, Hor. *Cur nescire pudens pravè, quàm discere, malo?* pro, *me nescire*. Virg. *Sed reddere posse negabat*; pro, *se posse*.

NOT. 3. *Esse* vel *fuisse*, participiis addendum, crebrò omittitur: ut, Cic. *Hostium exercitum casum fusumque cognovi*. Mart. *Cras te victurum, cras dicis, Posthume, semper*. Cic. *Ceteris, si errorem suum depojuerint, veniam & impunitatem dandam puto*.

5. ESSE pares optat casus: at si licet addas, Vel simile, ternum poteris vel subdere quartum.

ESSE habet eundem casum post se, quem ante se: ut, Lucan. *Exeat aulâ, qui volet esse pius*. Boët. *Qui se volet esse potentem, Animos domet ille feroces*.

* Sic, *Fieri, videri, haberi*: item, *stare, incedere, jacere*, & verborum similis constructionis infinitivi: ut, Ovid. *Quâ merui culpâ fieri tibi vilis, Achille?* Hor. *Non ego avarum Cum veto te fieri, vappam jubeo ac nebulonem*. Sallust. *Cato esse, quàm videri bonus malebat*. Cic. *Principem se esse mavult, quàm videri*. Sic, *Solet Parmenio incedere rectus*: Et, *Parmenonem incedere rectum video*.

APPENDIX [1] Si verbum *licet, expedit, datur*, aut simile, sive cum dativo suo, sive absque eo, antecesserit; infinitivus ESSE vel dativum post se habebit, vel accusativum. 1. Dativum: ut, Liv. *Illis timidis & ignavis licet esse*, — *vobis necesse est fortibus viris esse*. Ovid. *Vobis immunibus hujus Esse mali dabitur*. Hor. *Mediocribus esse pœtis Non homines, non Dî, non concessere columnæ*. Item, Cic. *Cur denique liberis esse non licet?* Hor. *Atqui licet esse beatis*. Supple utrobique, *illis*. 2. Accusativum: ut, Ter. *Expedi bonas esse vobis*. Cic. *Si civi Romano licet esse Gaditanum*. Id. *Liceat esse miseros*. Id. *Nam medios esse jam non licebit*; supple, *nobis*.

APPENDIX II. Verba, *no, refero, puto*, & alia ejusmodi, cum infinitivo ESSE, interdum, apud Poëtas, pro accusativo nominativum recipiunt: ut, Lucan. *Tutumque putavit Jam bonus esse socer*. Ovid. *Quia rettulit Ajax Esse Jovis pronepos*. Orator dixisset, *se bonum esse socerum; se esse Jovis pronepotem*.

3. Concordantia Relativi cum Antecedente.

6. QUI Referens genus & numerum Præeuntis habere

Postulat: at casum suppleta oratio monstrat.

I. Relativum QUI, QUÆ, QUOD, concordat cum [substantivo] antecedente in genere & numero: ut, Cic. *Adhuc neminem cognovi Poëtam, qui sibi non optimus videretur*. Id. *Accepi ab Aristocrity tres epistolas, quas ego lacrymis propè delevi*. Ovid. *eve fit, quod bene fertur, onus*.

II. Casus Relativi non à substantivo antecedente, sed ab eodem, vel alio interdum substantivo, consequente, sive expresso, sive intellecto, & ad totam orationem supplendo, dependet.

Vel sic: Relativum QUI, QUÆ, QUOD, semper ferè considerari debet tanquam positum inter duos casus unius nominis substantivi, sive expressos, sive suppressos: cum priore autem conveniet in genere & numero; cum posteriore etiam in casu, tanquam adjectivum cum suo substantivo; ut, Cic. *Diem scito esse nullum, quo die non dicam pro reo*. Cæsar. *Erant omninè itinera duo, quibus itineribus domo exire possent*. Sall. *Lex Porcia, aliaque [leges] parata, quibus legibus exsilium damnatis permixsum est*.

NOT. 1. Casus posterior plerumque reticetur, utpote per relativum satis expressus: ut, Hor. *Animum rege, qui, nisi paret, imperat, pro, qui animus*. Id. *Quo semel est imbuta, recens servabit odorem Testa diu; pro, quo odore*.

NOT. 2. Interdum prior reticetur: ut, Ovid. *Sic tibi dent nympha—qua levet unda sitim; pro, undam, qua unda*. Ter. *Populo ut placerent quas fecisset fabulas; pro, fabula, quas fabulas*. Ovid. *Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit; pro, arbor, sub qua arbore*.

NOT. 3. Aliquando uterque casus & prior & posterior omittitur: ut, Plaut. *Neceffe est sumptum facere, qui quærit lucrum; pro, hominem, qui homo*. Hor. *Sunt quos genus hoc minimè juvat; pro, homines, quos homines*.

APPENDICES.

I. Relativum QUI, QUÆ, QUOD, quando duobus nominibus diversorum generum interponitur, cum utrolibet convenire potest; vel antecedente, constructione Romanâ: ut, Quid. *Unus erat tota nature vultus in orbe, Quem dixere Chaos*. Val. Max. *Senatus assiduam stationem eo loci peragebat, qui hodièque Senaculum appellatur*: Vel consequente, constructione Græcâ: ut, Cic. *Animal plenum rationis & consilii, quem vocamus hominem*. Id. *Concilia, cætusque hominum jure sociati, qua civitates appellantur*.

II. Si antecedens sit tota oratio, relativum erit neutri generis: ut, Ter. *Quod fortunatum isti putant, uxorem nunquam habui; i. e. uxorem habere*. Cic. *Pompeius, quod mihi summo dolori est, ipse se affixit; i. e. Pompeium se affligere*.

III. In-

III. Interdum antecedens in possessivo includitur: ut, Ter. *Omnes laudare fortunas meas, Qui haberem gnatum tali ingenio pradtum.* Ovid. *Nec mea verba legis, qui sum submotus ad Istrum*; pro, *fortunas mei, verba mei.*

IV. Relativum nonnunquam refertur ad sensum verborum quæ præcedunt, vel ad aliud substantivum quàm quod præcedit; ita ut ab eo genere & numero discrepet: ut, Liv. *Inter alia prodigia & carne pluit, quem imbrem ingens numerus avium intervallo rapuisse fertur*; i. e. *pluit imbrem carne, quem imbrem, &c.* Suct. *Ex omni provincialium copia Gallias potissimum elegit, cujus emolumento & opportunitate idonea sit materia triumphorum*; i. e. *Gallias provinciam elegit, cujus provinciæ, &c.*

V. Interdum antecedens alio numero est supplendum / ut, Cic. *Si tempus est ullum jure hominis necandi, quæ multa sunt*; supple, *tempera.* Boët. *Quid verò, si corpus spectes, imbecillius homine reperire queas, quos sepe muscularum quoque morsus necat?* supple, *homines.*

VI. Relativum nonnunquam convenit, non cum genere antecedentis, sed synonymæ vocis quæ animo concipitur: ut, Cic. *Sumptui ne parcas ullâ in re, quod ad valetudinem opus sit.* Sall. *Otio & abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt.* Quibus in locis quod & quæ non cum re aut rerum (nam quæ & quas esset dicendum) sed cum voce synonyma negotium & negotia, quæ illi animo habebant, conveniunt.

VII. Interdum relativum simpliciter omittitur: ut, Virg. *Urbs antiqua fuit: Tyrii tenuere coloni: ubi quæ deest,* ut notat Servius.

VIII. Interdum quod relativo debebatur, antecedenti tribuitur: ut, Cic. *Cum venissent ad vada Volaterrana quæ nominantur*; pro, *Vada quæ nominantur Volaterrana.*

IX. Relativum interdum casui nominis antecedentis videtur conformari: ut, Cic. *Cum scribas, & aliquid agas eorum quorum consuesti.* Sall. *Non pro sua, aut quorum simulat, injuria.* Cic. *Nos tamen hoc confirmamus illo augurio, quo diximus*; pro, *quæ consuesti, quos simulat, quod diximus.* Sed hæc potius per Ellipsin supplenda sunt, hoc modo: *Aliquid agas eorum, quorum aliquid agere consuesti*; pro *injuria eorum, pro quorum injuria simulat, sciz. se arma cepisse*; *Illo augurio, quo confirmaturos nos diximus.*

X. Interdum ipsum relativum, si semel fuerit expressum, postea reticetur; & ita reticetur, ut supplendum sit casu diverso: ut, Sall. *Bocchus cum perditibus, quos filius ejus adduxerat, neque in priore pugna adfuerant, postremam Romanorum aciem invadunt*; pro, *quique in priore pugna non adfuerant,* Plaut. *Quibus nec questus est, nec didicere artem ullam*; pro, *nec qui didicere.*

XI. Interrogativa, sive Indefinita, *Qualis, quantus, quotus, &c.* constructionem relativi, *qui, quæ, quod,* nonnunquam sequuntur: ut, Ovid. *Facies non omnibus una, Nec diversa tamen: qualem decet esse fororum.* Cic. *Tanta multitudinis, quantum capit urbs nostra, concursus est ad me factus.*

Ad priores Concordantias OBSERVATIO I.

7. ET, QUE, vel AC, numero, similis seu copula, primo, Fixa duo vel plura ligans, plerumque reponi Mobile plurali, verbum, referensque requirit.

Duo vel plura substantiva singularia, conjunctione ET, QUE, AC, ATQUE, &c. copulata, habent plerumque adjectivum, verbum, vel
relativum

relativum plurale: ut, Cic. *Castor & Pollux ex equis pugnare videntur*. Virg. *Furor iraque mentem precipitant*. Cic. *Quo magis Herodotus Thucydidesque mirabiles, quorum atas in eorum tempora quos nominavi, incidit*.

NOT. 1. Intercedente præpositione *CUM*, pro *ET*, pluralis interdum adhibetur: ut, Ovid. *Fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccant*. Virg. *Remo cum fratre Quirinus Jura dabunt*.

NOT. 2. Conjunctio interdum intelligitur: ut, Ter. *Dum atas metus, magister prohibebant*. Liv. *Palatinum Romulus, Remus Aventinum, ad inaugurandum templa capiunt*.

NOT. 3. Interdum duo adjectiva singularia substantivum accipiunt plurale: ut, Ovid. *Magna minorque fera*. Liv. *Maria Tyrrhenum atque Adriaticum*.

NOT. 4. Diximus plerumque, non semper, pluralem adhiberi: nam haud rarò adjectivum, vel verbum, singulari positum invenitur: ut, Plin. *Mare rubrum & totus orientis oceanus refertus est silvis*. Liv. *Terror inde ac desperatio invaserat*.

OBSERVATIO II.

8 Quòd si fortè genus personave discrepet, illud Quod magis est dignum præfer: sic prima secundæ Præstat, & hæc ternæ; viventium & mas muliebri. At res absque anima deposcunt mobile neutrum.

Si substantiva illa singularia diversarum sint personarum vel generum, verbum plurale cum nominativo dignioris personæ; adjectivum verò vel relativum cum substantivo dignioris generis concordabit.

I. Prima autem persona dignior est quàm secunda, & secunda quàm tertia: ut, Cic. *Si tu & Tullia lux nostra valetis, ego & suavissimus Cicero valemus*. Virg. *Egregiam verò laudem & spolia ampla refertis Túque puerque tuus*.

II. In rebus animatis dignius est genus masculinum quàm fœmininum: ut, Ter. *Pater mihi & mater mortui sunt*. Ovid. *Mulciberis capti Marsque Venusque dolis*.

III. In rebus verò inanimatis adjectivum plerumque est neutri generis; ut, Sall. *Divitia, decus, gloria in oculis sita sunt*. Id. *Nox atque prada castrorum, hostes, quo minùs victoriâ tererentur, remota sunt*.

NOT. 1. Dignior persona minùs dignam in oratione debet præcedere: ut, *Ego & tu*; non verò, *Tu & ego*.

NOT. 2. Verbum vel adjectivum haud rarò cum propiore substantivo, personâ, genere, vel numero congruit: ut, Cic. *Et ego & Cicero*

Cicero meus flagitabit. Stat. Erant illic genitor materque jacentis Mæsta. Virg. Sociis & rege recepto. Id. Omnia tuta vides, classem sociosque receptos.

4. Concordantia Substantivi cum Substantivo.

9. Casu conveniunt ad idem spectantia fixa.

Unum substantivum concordat cum alio eandem rem significante in casu: ut, Cic. *Cicero meus, suavissimus puer, tibi salutem dicit.* Id. *Justitia virtus excellentissima.*

NOT. 1. Non necesse est, ut vel genere, vel numero, vel personâ consentiant: ut, Ovid. *Effodiunter opes, irritamenta malorum.* Virg. *Formosum pastor Corydon ardebat Alexin, Delicias domini.* Ter. *Ego homuncio hoc non facerem.* Incert. *Nos poma natamus.*

NOT. 2. In hac, ut in aliis convenientiis, duo vel plura singularia habentur pro plurali: ut, Hor. *Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque poeta.* C. Nep. *Cn. Domitio, C. Soffio Consulibus decessit.*

NOT. 3. Substantivis singularibus apponi potest aliud substantivum plurale dignioris generis: ut, Liv. *Ad Ptolemeum Cleopatramque Reges legati missi;* pro, *Regem & Reginam.* Ovid. *Soceri tibi Marjque Venusque Contigerant;* pro, *socer & socrus.*

NOT. 4. Si ex substantivis, diverso numero vel genere appositis, alterum sit nomen animalis, verbum vel adjectivum cum eo conveniet: ut, Cic. *Tulliola, deliciola nostra, tuum munusculum flagitat.* Id. *Cum duo fulmina nostræ imperii subito in Hispania, Cn. & P. Scipiones, extincti occidissent.* * Sin utrumque sit rei inanitz, cum eo quod magis commune est concordabit; ut, Plin. *Tungri civitas Gallie fontem habet insignem.* Liv. *Corioli oppidum captum.* Id. *Ludi Taurilia per biduum facti.*

NOT. 5. Quandoque posterius substantivum in genitivo construitur: ut, Cic. *In oppido Antiochia.* Virg. *Amnis Eridani.*

NOT. 6. Interdum plures voces, vel integra etiam oratio, alterius substantivorum locum supplet: ut, Quintil. *Cogitet Oratorem institui, rem arduam.* Virg. *Egressus silvis vicina cœgi, Ut quamvis avido parerent arva colono, Gratum opus agricolis.*

NOT. 7. Si posterius substantivum sit mobile, cum priore genere & numero convenire debet: ut, *Gladius ultor, Ultrices cura; Usus magister artem, Historia magistra vita.* Sed Epicœnis & neutris jungitur masculinum: ut, *Aquila rex avium; non, regina. Tempus discipulus & magister multorum.*

A P P E N D I X.

¶ Quatuor prædictis Concordantiis vulgò adjiciunt & quintam, *Responsivi* nempe cum *Interrogativo*: de qua hæc regula.

*Da Responsivo casum quem questio præfert;
Ni varium variata petat constructio casum.*

Responsium cum suo Interrogativo convenire debet in casu: ut, Plaut. *Quis herus est tibi?* *Amphitruo*. Id. *Cujus es?* *Amphitruonis*. Catull. *Cui dono lepidum novum libellum?* *Corneli, tibi*. Ter. *Quid meritus?* *crucem*.

Nor. Nulla hic proprie convenientia est. Quod enim responsivum cum interrogativo casu consentiat, ex eo duntaxit oritur, quod pars responsionis animo retineatur, ex interrogatione supplenda, hoc modo: *Quis herus est tibi?* *Amphitruo* [est herus mihi.] *Cujus es?* supple, *servus*. [Sum servus] *Amphitruonis*. Et ita in aliis.

Exc. Cum voces adhibentur variae constructionis, responsivum & interrogativum casu discordant: ut, Virg. *Cujum pecus, an Melibœi?* Non, verum *Ægonis*. Hor. *Quanti emptæ?* *parvo*: *quanti ergo?* *ocussibus*. *Damnatusne est furti?* Imò alio crimine. *Cujus est liber?* *Meus*; non, *mei*. *Cuja interest Deo parere?* *Mea* & *omnium hominum*.

Nor. Causa nimirum hujus diversitatis ex diversa Syntaxeos ratione proficiscitur. Ideoque si interrogetur, v. g. *cuja interest?* plenè respondetur, *Interest regis*; quia *interest* substantivorum genitivos post se postulat: at *Interest mea*, quia pronomina possessiva post id verbum in accusativum pluralem transeunt neut. gen. *mea, tua, sua*, &c. ut. infra docebitur. Idemque de cæteris ejusmodi statuendum est.

C A P. II.

De Regimine.

REGIMEN est triplex;
 1. *Nominum*.
 2. *Verborum*.
 3. *Vocum indeclinabilium*.

Sectio Prima.

De REGIMINE NOMINUM.

REGIMEN Nominum est, vel *Substantivorum*, vel *Adjectivorum*.

§ 1. Regimen nominum SUBSTANTIVORUM.

De Genitivo post nomen substantivum.

10. Si res diversas signent duo fixa, capeisset
 Posterius casum patrium; velut, *Arma gigantum*.

Unum substantivum regit aliud rem diversam significans in genitivo: ut, Cic. *Pietas fundamentum est omnium virtutum*. Senec. *Initium*

tium est salutis notitia peccati. P. Syr. Injuriarum remedium est obli-
vivo.

NOT. 1. Prius substantivum quandoque reticetur: ut, Virg. *He-
ctoris Andromache*; supple, *uxor*. Hor. *Ventum erat ad Vestem*; sciz.
templum, vel *adem*. Cic. *Moris est*; puta, *res*. Liv. *Non opera est
referre*; nempe, *pretium*.

NOT. 2. Interdum posterius substantivum omittitur: ut, Horat.
Centum millia frumenti, sc. *modiâ*. Id. *Millia tum pransi tria
repinus*, subaudi *passuum*.

NOT. 3. Genitivus iste, vel activè accipitur: ut, *Providentia Dei*, *Bonitas
Dei*: vel passivè; ut, *Timor Dei*, *Cultus Dei*: (ibi enim Deus providet,
& benignè agit; hic timetur, & colitur; non tinet, nec colit:) vel utro-
que modo: ut, *Anor Dei*, *Caritas patris*; de amore quem Deus in nos ha-
bet, vel nos in eum; de caritate patris in filios, vel filiorum in patrem.

NOT. 4. Sæpè plures genitivi concurrunt, sed alter ex altero pendentes: ut,
Sall. *Odio potentia nobilitatis*. Liv. *Juvabit me ipsum consuluisse memoria re-
rum gestarum principis terrarum populi*.

NOT. 5. Interdum duo diversi genitivi ab eodem substantivo reguntur: ut,
Cic. *Jamne vides, bellua, qua sit hominum quævela frontis tuæ*. Flor. *Initium
& causa belli, inexplebilis honorum Marii fames*.

NOT. 6. Interdum regens & rectum casus permutant; ut, Apul. *Pudentilla
trecentis millibus dotis fuit contenta*; pro, *dote trecentorum millium nummorum*.
Cæs. *Sex dies ad eam rem conficiendam spatii postulant*; pro, *spatium sex dierum*.

NOT. 7. Genitivus possessionem notans sæpissimè ac eleganter in possessi-
vum convertitur: ut, Cic. *Domus paterna*; pro, *domus patris*. Hor. *Nu-
tus heriles*; pro, *nutus heri*. Virg. *Evandrius ensis*; pro, *ensis Evandri*.

NOT. 8. Nonnunquam genitivus in dativum mutatur: ut, Cic. *Cui spes om-
nis & ratio & cogitatio pendet à Fortuna, huic nihil potest esse certi*; pro, *cujus*.
Sic, Virg. *Per tota novem cui jugera corpus Porrigitur*; pro, *cujus*. Ovid.
Per patris ossa tui, patrui mihi, plurimus oro; pro, *patrui mei*.

NOT. 9. Quædam substantiva cum certis præpositionibus conjunguntur:
ut, *Anicitia, consuetudo, familiaritas cum aliquo*: Et his contraria; *Inimicitia,
certamen, pugna cum aliquo*. Sic, *Amor in aliquem, Pietas adversus Deum, Cu-
ra de salute patriæ*. Item, *Dissensio inter aliquos, Discessus ab urbe, &c.*

NOT. 10. Hæc adjectiva, *primus, medius, ultimus, extremus, infimus, imus,
summus, supremus, reliquus, cætera*, cum substantivis convenientia; pro, *por-
te primâ, mediâ, ultimâ, &c. rei alicujus*, longè frequentissimè poni solent:
ut, Ter. *Prima fabula*. Cæs. *Media nox*. Ter. *Ultima platea*. Suet. *Ima ce-
ra*. Virg. *Summum os*. Hor. *Supremus mons*. Cic. *Reliqua Ægyptus*. Hor.
Cætera turba; pro, *prima pars fabula, media pars noctis, &c.*

APPENDIX I.

De Pronominibus, *mei, tui, sui, nostri, vestri, nostrum, vestrum;
& eorum possessivis, meus, tuus suus, noster, vester.*

CANON I. Substantiva, sensu passivo accepta, genitivos *mei, tui, sui, nostri,
vestri*, postulant. Sic, *Amor mei, est, quo ego amor*; *Desiderium tui, quo tu
desideraris*.

CANON II. Sin vero actionem aut possessionem significant, cum possessivis, *meus, tuus, suus, noster, vester*, genere, numero & casu consentiunt. Sic, *Amor meus, est, quo ego amo; Desiderium tuum, quod tu desideras.*

CANON III. Nomina adjectiva, participialia, & verba, quæ genitivum post se solent accipere, cum primitivis *mei, tui, sui, nostri, vestri*, construuntur: ut, Cæf. *Nihil enim malo, quam & me mei similem esse, & illos sui.* Hor. *Et memor nostri, Galatea, vivas.* Cic. *Quem semper spero tui fore observantem.* Cæf. *Purgandi sui causâ ad eum legatos mittuat.* A. ad Herenn. *Quia vos mei non indigetis.* Ter. *Inopis nunc te miserescat mei.*

CANON IV. Partitiva, numeralia, comparativa & superlativa, genitivos *nostrum, vestrum*, non verò *nostri, vestri*, exigunt: ut, Cic. *Domus utriusque nostrum edificatur strenuè.* Liv. *Imperium summum Romæ habebit, qui vestrum primus, O juvenes, osculum matri tulerit.* Sic. *Major nostrum, Nobilissimus vestrum.*

CANON V. Possessiva *meus, tuus, suus, noster, vester*, genitivos post se admittunt nominum, pronominum & participiorum. Et. I. Nominum (1.) Substantivorum: ut, Cic. *Tuum hominis simplicis peccus vidimus.* Plin. *Post judicium tuum viri crudelitissimi.* (2.) Adjectivorum, qualia sunt numeri cardinales, duorum, trium, &c. ut, Liv. *Noster duorum eventus ostendet, utra gens bello sit melior.* Et hi genitivi, *unius, solius, paucorum*: ut, Cic. *Juravi rempublicam meæ unius operâ esse salvam.* Id. *Solius meum peccatum corrigi non potest.* Id. *Qui vestris paucorum respondeat laudibus.* II. Pronominum, ipsius, ipsorum, ipsarum, cujusque: ut, Cic. *Hujusce rei conjecturam de tuo ipsius studio facillimè ceperis.* Id. *Itaque contentus ero nostrâ ipsorum amicitia.* Id. *Id enim maximè quemque decet, quod est cujusque suum maximè.* III. Participiorum: ut, Hor. *Cum mea nemo scripta legat, vulgo recitare timentis.* Ovid. *Sepè rogabis, Ut mea defunctæ molliter ossa cubent?*

NOT. 1. Nonnunquam in sensu passivo optimi auctores possessivis utuntur: ut, Ter. *Nam neque negligentia tua, neque odio id fecit tuo: ubi negligentia tua, est, quâ tu negligeres; & odium tuum, quo tu odio haberis.* Id. *Ut facile scires desiderio id fieri tuo.* Ovid. *Quis tuus usus erat.*

NOT. 2. Et contrâ, cum actio aut possessio significatur, primitiva, licet rariùs, usurpata reperies: ut, Plaut. *Duorum labori ego hominum parvissem lubens, Mei te rogandi, & tui respondendi mihi.* Cic. *Ex unius tui vitâ pendere omnium.*

APPENDIX II.

De usu Pronominum reciprocorum SUI & SUUS.

Hæc duo Pronomina idèò RECIPROCA dicuntur, quòd rem personamve in se ipsam reflectant.

Ex iis SUI substantivum est, ac primitivum; SUUS adjectivum, & derivativum. Priore utimur, cum actio verbi in præcedens nomen reflectitur: ut, *Alexander miseretur sui, placet sibi, diligit se, loquitur secum.* Posteriore autem, cum fit transitio a possessore ad rem possessam: ut, *Alexander docet filium suum: vel contrâ, à re possessa ad possessorem: ut, Patrem sequitur sua proles.* Hæc adjectivi reciprocatio INVERSA, illa DIRECTA appellari potest.

Reciproca locum habent cum nominibus duntaxat tertiæ personæ, nunquam verò cum nominibus primæ vel secundæ.

Reci-

Reciprocatio autem dupliciter fit; vel 1. In *sententia simplici*; vel 2. In *sententia composita*. *Sententiam* SIMPLICEM hic appellamus, in qua oratio eò unde profecta est proximè atque immediatè revertitur. *Sententiam* verò COMPOSITAM dicimus, in qua oratio, non quidem immediate, sed alio, vel nomine vel pronomine, interveniente, cum eo quod præcessit reciprocatur.

- I. In *sententia simplici* nulla est difficultas: quotiescunque enim nomen tertie personæ proximè atque immediatè in se ipsum agit, reciproco tantum utimur: ut, *Cato se interfecit*; h. e. ipsum Catonem. *Titius locavit aedes suas*; h. e. aedes ipsius Titii.

Aliter, si in rem diversam transitio sit, pronomine relativo, *is, ille, ipse*, tantum utendum est: ut, *Milo eum interfecit*; h. e. Clodium. *Mevius aedes ejus conduxit*; h. e. Titii, qui eas locavit.

- II. In *sententia composita* sequentes hi canones observandi sunt.

CANON 1. Cum reflexio fit ad casum qui verbum præcedit, reciproca adhibenda sunt: ut, Cic. *Homo justus nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet*. Id. *Pythius piscatores ad se convocavit, & ab his petivit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur*. Sic, *Joannes diligit Petrum & fratrem suum; fratrem ipsius Joannis*: At, *Joannes diligit Petrum & fratrem ejus; fratrem terti intellige*.

CANON 2. Potest etiam reciprocum casum sequentem respicere, modò structura ejusmodi sit, ut in priorem converti possit: ut, Virg. *Trahit sua quemque voluptas*. Id enim juxta legem præcedentis canonis tantundem valet ac, *Quisque trahitur à voluptate sua*.

CANON 3. Si nullà oriatur in sententia ambiguitas, potest loco reciproci relativum, vel loco relativi reciprocum poni. Prioris exempla sunt: Cic. *Omnes boni, quantum in ipsis fuit, Casarem occiderunt*. Poterat se dixisse, *Cæs. Persuadent Kauracis, ut unà cum iis proficiscantur*; pro, *unà secum*. Quintil. *Non petit, ut illum miserum putetis, nisi & innocens fuerit*; pro, *se*. Posterioris exempla sunt: Cic. *Gratias mihi agunt, quod se mea sententia Reges appellaverim*; pro, *eos*. Plaut. *Suam rem sibi salvam sistam, si illud advenerit*; pro, *ejus ei sistam*. Ter. *Mater quod suavit sua, adolescens mulier fecit*; pro, *mater ipsius*. Nep. *Itaque decentiorem suam potestatem sua ab illo constitutam sustulerunt*; pro, *ejus potestatem*.

NOT. 1. Si inter duos obliquos intercedat conjunctio copulativa, relativo pronomine potius utendum est: ut, *Supplicium sumpsit de fure, & sociis ejus*. Si præpositio CUM, reciprocum usitatus locum habet: ut, *Sumpsit supplicium de fure cum sociis suis*.

NOT. 2. Si præpositionem INTER antecedit nominativus vel accusativus, reciproco sui tantum utimur: ut, Cic. *Fratres gemini, inter se cum forma, tum moribus similes*. Id. *Feras inter sese partus atque educatio, & natura ipsa conciliat*. * Præcedente autem genitivo, dativo, vel ablativo, INTER ipsos, vel INTER SE dicimus: ut, Cic. *Latissime patet ea ratio, quâ societas hominum inter ipsos continetur*. Id. *Latissime patens hominibus inter ipsos societas hæc est*. Quintil. *In magnis quoque auctoribus incidunt aliqua vitiosa, & à doctis etiam inter ipsos mutuo reprehensa*. Rursum, Ter. *etus verbum est, communia esse amicorum inter se omnia*. Cic. *Multa sunt civibus inter se communia*. Liv. *Quum interclusissent exercitum à mutuo inter se auxilio*.

NOT. 3. Nonnunquam reciprocum in eadem sententia, nunc principale, nunc secundarium orationis suppositum respicit: ut, Gell. *Ad Laidem Demosthenes clanculum ibat, & ut sui sibi copiam faceret, petit: Ubi sibi ad*
De-

Demosthenem, sui ad Laidem refertur, Sic, Cæf. Neminem secum sine sua pernicio contendisse; Ubi SECUM respicit Ariovistum, cujus hæc verba sunt; SUA verò neminem.

NOT. 4. Nonnunquam sui & ipse ad idem suppositum referuntur: ut, Curt. *Abisari Alexander nuntiari iussit, si gravaretur ad se venire, ipsum ad eum esse venturum.* Cæf. *Ei legationi Ariovistus respondit, si quid ipsi à Cesare opus esset, sese ad eum venturum fuisse; si quid ille à se vellet, illum ad se venire oportere.*

NOT. 5. Sui sæpius absolute ponitur, suppresso substantivo: ut, Cic. *Quæsit [Epaminondas] salvusne esset chypeus: cum salvum esse fientes siâ respondissent, rogavit, &c. supple, homines, vel milites.* Plaut. *Ne suum adimerem alteri; h. e. negotium, sive rem suam.*

NOT. 6. Sui quandoque est unicuique proprius: ut, Virg. *Mittunt sua thura Sabæ.* Interdum convenientiam notat: ut, Virg. *Sunt & sua dona parenti: i. e. congruentia.* Liv. *Ne suam occasionem hosti des; i. e. aptam.*

NOT. 7. Quisque eleganter cum reciprocis contrahitur, neque eorum loco relativa admittit: ut, Liv. *Pro se quisque acriter intendat animum.* Cic. *Sua cuiusque animantis natura est.* Id. *Suum cuique pulchrum.* Virg. *Quisque suum patimur Manes.*

De substantivis cum adjectivis laudis vel vituperii.

II. At si posterius fixum sibi mobile, laudem,
Vel vitium, quoddamve notans discrimen, habebit
Appositum, patrio possis ea vel dare sexto.

Si posterius è duobus substantivis adjunctum sibi habeat adjectivum, vel laudem, vel vituperium, vel aliud quodcunque discrimen significans, in genitivo vel ablativo poni potest: ut, Juven. *Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris.* Plin. *Aristoteles vir immensa subtilitatis.* Id. *Flos aurei coloris.* Et, Ter. *Adspicio adolescentulam, cultu adedò modesto, adedò venusto, ut nihil supra.* Suet. *Vir neque satis constans, & ingenio truci.*

NOT. [1.] Oratores ablativo quàm genitivo frequentius utuntur.

NOT. 2. In his tamen & similibus genitivus ferè solus usitatus est. Hor. *Magni formica laboris.* Cic. *Non multi cibi hospitem accipies, sed multi joci.* Plaut. *Homo minimi pretii.* Id. *Imi subsellii vir.* Sic, *Ager trium jugerum, Lapis centum librarum.*

NOT. 3. Hæc atque alia ejusmodi per ablativum tantummodo efferri possunt. Ter. *Bono animo es.* Cic. *Si es animo vacuo.* Id. *Equidem sum magnâ animi perturbatione.* Id. *Mirâ sum alacritate ad litigandum.* Id. *Incredibili sum sollicitudine.* Id. *Qui capite & supercilio semper est rasis.* Liv. *Mulier magnâ natu.*

NOT. 4. Interdum utraque constructio in eadem sententia reperitur: ut, Cic. *Lentulum, eximâ spe, summa virtutis adolescentem, fac erudias.* Colum. *Bos amplissimi corporis, cervice validâ, robustis ac latis costis, cruribus compactis, coloris nigri vel maculosi.*

NOT. 5. Posterius substantivum prioris partem aliquam vel proprietatem signi-

significare oportet: secus enim ad hanc regulam pertinere haud censetur: ut in his, Ter. *Homo perpaucorum hominum.* Virg. *Pulchrâ faciet te prole parentem.* Neque enim homo hominis, aut proles parentis pars vel proprietas est.

APPENDIX.

*Mobile at hoc fixo sociatum sæpè priori
Cernimus, hinc sextum capiens, & carmine quartum;
Quos casus quoque neutra ferunt, passivaque verba.*

- I. Interdum hujusmodi adjectivum cum priore substantivo casu consentit, posteriusque in ablativo, & apud poëtas etiam in accusativo, post se adsciscit: 1. Ablativo: ut, Cic. *Hortensius excellens ingenio, nobilitate, existimatione.* Id. *Vir gravitate & prudentiâ præstans.* Sall. *Antonius pedibus ager.* 2. Accusativo: ut, Virg. *Os humerosque Deo similis.* Hor. *Nec Mauris animum mitior anguib.* Stat. *Cadmeius heros Accurrit vultum dejectus.*

Hanc Figuram vulgò SYNECDOCHEN vocant, in qua proprietas partis toti tribuitur. Est autem Ellipseos genus, in quo subaudienda est præpositio SECUNDUM (Græcis κατὰ) vel QUOD AD: ut, Hor. *Miles fractus membra;* i. e. *fractus secundum* vel *quod ad membra*, seu *habens membra fracta.* Lucan. *In vultus effusa comas Cornelia;* i. e. *effusa quod ad comas*, seu *habens comas effusas.*

- II. Verba neutra & passiva pari modo cum ablativo, & apud Poëtas, cum accusativo, construuntur: ut, Cic. *Ut exalbescam in principiis dicendi, & totâ mente atque omnibus artibus contremiscam.* Liv. *Laço brachio vulneratur.* Hor. *Et corde & genibus tremit.* At cum accusativo, Id. *Tremis ossa pavore.* Silius, *Sæva truncatur membra bipenni.* Virg. *Expleri mentem nequit.*

De adjectivis substantivè positis.

12. Dat patrium, referens naturam mobile fixi
In neutro positum: velut *id, quid, plusque, minusque;*
Queis multum, tantum, minimum, cum talibus, addes.

Adjectiva in neutro genere substantivè posita regunt genitivum: ut, Ter. *Id sibi negoti credidit solum dari.* Hor. *Quid causa est.* Ovid. *Nec tibi plus cordis, sed minus oris inest.* Tac. *Multo jam noctis serum auxilium venit.* Juv. *Quantum quisque suâ nummorum servat in arcâ, Tantum habet & fidei.* Ter. *Tetigine tui quidquam?* Cic. *Res eodem est loci quo reliquisti.*

NOT. 1. Hujusmodi adjectiva sunt, *id, quid, hoc, aliquid, quidquam*: item, *multum, plus, plurimum, tantum, quantum, minus, minimum*, & similia, generalem aliquam rei quantitatem, seu descriptionem significantia.

NOT. 2. Elegantiùs, & majore cum vehementiâ, in his transitivâ, quàm intransitivâ constructione utimur: ut, *Multum eruditionis,*

paululum opera, plus eloquentia, minus sapientia, quid animi, &c. potius quàm, Multa eruditio, paulula opera, major eloquentia, minor sapientia, quis animus.

NOT. 3. QUID & PLUS non aliter jam quàm cum genitivo construuntur, ideoque vera substantiva à multis habentur.

NOT. 4. Inveniuntur & adjectiva pluralia neutri generis, genitivum, sæpiùs quidem pluralem, interdum & singularem, regentia: qualia sunt, *Angustia viarum, opaca locorum, telluris aperta*, apud Virgilium; *Amara curarum, cuncta terrarum, acuta belli*, ap. Hor. *Incerta fortuna, antiqua fœderum, extrema periculorum*, ap. Liv. *Osculta saltuum, inania fama, amœna Asia*, ap. Tacit. *Profunda camporum, prœrupta collium, ardua montium*, ap. Justin. & innumera ejusmodi alia apud Poëtas & Historicos.

OPUS & USUS.

13. **U S U S** **O P U S** que regunt sextum; quandoque secundum:

Sæpèque cum fixis **O P U S** instar mobilis hæret.

I **Opus** & **Usus** (pro *neceſſe* sive *utilitate*) cum dativo personæ ablativum rei acquirendæ postulant: ut, Cic. *Auctoritate tuâ nobis opus est, & consilio, & etiam gratiâ.* Plaut. *Viginti jam usus est filio argenti minis.* Virg. *Nunc animis opus, Ænea, nunc pectore firmo;* supple, *tibi est.* Id. *Nunc viribus usus, Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistrâ;* supple, *est vobis.*

II. Interdum pro ablativo genitivum recipiunt: ut, Quintil. *Sed etiam si nosse, quid quisque senserit, volet, lectionis opus est.* Liv. *Alii offerunt se, si quod usus opera sit.*

III. **Opus** sæpè cum substantivis adjectivorum more construitur: ut, Cic. *Dux nobis & auctor opus est.* Id. *Is omnia pollicitus est, quæ tibi essent opus.* Id. *Dices nummos mihi opus esse ad apparatus triumphi.*

NOT. [1.] **Opus** eleganter post se accipit ablativos participiorum; idque vel absolute: ut, Liv. *Maturato opus est.* Sall. *Prius quàm incipias, consulto;* & ubi consulueris, *maturè factò opus est:* Vel substantivo adjuncto: ut, Cic. *Opus fuit Hirtio convento.* Plaut. *Celeriter mihi hoc homine convento est opus.*

NOT. 2. Interdum cum infinitivo, vel (sequente *ut*) cum subjunctivo conjungitur: ut, Cic. *Si quid fortè sit, quod opus sit sciri.* Plaut. *Nunc tibi opus est, agram ut te adsimules.*

NOT. 3. Sæpè absolute ponitur: ut, Cic. *Si opus sit, accurras.* Ovid. *Sic opus est, aperite domos.*

§ 2. Regimen nominum ADJECTIVORUM.

1. Adjectiva GENITIVUM regentia.

14. Adjectiva dabunt patrium verbalia, vel quæ Affectus animi varios habitusque notârunt.

Adjectiva verbalia, vel affectionem animi significantia, genitivum postulant.

Ad hanc regulam spectant;

I. Verbalia in *ax*: ut, Ovid. *Tempus edax rerum*. Juv. *Sanctus haberi, Justitiaque tenax, factis dictisque mereris*.

II. Participialia quædam præsentis & præteriti temporis: ut, Sall. *Corpus patiens inedia, vigilia, aloris, supra quam cuiquam credibile est*. Id. *Alieni appetens, sui profusus*. Cic. *Sulpicius non magis juris consultus quam justitia fuit*. Hor. *Indotusque pila, discive, trochive, quiescit*.

III. Adjectiva deliderii & fastidii: ut, Sall. *Laudis avidi, pecunia liberales erant*. Cic. *Memmius fastidiosus erat literarum Latinarum*.

IV. Notitiæ, ignorantie, & dubitationis: ut, Ovid. *Conscia mens recti fama mendacia ridet*. Hor. *Pravi docilis Romana juventus*. Virg. *de apibus. Venturaque hiemis memores æstate laborem Experiantur*. Id. *Nescia mens hominum fati sortisque futura*. Ter. *Imprudens harum rerum ignarusque omnium*. Liv. *Tubero incertus veri est*. Senec. *Me tempestas occupavit portus ac presidii dubium*.

V. Curæ & diligentie: item incuriæ & negligentie: ut, Sen. *Calamitosus est animus futuri anxius, & ante miseras miser*. Cic. *Si qui venandi aut pile studiosi fuerint*. Senec. *Sapiens vivit presentibus latus, futuri securus*. Liv. *Improvidus futuri certaminis Romanus veniebat*. Tac. *Summi discriminis incuriosus*.

VI. Metus & confidentie: ut, Liv. *Messenii trepidi rerum suarum*. Hor. *Serpi humi tutus nimium, timidusque procella*. Ovid. *Inest virtus, & mens interrita leti*.

VII. Criminis & innocentie: ut, Cic. *Is est reus avaritia*. Tac. *Nullius flagitii compertus*. Ovid. *Fraterni sanguinis insons*. Curt. *Initi consilii in caput regis innoxius*.

VIII. Ingens denique adjectivorum turba, quæ ad superiora capita vix possunt reduci, apud Poëtas & Historicos, cum genitivo constructa inveniuntur: ut, Virg. *Præstans animi*. Tac. *Ferox scelerum*. Stat. *Felix curarum*. Sil. *Degener virtutis patrum*. Pers. *Modicus voti*. Hor. *Seri studiorum*. Claudian. *Facilis frugum*.

NOT. 1. Multa ex illis, prioribus locis memoratis, constructio-

nem variant: ut, Cic. *Avidus in pecuniis locupletium*; pro, *pecuniarum*. Id. *Cercior factus de re aliquâ*, potius quàm, *rei alicujus*. Liv. *Securus de bello Romano*: pro, *belli Romani*. Cic. *Nullâ in re rudis*; pro, *nullius rei*. Sic, *Doctus Latinis literis*, Id. *Cicero*; *Doctus Latinè*, Suetonius, *dixerunt*; pro, *doctus literarum Latinarum*. At, *doctus Latinas literas*, alio sensu dicitur.

NOT. 2. Ex iis postremo loco recensitis, pleraque, apud Oratores præsertim, cum ablativo, vel aliter, construuntur: ut, Cic. *Præstans ingenio & doctrinâ*. Id. *Ferox naturâ*. Ovid. *Felix morte suâ*. Cic. *Ad casum fortunamque felix*. Tac. *Cultu modicus, sermone facilis*.

15. Partitiva volunt, quæque horum castra sequuntur,
Ut medius summusque gradus, numerale, roganisque,
Pluralis patrium; quem DE, vel IN, exve resolvit.

Adjectiva partitionem significantia, & eorum cognata, regunt genitivum pluralem, qui in ablativum cum DE, E, EX, vel IN, vel accusativum cum INTER, resolvi potest.

Sub hac regula comprehenduntur;

I. Partitiva omnia, seu nomina sint, seu pronomina: ut, Cic. *Elephanto belluarum nulla prudentior*. Ovid. *Quisquis fuit ille Deorum*. Cic. *Minus habeo virium, quàm vestrum utervis*.

II. Nomina adjectiva partitivè posita: ut, Plin. *Lanarum nigra nullum colorem bibunt*. Id. *Canum degeneres caudam sub alvum reflectunt*. Sic, Tac. *Præcipui amicorum*. Liv. *Expediti militum*. Stat. *Leſti juvenum*. Virg. *Sequimur te, sancte Deorum*.

III. Numeri, tam cardinales, quàm ordinales: ut, Curt. *Equitum centum quinquaginta interfecti*. Hor. *Stertinius sapientum octavus*. Quibus addi possunt, *Multri, pauci, plerique, medius*: ut, Cic. *Multa istarum arborum meâ manu sunt sata*. Curt. *Cum paucis amicorum ad Leonnatum pervenit*. Cic. *Plerique eorum quibuscum vivo necessarid*. Ovid. *Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu*.

IV. Comparativa & superlativa: ut, Hor. *Major Neronum*. Cic. *Theophrastus elegantissimus omnium Philosophorum & eruditissimus*.

V. Interrogativa: ut, Sall. *Quis mortalium tolerare potest?* Cic. *Quotusquisque Philosophorum invenitur, qui sit ita moratus ut ratio postular*.

NOT. 1. Si vox sit collectiva, i. e. in singulari multa significans, ut, *populus, gens, civitas*, &c. genitivus singularis adhibetur: ut, Virg. *O Danaum fortissime gentis Tydide*. Cic. *Quem unum nostra civitatis præstantissimum audeo dicere*.

NOT. 2. In his omnibus subaudiendum DE, E, vel EX NUMERO; quod etiam frequenter ab auctoribus expressum invenimus: ut, Juv. *Quadam de numero Lamiarum. V. Max. Unus è numero Persarum. Cæf. Ex numero adversariorum circiter sexcentis interfectis.*

NOT. 3. Sæpè etiam, pro genitivo partitionis, ablativus cum præpositionibus DE, E, EX, vel IN; vel accusativus cum INTER, vel ANTE, adhibetur: ut, Ovid. *Surge, age, Belide, de tot modò fratribus unus.* Cic. *Qui unus è Stoicis, Astrologorum prædicta rejecit.* Id. *Acerrimus ex omnibus nostris sensibus est sensus videndi.* Ovid. *In his quadam modò cæpta; nempe, animalia.* Senec. *Cræsus inter Reges opulentissimus.* Mela. *Borysthenes inter Scythia amnes amœnissimus.* Liv. *Longè ante alios acceptissimus militum animis.* Virg. *Petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus, avis atavisque potens.*

NOT. 4. Si nullum aliud addit substantivum, partitiva, &c. cum genitivo plurali genere consentiunt: ut, Ovid. *Pulcherrimus juvenum.* Virg. *Nulla sororum.* In his enim idem substantivum numeri singularis intelligitur, hoc modo: *Pulcherrimus [juvenis è numero] juvenum: Nulla [soror è numero] sororum.*

NOT. 5. At si aliud substantivum accedat; partitiva cum eo genere conveniunt: ut, Cic. *Indus qui est omnium fluminum maximus.* Plin. *Solus animalium chameleon nec cibo nec potu alitur.* Id. *Hordeum omnium frugum molissimum est.* * Interdum tamen genitivi sui genus sortiuntur: ut, Plin. *Velocissimum omnium animalium est delphinus.* Id. *Cervis quoque est sua malignitas, quanquam placidissimo animalium.* Id. *Laudatissima herbarum est moly.*

NOT. 6. Interdum nomen partiendum ac partitivum casu conveniunt: ut, Liv. *Galli Rustinonem aliquot populi conveniunt: pro, aliquot populi Gallorum.* Id. *Quando duo ordinarii Consules ejus anni, alter ferro, alter morbo periisset.* Plaut. *Maxima pars morcm hunc homines habent.* Virg. *Tot millia gentes Arma ferunt Itale.*

NOT. 7. Comparativus & superlativus usitatè locum habent cum genitivo partitionis, cùm res comparantur ejusdem generis & naturæ: ut, *Dextera est fortior manuum. Pollex est fortissimus digitorum.* Malè autem dicitur de sene & juvene, *Sapientior juvenum;* aut de Hectore, *Fortissimus Græcorum;* cùm Hæctor non Græcus, sed Trojanus fuerit.

NOT. 8. Comparativus cum genitivo partitionis adhibetur, cùm duæ tantùm res inter se comparari significantur; superlativus verò cum plures: ita ut, *Major fratrum,* de duobus fratribus; *Maximus fratrum,* de tribus aut pluribus, dicatur.

NOT. 9. *Uter, alter, neuter,* itidem de duobus; *quis, alius, nullus,* de pluribus, dicuntur.

2. Adjectiva DATIVUM regentia.

16. Mobilibus damnum queis commodatave, voluptas, Aut dolor, aut simile, signabitur, adde dativum.

Adjectiva significantia commodum vel incommodum, voluptatem aut dolorem, & similia, dativum postulant personæ vel rei cui aliquid fit vel acquiritur: ut, Virg. *Nec pecori opportuna seges, nec comoda Baccho.* Ovid. *Conveniens homini est hominem servare voluptas.* Senec. *Cunctis esto benignus, nulli blandus, paucis familiaris, omnibus æquus.* Mart. *Turba gravis paci, placidaque inimica quieti.* Cic. *Consilia reipublica pernicioſa.* Virg. *Sis bonus ô felixque tuis.* Sall. *Paucis carior fides quàm pecunia fuit.* Plin. *Fidelissimi ante omnia homini canis atque equus.* Ovid. *Invia virtuti nulla est via.* Id. *Qui color albus erat, nunc est contrarius albo.*

Nor. Etiam substantiva quædam, præsertim affectionis, commodi aut incommodi, dativum interdum adſciſcunt: ut, Virg. *Namque erit ille mihi semper Deus.* Ter. *Naturâ tu illi pater es, consiliis ego.* Hor. *Insigne maſtis præſidium reis.* Virg. *Tu decus omne tuis.* Ter. *Matres omnes filiis in peccato adjunctrices.* Id. *Auctor his rebus quis est?* Cic. *Non hominibus, sed virtutibus hoſtis.* Plaut. *Lupus est homo homini.*

Ad regulam prædictam Observationes.

OBSERVATIO I.

Ex adjectivis hiſce, quæ amicitiam vel odium, aut aliam animi affectionem in aliquem notant, I. Quædam cum ſolo ſerè dativo conſtruuntur: ut, *Affabilis, arrogans, asper, carus, diſciliſ, fidelis, inviſus, iratus, offenſus, ſuſpectus, alicui.* II. Quædam ſerè cum in & accusativo: ut, *Acendus, animatus, beneficus, gratioſus, injurioſus, liberalis, mendax, miſericors, officioſus, pius, impius, prolixus, ſeverus, ſordidus, torvus, vehemens, in aliquem.* III. Quædam, vel cum dativo, vel cum accusativo, præeunte in, erga vel adverſus: ut, *Contumax, criminoſus, durus, exitiabilis, gravis, hoſpitalis, implacabilis* (& ita fortè *inexorabilis, & intolerabilis*) *iniquus, ſavus, alicui, vel in aliquem. Benevolus, benignus, moleſtus, alicui, vel erga aliquem. Miſis, comis, in vel erga aliquem, & alicui. Pervicax adverſus aliquem. Crudelis in aliquem, raro alicui. Amicus, amulus, inſenſus, inſenſus alicui, raro in aliquem. Gratus alicui, vel in, erga, adverſus aliquem.*

OBSERVATIO II.

Affinis, ſimilis, communis, par, propriuſque, Finitimus, fidus, conterminus, atque ſuperſtes, Conſcius, æqualis, contrarius, adverſuſque, Cum terno modò juncta leges, modò cum genitivo: Quos alienus item dat, & a præeunte Latinum.

I. Hæc adjectiva in textu memorata, interdum cum dativo, interdum cum genitivo: cum dativo quidem longè frequentius, *par, fidus, adverſus,* con-

conterminus, superstes, contrarius; cum genitivo sæpius conscius, cætera verò cum utrolibet sere promiscue, construuntur: ut, Cic. Huic facinori si paucos putatis affines esse, vehementer erratis. Ter. Neque illarum affines esse rerum quas fert adolescentia. Curt. Somnio similis res videbatur. Plaut. Deos esse similes tui putas. Cic. Omni ætati mors est communis. Id. Hac iustitia ita propria sunt, ut sint reliquarum virtutum communia. Ovid. Ut par delicto sit mea pena suo. Lucan. Quem metuis, par huius erat. Quintil. Propria est nobis mentis agitata atque solertia. Cic. Proprium est oratoris ornate dicere. Id. Falsa veris finitima sunt. Justin. Chalybes fluvii huius finitimi appellati. Ovid. Tu tantum fida sorori esse velis. Virg. Regina, tui fidissima, dextra Occidit ipsa sua. Ovid. Ardua morus erat, gelido contermina fonti. Apul. Cum primum iugi conterminos locos appulit. Ter. Ita mihi atque huic sis superstes. Cic. Utinam te non solum vite, sed etiam dignitatis mea superstitem reliquisssem. Id. Itaque C. Fabricium conscipi illi facinori fuisse arbitrantur. Ovid. Atque ego peccati vellem mihi conscius essem. Plin. Euphranor in quocunque genere excellens ac sibi equalis. Cic. Doctus homo & diligens, & equalis temporum illorum. Id. Omnem voluptatem dicimus honestati esse contrariam. Id. Vitia sunt virtutum contraria. Ter. Adversus nemini, nunquam præponens se illis. Tac. Lepida illustrium domum adversa.

II. Alienus cum genitivo etiam, vel dativo, sed frequentius eum ablativo, præeunte præpositione a vel ab, construitur: ut, Cic. Quis alienum putet ejus esse dignitatis? Id. Hoc illi cause maximè alienum est. Id. Homo alienus a literis. Ter. Homo sum: humani nihil à me alienum puto. * Nonnunquam & præpositio intelligitur: ut, Cic. Sum admiratus te quidquam à me commissam, quod esset alienum nostræ amicitia, credidisse.

NOT. 1. His adiciunt Despauterius & alii, Amicus, familiaris, cognatus, propinquus, vicinus, socius. At hæc & alia ejusmodi, non nisi absolute ac pro substantivis posita, cum genitivo constructa inveniuntur.

NOT. 2. Ex supra recensitis quædam etiam Syntaxin variant. Legimus enim, Similes, dissimiles, pares, dispares, æquales, communes, INTER SE. Et ap. Tac. Ætate & formâ haud dissimili in dominum erat. ap. Flor. Alpina corpora habent quiddam simile cum nivibus suis. Sic. Fidas in Agrippinam, ap. cund. Tac.

NOT. 3. Par & communis, vel presente vel absente dativo; consentaneus, discors, absente tantum dativo, ablativum accipiunt cum præpositione cum: ut, Cic. Erant ei quædam ex his paria cum Crasso, quædam etiam superiora. Id. Illa erat vita, libertate esse parem cum cæteris, principem dignitate. Id. Hac laudabilia, & locupletibus sere cum plebe communia. Id. Quod illud est crimen senectutis, cum illud videatis cum adolescentia esse commune? Id. Quod erat consentaneum cum iis literis, quas ego Romæ acceperam. Liv. Civitas secum ipsa discors.

NOT. 4. IDEM apud Poëtas dativum interdum recipit: ut, Hor. Invitum qui servat, idem facit occidenti. * Oratoribus verò, & aliis, cura qui, vel et, ac, atque, construitur: ut, Cic. Peripatetici quædam iidem erant qui Academici. Id. Dianam & Lyncam eandem esse putant. Ter. Est animus erga te idem ac fuit. Cato, Pomarium seminarium ad eundem modum atque oleagineum facito. ¶ Interdum etiam cum præpositione cum: ut, Curt. Nabarzanes in eodem consilio erat cum Besso. V. Max. Clarâ voce juravit, se eandem cum illo penam exilii subiturum. * Malè autem de eadem re, sub diversis nominibus, dicitur, Vates Andinus est idem cum Virgilio; Paulus est idem cum Saulo.

OBSERVATIO III.

*Utilis ac aptus, simul his contraria, terno,
Aut aliter quarto, voce AD comitante, dabuntur.*

Adjectivis nonnullis utilitatem vel aptitudinem, & his contraria, significantibus, vel dativus, vel accusativus cum præpositione AD, subjicitur: ut, Ovid. *Puer impubes, & adhuc non utilis armis.* Cic. *Homo ad nullam rem utilis.* Hor. *Non est aptus equis Ithaca locus.* Cic. *Calcei bobiles & apti ad pedem.* Id. *Is inutilis sibi, perniciosus patriæ civis alitur.* Id. *Quod ad civium usus non inutile est.* Hor. *Idoneus arti cuilibet.* Plant. *Non potuisti adducere homines magis ad banc rem idoneos.*

OBSERVATIO IV.

*At celer & tardus, similemque notantia motum,
Ad sibi cum quarto propè solum jungere gaudent.
Castra sed, aut castris, proprior, vel proximus, effert.*

- I. Adjectiva motum vel propensionem ad rem aliquam significantia accusativum potius cum AD, quam dativum, postulant: ut, Ovid. *Sed piger ad pœnam Princeps, ad præmia velox.* Cic. *Ut quisque naturâ ad aliquem morbum proclivior; sic animus alius ad alia vitia propensior.*
- II. Propior & proximus, vel dativum petunt, vel accusativum omisâ præpositione: ut, Liv. *Quod propius vero est.* Virg. *Proximus huic, magno sed proximus intervallo.* Sall. *Quod tamen vitium propius virtutem erat.* Cic. *Ireximus Pompeium sedebam.*

OBSERVATIO V.

*Junge BILIS terno, passivaque participantium;
Qui secus in sextum solet, A præcunte, resolvit.*

Verbalia in BILIS, & Participia passiva futuri [nonnunquam & præteriti] temporis, dativo gaudent, qui resolvi potest in ablativum cum præpositione A vel AB: ut, Cic. *Pax bonis omnibus optabilis.* Hor. *Hic tibi sit potius quam tu mirabilis illi.* Ter. *Restat Chremes, qui mihi exorandus est.* Ovid. *Pauper amet cautè, timeat maledicere pauper; Multoque divitibus non patienda ferat.* [Cic. *Sperare video Scipionis & Lælii amicitiam notam posteritati fore.* Ovid. *Non mihi, quam fratri frater, amare minùs.* Id. *Penè mihi puero cognite penè puer.*]

NOT. 1. Verbalia in BILIS, vix aliter quam cum dativo construuntur: ut, Ovid. *Pectus inexpugnabile amori; vix, ad amore.*

NOT. 2. At participia in DUS, quamvis frequentius quidem dativum, haud raro tamen ablativum cum A vel AB, habent: ut, Cic. *Admonendum potius te à me quam rogandum puto.* Id. *Non eos in Decorum immortalium numero venerandos à nobis & colendos putatis.*

NOT. 3. Participiis verò præteriti temporis longè usitatiùs (apud Oratores præsertim) ablativus cum præpositione, quam dativus, subjicitur: ut, Cic. *Mors Crassi est à multis despecta, potius quam, est multis despecta.* * In his autem innumerisque ejusmodi, Cic. *Cæsar à Crasso in me est inensus.* Id. *Hæc à te invitatus breviter exposui.* Ovid. *Proditus à socio est; dativo vix utendum,*

3. *Adjectiva ACCUSATIVUM regentia.*

17. *Adjectiva quibus dimensio significatur, Mensuræ adsciscunt quartum; quandoque Latinum, Aut patrium. Solo excessum sed pone Latino.*

I. *Adjectiva dimensionem significantia regunt nomen mensuræ, frequentius quidem in accusativo; interdum etiam in ablativo, vel genitivo. 1. Accus. ut, Liv. Gladios habentes tenues longos quaterna cubita. Plin. Babylon sexaginta millia passuum complexa, muris ducenos pedes altis, quinquagenos latis. 2. Ablat. ut, Liv. Fossum sex cubitis altam, duodecim latam, quum duxisset. Plin. Longum sesquipede, latum pede. 3. Genit. ut, Colum. Areas latas pedum denum, longas pedum quinquagenum facito. Plin. Singula latera pedum lata tricenum, alta quinquagenum.*

II. *Excessus mensuræ in solo ablativo ponitur: ut, Curt. Turres denis pedibus quam murus altiores sunt. Plaut. Sesquipede est quam tu longior.*

4. *Adjectiva ABLATIVUM regentia.*

18. *Da medio sextum gradui, per QUAM referandum.*

Comparativus gradus regit ablativum, qui exponitur per QUAM: ut, Hor. Vilius est argentum auro, virtutibus aurum. Virg. Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hybla, Candidior cyncis, hederâ formosior albâ, i. e. quam aurum, quam virtutes, quam thymus, &c.

NOT. 1. *Positivus cum adverbio MAGIS potest itidem ablativum regere: ut, Virg. O luce magis dilecta sorori. Ovid. Purâque magis pellucida gemmâ, sc. cornua.*

NOT. 2. *Cum ablativus comparisonis exponitur per QUAM, in casum transit verbo congruentem: ut, Liv. Melior tutiorque est certa pax quam sperata victoria. Ter. Ego hominem callidiorem vidi neminem quam Phormionem.*

NOT. 3. *QUAM eleganter duobus comparativis interponitur: ut, Liv. Triumphus clarior quam gratior. Cic. Alius acutiorem se quam ornatiorem esse vult.*

NOT. 4. *Pro, nemo, nullus, Auctores nihil cum comparativo neutri generis eleganter utuntur: ut, Cic. Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius. Claudian. Asperius nihil est humili cum surgit in altum. Juv. Intolerabilius nihil est quam femina dives.*

NOT. 5. Cum comparativis junguntur ablativi, opinione, spe, aequo, justo solito, dicto: ut, Cic. Opinione omnium majorem animo cepi dolorem. Juven. Flagrantior aequo Non debet dolor esse viri, nec vulnere major. Virg. Sic ait, & dicto citius tumida aquora placat.

NOT. 6. Comparativis etiam addi solent hæc intendendi particulae, tanto quanto, aliquanto, quo, eo, hoc, multo, longè, paulo, nimis: ut, Cic. Quante superiores sumus, tanto nos geramus submissius. Id. Sed quo erant suaviore, e majorem dolorem ille casus offerebat. Id. Quo difficilius, hoc præclarius. Item hæc nomina adverbialiter sumpta: ut, V. MAX. Quantum domo inferior tantum gloriâ superior evasit. Ter. Ejus frater aliquantum ad rem est avidior.

NOT. 7. Interdum pro ablativo comparisonis dativus ponitur: ut, Plin. Padas nulli annuum claritate inferior. Sall. Vir gravis & nulla arte crâquam inferior.

NOT. 8. Interdum MAGIS & PLUS comparativo per Pleonasmum adjunguntur: ut, Plaut. Nihil invenies magis, hoc certo certius. Virg. Quo magis optato queat esse beator avo. Senec. Mitior est plus quam debet.

NOT. 9. Post comparativa, plus, amplius, minus, eleganter intelligitur QUAM: ut, Liv. Capta plus quinque millia hominum. Virg. Noctem non amplius mune Polle-dolo. Ovid. Aut minus, aut certe medium non amplius aequor Puppe fovebatur.

NOT. 10. Eleganter nonnunquam post comparativum additur præpositio PRO: ut, Liv. Prælium atrocius quam pro numero pugnantium editur. Curt. Majorem quam pro statu solum reddebant, sc. silva.

19. Præditus, & fretus, captus, cum proleque dignus, Contentus, carus, vilis, venalis, adoptant
 Conjungi sextis: Genitus, satus, editus adde,
 Et similes voces signant quæ sanguinis ortum.
 Rite sed hæc possunt admittere præposituram.

I. Hæc adjectiva, Dignus, indignus, contentus, præditus, captus & fretus; item, carus, vilis & venalis, ablativum postulant: ut, Hor. Dignum laude virum Musa vetat mori. Ter. Hæcine flagitia facere te, hac te admittere, indigna genere nostro, [supple decet, vel æquum est?] Hor. Contentus parvo, metuensque futuri. Cic. Vir singulari bonitate & modestiâ præditus. Id. Oculis & auribus captus. Curt. Conscientiâ fretus in regiam venerat. Senec. Quod non opus est, asse carum est. Plaut. Vile est viginti minis. Propert. Aureo venalia jura.

II. Hæc participia generis originem indicantia, Genitus, natus, satus, ortus, editus, & similia ablativum petunt, præpositionibus, &, ex, vel DE, intellectis: haud rarò etiam expressis: ut, Virg. Dis genite & geniture Deos. Cic. Filii justâ uxore nati. Virg. Sate sanguine Divum, Tros Anchisiade. Hor. Divis orte bonis, optime Romula Custq; gentis. Id. Mæcenas atavis edite Regibus. Item, Mart. Ex Iberis & Celtis

Celtis genitus. Cic. *Circe è Perseide Oceani filiâ nata.* Ovid. *Iliâ cum Lauso de Numitore sati.* Sall. *Quod ortus ex concubina erat.* Ovid. *Cum te contenta marito, Edita de magno flumine Nympha sui.*

NOT. Dignus, indignus, & contentus, cum genitivo interdum construuntur : ut, Balb. ad Cic. *Suscipe curam & cogitationem dignissimam tue virtutis.* Virg. *Magnorum haud unquam indignus avorum.* V. Patere. *ixit angusti clavi contentus.*

Adjectiva GENITIVUM vel ABLATIVUM regentia.

20. *Copia quo rerum, vel significatur egestas, Mobile, nunc patrium gaudet, nunc sumere sextum.*

Adjectivum copiae vel inopiae regit genitivum vel ablativum.

I. *Copiae* : ut, Ovid. *Res est solliciti plena timoris amor.* Juven. *Maxima quaque domus servis est plena superbis.* Virg. *Dives equum, dives pictae vestis & auri.* Hor. *Dives agris, dives positus in faenore nummis.* Lucan. *Fœcunda virorum Paupertas fugitur.* Plaut. *Amor & melle & felle est fœcundissimus.*

II. *Inopiae* : ut, Tac. *Inops consilii.* Cic. *Lentulus non tardus sententiis, non verbis inops.* Ovid. *Sanguinis atque animi pectus inane fuit.* Cic. *Nulla abs te per hos dies epistola inanis aliquâ re utili & suavi venerat.* Ovid. *Vacuas cadis habere manus.* Cic. *Nihil tutum, nihil insidiis vacuum.*

III. Huc etiam referri possunt adjectiva participationem & privationem, item potentiam & impotentiam significantia, & alia his affinia : ut, Curt. *Omnium consiliorum ejus particeps.* Cic. *Si homo est, animal est mortale, ratione particeps.* V. Patere. *Juvenis immunis dilectorum paternorum.* Id. *Omnibus humanis vitiis immunis.* Stat. *Illum, oro, extorrem regni, belloque fugatum, Redde mihi.* Virg. *Finibus extorris, complexu avulsus Iuli.* Liv. *Dum liber, dum mei potens sum.* Virg. *Terra antiqua, potens armis, atque ubere gleba.* Senec. *Spei metusque liber.* Cic. *Liber terrore animus.*

NOT. I. In his tamen plerisque variat constructio. Quædam enim leguntur,

1. Cum genitivo solo, quantum constat; *Benignus, exfors, impos, impotens, irritus, liberalis, munificus, prælargus.*

2. Cum ablativo solo; *Beatus, disertus, frugifer, mutilus, tentus, dissentus, tumidus, turgidus.*

3. Cum genitivo frequentius; *Compos, consors, egenus, exheres, expers, fertilis, indignus, parcus, pauper, prodigus, sterilis.*

4. Cum ablativo frequentius; *Abundans, cassus, extorris, factus, frequens, gravis, gravidus, jejunis, liber, locuples, nudus, oneratus, onustus, orbis, pollens, solutus, truncus, viduus.* Quibus addi potest *captus*, de quo reg. præced.

5. Cum utroque promiscuè, aut levi discrimine; *Copiosus, dives, fœcundus, ferax, immunis, inanis, inops, largus, mactus,* [plurimum vocativo ma-

He,] modicus, immodicus, nimius, opulentus, plenus, potens, refertus, satur, vacuus, uber.

6. Cum præpositione addita: ut, *Copiosus, firmus, paratus, imparatus, inops, instructus, à re aliqua; pro, quod ad rem aliquam attinet. Extorris ab solo patrio. Liv. Orba ab optimatibus concio. Cic. Pauper, tenuis, fecundus, modicus, parvus in re aliqua. Immunis, inanis, liber, nudus, solutus, vacuus (& hoc sæpiùs) à re aliqua. Potens ad rem, & in re.*

NOT. 2. Distinguendæ in his Scriptorum auctoritates. Quædam enim. (1.) Poëtarum sunt propriæ: ut, *Hor. Liber laborum. Id. Vini somnique benignus. Virg. Abundans lactis. Sil. Tenuis opum.* (2.) Quædam paulò insolentiores, nec ad usum communem traducendæ: ut, *Captus animi, ap. Tac. Neque animo aut linguâ satis competes, ap. Sall. Famâ atque fortunâ expertes, ap. cund.*

Seçtio Secunda.

DE REGIMINE VERBORUM.

REGIMEN VERBORUM in tres classes distribui potest: quarum scilicet prima Verborum Personalium, secunda Verborum Impersonalium, tertia denique Infinitivi, Participiorum, Gerundiorum & Supinorum Regimen complectatur.

§ 1. Regimen VERBORUM PERSONALIUM.

1. Verba personalia GENITIVUM regentia.

21. Officium quoties, possessio, proprietatve Innuitur, casum sibi SUM servire secundum Postulat. In recto, vice sed Pronomina patrum, Possessiva volunt tantummodo neutraque poni.

I. SUM, quoties possessionem, proprietatem aut officium significat, regit genitivum: ut, *Cic. Jam me Pompeii totum esse scis. Id. Cujusvis hominis est errare; nullius, nisi insipientis, in errore perseverare. Id. Hoc sentire prudentia est; facere, fortitudinis: sentire verò & facere, perfecta cumulatæque virtutis. Id. Adolescentis est majores natu revereri.*

II. At pro Pronominibus primitivis, *mei, tui, sui, nostri, vestri, eorum* possessivis, *meum, tuum, suum, nostrum, vestrum*, in nominativo & neutro genere tantum utimur; ut, *Ter. Non est mentiri meum. Id. Tuum est, si quid præter spem evenit, mihi ignoscere. Ovid. Vestrum dare, vincere nostrum est.*

NOT. [1.]

NOT. [1.] In his intelligendum est, *officium, munus, negotium, res, proprium* [opus nempe, vel *negorium*:] quæ quandoque exprimentur: ut, Ter. Neutiquam *officium* liberi esse hominis puto. Cic. *Principum munus est resistere levitati multitudinis.* Cæf. Docent sui iudicii rem non esse. Cic. *Sapientis est proprium, nihil quod pœnitere possit, facere.* Id. *Tuum est hoc munus, tua partes.* * Aliter præcedens substantivum repeti potest: ut, *Hic liber est [liber] fratris. Hoc pecus est [pecus] Melibæi.*

NOT. 2. SUM, cùm animi vel corporis affectio significatur, nunc genitivo, nunc ablativo jungi potest: ut, Plin. *Erat puer acris ingenii.* Cic. *Tu fac animo furti magnoque sis.* Colum. *Sit amplissimi corporis, cervice validâ.* Sed de hac constructione dictum supra, reg. 12.

22. Vult satago patrium, miseresco cum misereri, Affectusque animi tales signantia quædam.

I. *Misereor, miseresco & satago* regunt genitivum: ut, Virg. *Miserere laborum Tantorum; miserere animi non digna ferentis.* Id. *Arcadii, queso, miserejcite Regis.* Ter. *Is quoque suarum rerum satagit.*

II. Alia quædam verba animi affectionem significantia cum genitivo nonnunquam construuntur: ut, *Pendeo animi, Discrucior animi, Fastidis mei, &c.* At de his paulò accuratiùs sequente Appendice dicetur.

APPENDIX.

De aliis verbis cum genitivo constructis.

I. Nonnulla alia verba sunt, affectionem animi significantia, quæ, quamvis Latinorum more cum ablativo, vel accusativo, vel aliter construuntur, interdum tamen, ad Græcorum imitationem, cum genitivo iuncta inveniuntur: qualia sunt, *Ango, decipior, desipio, discrucior, excrucio, fallo, & fallor, fastidio, invideo, lator, miror, pendeo, studeo, vereor*: ut, Plaut. *Abjurâ facis qui angas te animi.* Hor. *Dulci laborum decipitur sono.* Plaut. *Desipiebam mentis.* Ter. *Discrucior animi.* Id. *Antipho me excruciat animi.* Lucret. *Nec me animi fallit.* Plaut. *Nec satis exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen.* Id. *Abiit neque me certiore fecit: fastidit mei.* Hor. *Neque illi Sepositi ciceris, nec longa invidit avena.* Virg. *Nec veterum memini, latorve malorum.* Id. *Iustitiane prius miror, belline laborum.* Cic. *Ego quidem vehementer animi pendeo.* Poëta vetus ap. eund. *Qui te nec amet, nec studeat tui.* Ter. *Neque huius sis veritus femina primaria.*

II. More itidem Græco cum genitivo interdum construuntur hæc verba sequentia; *Abstineo, desino, desisto, quiesco, regno*: item, *adipiscor, condico, credo, frustror, furo, laudo, libero, levo, participo, prohibeo*: ut, Hor. *Abstinet (Dixit) irarum calidaeque rixæ.* Id. *Desine mollium Tandem querelarum.* Virg. *Tempus desistere pugna.* Quadrig. ap. Gell. *Manu significare cepit, ut quiescerent*

pugne. Hor. Et quæ pauper aque Daunus agrestium Regnavit populorum. Tac. Nihil abnuens, dum dominationis adipisceretur, al. apisceretur. Liv. Quorum rerum condixit pater patratus populi Rom. patri patrato Latinorum. Plaut. Cui omnium rerum ipse semper credit. Gell. Captionis versute excogitate frustratus est. Senec. Regni Latus rapti furit. Sil. Laudabat leti juvenem. Ulpian. Quo cura & tutela liberetur. Plaut. Me omnium jam laborum levas. Id. Paternum servum sui participat consilii. Sil. Capite prohibere nequiret Cum Pænos aquila. Nisi aquila hic potius dativus sit.

NOT. 1. Pleraque ex iis, quæ numero 1^{mo} adduximus, exempla Poëtarum sunt & Historicorum, nec propterea ad usum communem transferenda. Usitatior autem horum verborum constructio ita se habet: *Angor, desipio, discrucior, fallor, animo. Hoc animum meum excruciat. Fastidio, miror, vercor, aliquem, vel aliquid. Lator aliquâ re. Invideo alicui laudes, vel laudibus alicujus. Pendeo animi, vel animo: at pluraliter, Pendemus animis, non animorum. Studeo alicui, vel aliquid. Ex his etiam quædam cum infinitivo: aut cum particulis, quod, ut, ne, & subjunctivo, construuntur.*

NOT. 2. Exempla numeri 2^{di} ferè omnia Poëtica sunt. Longè autem frequentius dicimus; *Abstineo maledictis, & à maledictis, animum à scelere, &c. Desino aliquid, & ab aliquo. Desisto incepto, de negotio, ab illa mente. Quiesco à labore. Regnare omnibus oppidis, Cic. subaudito in. Gratas regnare per urbes. Virg. Adipisci aliquid. Condicere operam alicui; condicere cenam, sive ad cenam. Credere alicui omnia. Frustrari in re aliqua. Furere de aliquo. Cic. Furere recepto amico, Hor. Furere Inachid. Id. Laudare mortem alicujus. Levare aliquem sollicitudine, & alicujus sollicitudinem. Liberare malo, & à malo. Participare aliquem aliquâ re, & aliquid cum aliquo, & participare aliquid, sensu mutato, Cic. Prohibere aliquem aditu, à pugna, & prohibere aliquid alicui.*

2. Verba personalia DATIVUM regentia.

23. EST dandi casum, per HABET resolvable, poscit.

EST pro HABEO regit dativum personæ: ut, *Ter. Suus cuique mos est. Virg. Sunt nobis mitia poma. Ovid. An nescis longas Regibus esse manus? i. e. Quisque habet suum morem. Nos habemus mitia poma. An nescis Reges habere longas manus?*

24. EST AFFERRE notans, habeo, do, verto, relinquo, Sæpè dabunt geminos, tribuo, fore, ducoque, ternos.

SUM pro AFFERO acceptum: item, forem, do, duco, habeo, tribuo, relinquo, verto, & quædam alia, regunt duos dativos, alterum personæ, alterum rei: ut, *Curt. Tibi saluti fuit, i. e. salutem attulit. Cic. Pergite, ut facitis, adolescentes; atque in id studium, in quo estis, incumbite: ut & vobis honori, & amicis utilitati, & reipublica emolumento esse possitis. Ovid. Sibi enim fore cetera cura. Virg. Fistula, Damætas dono mihi quam dedit olim. Ter. Tu nunc tibi id laudi du is. Id. Utrum studio id sibi habes, an laudi putat fore? Cic. Quod illi tribuebatur ignavia. Ter. Ea relicta huic arrhaboni est*

ſt pro illo argento. Hor. Nec timuit ſibi ne vitio quis verteret olim. Catull. Miſerunt mihi muneri Fabullus & Verannius. Ter. Me mea omnia bona doti dixiſſe illi.

NOT. 1. Dativus perſonæ ſæpè omittitur: ut, *Hor. Exemplo eſt magni formica laboris; ſupple, nobis. Plaut. Nucleum amiſi, reliquit pignori putamina; ſupple, mihi. Cic. Habere quaſtui rempublicam turpe eſt; ſupple, alicui.*

NOT. 2. Pro dativo rei, nominativus interdum vel accuſativus ponitur: ut, *Curt. Cateris, ut parcius inſtarent, ſuere documentum. Virg. Idem amor exitium pecori eſt pecoriſque magiſtro; pro, documento, exitio. Cic. Me idem non aſſequi, dedecus eſt noſtrum; pro, dedecori eſt nobis. Sic, Eſt argumento, indicio, praſidio, dicimus, vel argumentum, indicium, praſidium. Sic etiam, dare donum, & dono; nuptum, & nuptui: Relinquere regnum prada, & pradam, quomodo loquitur Juſtinus. Sic, Habeo rem religioni, dixit Cicero; pro quo, Religio eſt mihi aliquid facere, uſitatiùs dicimus.*

NOT. 3. Huc ſpectant nominandi formulæ: in quibus Auctores nominativo, genitivo, & dativo utuntur; rariùs quidem genitivo, crebriùs autem dativo: (1.) Nomin. ut, *Cic. In hac inſula extrema eſt fons aqua dulcis, cui nomen Arethuſa eſt. Ter. Hecyra eſt huic nomen fabula. (2.) Genit. ut, Plaut. Nomen Mercurii eſt mihi. (3.) Dativ. ut, Liv. Troja & huic loco nomen eſt. Juſtin. Ptolemaus cui cognomentum Philopatori fuit. Virg. At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo Additur, &c. Liv. Manſit Sylviis poſtea omnibus cognomen.*

25. Omnia penè dabunt, cui quid fit, verba dativum. Præcipuè hoc caſu gaudent SUM nata, SATISQUE Queis BENE vel MALE ſit junctum: quoque præpoſituræ, QUÆ SUPER, IN, POST, PRÆ, conſtârunt multa, vel OB, CON, (porro ANTE, SUB, adjectis AD & INTER: Verbaque Proſicio, noceo, ſaveoque, indulgeo, parco, Gratulor, auxilior, ſtudeo, medeorque & adolor, Pareo & invideo, ſamulor, ſimul impero, mando, Derogo, patrocinator, placeo, ſuccenſeo, pugno, Iraſcorque, minor, ſido, cum ſupplifico, credo; Plurimaque his ſenſu quæ ſunt affinia. Verùm Offendo, jubeo, lædò dant, & juvo, quartum.

Quod.

Quodlibet verbum admittit dativum personæ, aut rei, cui quacunque modo aliquid fit vel acquiritur: ut, Ter. *Si quid peccat Demea, mihi peccat.* Plaut. *Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eadem & metis.* Cic. *Non omnibus dormio.* Ter. *Non rete accipier tenditur, neque milio.* Virg. *Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.* Hor. *Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.* Ovid. *Semper tibi pendeat hamus: Quo minimè credis gurgite, piscis erit.*

Hæc regula est multò omnium generalissima: ad eam autem specialius reduci possunt;

I. Composita cum verbo SUM, præter possum: ut, Cæf. *Pollicor omnibus negotiis non interfuit solum, sed etiam præfuit.* Cic. *Nec sibi, nec alteri profunt.*

II. Verba composita cum adverbis SATIS, BENE & MALE: ut, Satisfacio, satisfido, benefacio, benedico, bene volo, malefacio, maledico. Cic. *Ceteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio.* Id. *Deridet, cum sibi ipsum jubet satisfidare Rabonium.* Sall. *Pulchrum est benefacere reipublica; etiam benedicere haud absurdum.*

III. Multa verba cum his decem præpositionibus composita AD, ANTE, CON, IN, INTER, OB, POST, PRÆ, SUB & SUPER.

AD: ut, *Accedo, accresco, accumbo, acquiesco, adno, adnato, ad-equito, adhæreo, adsto, adstipulor, advolvor, affulgeo, allabor, allaboro, annuo, appareo, applaudo, appropinquo, arrideo, aspiro, assentior, assideo, assisto, assuesco, assurgo.* Hor. *Quibus hæc, sint qualiacunque, Arridere velim.* Virg. *Aspirat primo Fortuna labori.*

ANTE: ut, *Antecello, anteco, antesto, anteverto.* Cic. *Antecellere omnibus ingenii gloriâ contigit.* Plaut. *Virtus omnibus rebus anteit.*

CON: ut, *Colludo, concino, confono, convivio.* Cic. *Ut omnis oratio moribus consonet.* Hor. *Puer—gestit paribus colludere.*

IN: ut, *Incumbo, indormio, inkio, ingemisco, inhæreo, insideo, insto, insisto, insudo, insulto, invigilo, illacrymo, illudo, immineo, immorior, immoror, impendo.* Hor. *Congestis undique saccis Indormis inhians.* Cic. *Impendent hominibus multa & varia genera mortis.*

INTER: ut, *Intervenio, intermico, intercedo, intercido, interjaceo.* Ovid. *Nulli sincera voluptas, Sollicitique aliquid latis intervenit.* Claud. *Rutilum squamis intermicat aurum.*

OB: ut, *Obrepro, obluſtor, obtreſto, obstrepro, obmurmuro, occumbo, occurro, occurso, obſto, obſiſto, obvenio.* Senec. *Vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt.* Virg. *In utrumque paratus, seu versare dolos, seu certa occumbere morti.*

POST: ut, *Postpono, posthabeo.* Ovid. *Vos est postponere natis Ausa suis.* Virg. *Posthabui tamen illorum mea seria ludo.*

PRÆ: ut, *Præcedo, præcurro, præeo, præſideo, præluceo, præniteo, præsto, prævaleo, præverto.* Cic. *Ut certis rebus certa signa præcurrerent.* Id. *Homo ceteris animantibus plurimum præstat.*

SUB:

SUB: ut, *Succedo, succumbō, sufficio, suffragor, suberesco, suboleo, subjaceo, subrepo.* Cæf. *Cohortatur ne labori succumbant.* Juven. *aus Pellao juveni non sufficit orbis.*

SUPER: ut, *Supervenio, supercurro, supersto.* Liv. *Huic latitiae vinctius supervenit.* Plin. *Id quod vectigali supercurrit.*

IV. Verba variae significationis.

1. Verba proficiendi & nocendi: ut, *Proficio, profum, placeo, comodo, prospicio, caveo, metuo, timeo, consulo pro prospicio.* Item, *oseo, officio, incommodo, displiceo, insidior.* Ovid. *Neve mihi noceat, quod vobis semper, Achivi, Profuit ingenium.*

2. Verba facendi, auxiliandi, & eorum contraria: ut, *Faveo, ratulor, gratifcor, grator, ignosco, indulgeo, parco, adolor, plaudo, blandior, lenocinor, palpor, assentor, subparasitor.* Item, *Auxilior, adminiculator, subvenio, succurro, patrocinator, medeor, medicor, opitulator.* Item, *Derogo, detraho, invideo, amulor.* Cic. *Qui diligebant tunc, illi favebant.* Ovid. *Qui vicit semper, victis ut parcere possit.*

3. Verba imperandi, obediendi, serviendi & resistendi: ut, *Impero, prapicio, mando, moderor, pro modum adhibeo.* Item, *Pareo, insculco, obedio, obsequor, obtempero, morem gero, morigeror, obsequando.* Item, *Famulor, servio, inservio, ministro, ancillor.* Item, *repugno, obsto, reluctor, renitor, resisto, refragor, adversor.* Et apud Poetas, *Pugno, certo, bello, contendo, concurro, luctor.* Hor. *Imperat, aut servit collecta pecunia cuique.* Virg. *Placitōne etiam punabis amor?*

4. Verba minandi & irascendi: ut, *Minor, comminor, interminor, irascor, succenseo.* Cic. *Tertio quoque verbo orationis sua me appellabat, mihi minabatur.* Sil. *Succensere nefas patria.*

5. Verba fidendi: ut, *Fido, confido, credo, diffido.* Hor. *Qui sibi fidit, Dux regit examen.* Virg. *O formose puer, nimium ne crede colori.*

6. Alia quædam verba, quæ in locos communes redigi vix possunt: ut, *Nubo, excello, hareo, supplico, cedo, (pro locum do,) despero, operor, prestolor, pravaricor, recipio tibi, (i. e. promitte,) pedigi, (i. e. promisi,) renuncio, (i. e. abstineo & alieno me,) respondeo, (pro satisfacio,) tempero, (pro abstineo,) studeo, vaco, (i. e. speram do,) convicior.*

✠ E superioribus verborum classibus EXCIPE *Jubeo, offendo, laedo & juvo*, quæ non dativum, sed accusativum petunt: ut, Lucan. *Dextræque silentia jussit.* Hor. *Cur ego amicum Offendam in nugis.* Cic. *Injustè neminem læsit.* Ovid. *Fu vit sacundia causam.*

NOT. 1. Quæ supra recensuimus verba, cum dativo magis peculiari modo constructa, omnia ferè neutra sunt, aut neutralis significationis. De ætivistis autem accusativum unâ cum dativo regentibus paulo inferius dicitur.

NOT. 2.

NOR. 2. Pleraque hujus structuræ verba sic sigillatim sunt enumerata: quæ eo consilio à nobis factum, ne quis imprudens existimet alia omnia ejusdem, sive compositionis, sive significationis verba, pari ratione datiyur recipere. Longè enim plurima sunt cum præpositionibus *AD*, *ANTE*, *CON*, &c. composita, quæ hujusmodi dativum planè respuunt: ut, *Accolo*, *antegredior*, *inco*, *intercurso*, *obsideo*, *postvenio*, *prævenio*, *subsilio*, *supernato*, &c. Innumera itidem sunt, commodum, auxilium, favorem, & contrà, significantia; quæ tamen non cum dativo, sed cum accusativo, vel aliter, construuntur: qualia sunt, *Levo*, *erigo*, *alo*, *nutrio*, *amo*, *diligovexo*, *crucio*, *aversor*, &c.

NOR. 3. Quin etiam ex iis quæ suprà posita sunt, haud pauca aliter constructa inveniuntur; idque eadem significatione, vel diversâ.

I. Verba neutra, sub eadem significatione variè constructa.

Accedere muris, *Liv.* ad urbem, *Sall.* in oppidum, *Cic.* accedere domos infernas, *Virg.* accedere alicui, i. e. assistiri, *Quintil.*

Accidit auribus, *Plin.* ad aures, *Liv.* genibus, *Id.* ad genua, *Suet.* in te isthuc verbum, *Ter.*

Accubare horreis, *Hor.* scortum. *Plaut.* alicui in convivio; *Cic.* apud aliquem, *Id.* *Cic.*

Accumbere epulis, *Virg.* in epulo, *Cic.*

Acquiescere rei alicui, *Sen.* aliqua re, *Cic.* at *sapius*, in aliqua re, *Id.*

Adequitate portæ, *Plin.* adequitare *Syracusas*, *Liv.*

Adesse pugnæ, i. e. præsentem esse, *Cic.* in pugna, *Sall.* ad exercitum, *Plaut.* adesse amicis, i. e. auxiliari, *Cic.*

Adhærere lateri, *Liv.* ad turrim, *Cæs.* in me, *Cic.* fronte, *pro* in fronte, *Ovid.* *Sic.*

Adhærescere justitiæ, *Cic.* ad saxum, *Id.* in hanc materiam, *Id.*

Adhinnire equæ, *Ovid.* equam: *Plaut.* ad orationem, *Cic.*

Adjacere mari, *Liv.* mare, *Nep.*

Adnare navibus, *Liv.* naves, *Cæs.*

Adnatare insulæ, *Plin.* ad manum, *Id.*

Adrepere virorum animis, *Tac.* ad amicitiam alicujus, *Cic.*

Adstare mensis domini, *Mart.* ad Achillis tumulum, *Cic.* in conspectu, *Id.*

Adstrepere alicui, *Tac.* aures alicujus, *Plin.*

Adsultare vallo, *Sil.* moras portarum, *Stat.*

Advenire alicui, *Tac.* urbem, *Virg.* ad urbem, *Ovid.* *Sic.*

Adventare alicui, *Tac.* portis, *Stat.* locum, *Tac.* ad Italiam, *Cic.*

Adversari alicui, *Cic.* aliquem, *Tac.*

Advigilare alicui, *Tib.* ad custodiam ignis, *Cic.*

Adulari alicui, *Curt.* aliquem, *Cic.* *Col.* *Tac.*

Advolare rei, vel homini, *Plin.* *Virg.* ad equites, *Liv.* advolat rostra *Cato*, *Cic.*

Aluere alicui, *Ovid.* ad aliquid, *Cic.*

Aliabi oris, *Virg.* ad exta, *Liv.* aures alicujus, *Virg.*

Allatrare alicui, *Aur.* *Vit.* aliquem *sapius*, *Liv.* *Plin.* *Col.*

Alludere alicui, *Plin.* ad mulierem, *Ter.*

Anniti hastæ, *Virg.* ad aliquid, *Cic.* aliquid, i. e. conari perficere, *Plin.*

Antecedere alicui rei, *Cic.* aliquem, *Id.* antecedere aliquem ætate, nobilitate, magnificentia, *Justin.* *Suet.* raro alicui.

Antecellere alicui. *Cic.* rarissime aliquem.

Anteire alicui, *Cic.* aliquem, *Tac.* alicui ætate, *Cic.* omnes gloria; *Sall.* cæteros virtute, *Cic.*

Antestare cæteris virtute, *Gell.* cæteros robore, *Apul.*

Antevenire rei alicui, *Plaut.* aliquem, *Sall.* tempus, *Claud.*

Antevertere alicui, i. e. ante eum venire, *Ter.* *Sic.* antevertere damnationem *Venæto*, i. e. prævenire, *Tac.*

At. antevertere rem rei, est præponere, Plaut.

Apparere alicui, i. e. officii aut obsequii causa præsto esse: ut, Lictores apparent Consulibus, Liv. Apparent ad solium Jovis, Virg.

Appropinquare Britannia, Cæs. portam, Hirt. ad portam, Id. appropinquat alicui pœna, Cic.

Arridere alicui, i. e. placere, Hor. Arridere ridentibus, Id. aliquid, Gell.

Aspirare cœptis, Ovid. ad aliquem, i. e. pervenire, Cic. ad laudem, i. e. contendere, Id. in curiam, Id.

Assistere alicui, Plin. ad fores, Cic. super aliquem, Virg. contra aliquem, Cic. Assistere equos, i. e. sistere, Stat.

Assuesco, assuesfacio, assuescio re aliquâ: Genus pugnae quo assueverant, Liv. Puro sermone assuescâta domus, Cic. Assuescere rei alicui, Liv. Operi assuescetit, Id. Assuescere ad homines, Cæs. In hoc assuescat, Quint.

Attendere Cæsari, Plin. juri, Suet. aliquem, Cic. res hostium, Sall. animum, Ter. animum ad rem aliquam, Cic.

Colludere alicui, Hor. cum aliquo, Cic. Confido, Vid. Fido.

Congruere alicui, Ter. cura re aliqua, Cic. inter se, Id.

Constare sibi, Cic. secum, Id. Constat inter omnes, Nep. Res mihi cum aliis constat, Aust. ad Her.

Consuescere alicui, Ter. cum aliquo, Plaut. libero victu, Colum. juvenum cum aratro, pro consuefacere, Id.

Consulere alicui, Ter. famæ alicujus, Cic. de salute sua. Id. durius in aliquem, Tac. in longitudinem, Ter. in commune, in medium, in publicum, Ter. Lucan. Plin. boni, Ovid. V. reg. 34.

Convenire alicui, Cic. cum re aliqua, Id. Convenit in eum hæc suspicio, Id. Cothurnus convenit ad pedem, Id. Conveniunt mores, Ter. Majestas & amor non conveniunt, Ovid. Aliquid mihi convenit cum adversariis, Aust. ad Her. Convenimus inter nos, Plaut. Inter omnes conve-

nit, Cic. Sævis inter se convenit urbis, Juv.

Deficiunt mihi vires, Cæs. me vires, Cic. Deficior viribus, Senec. omnibus rebus, Col. ab arte, i. e. destitutor, Ovid. Vid. reg. 35.

Derogare alicui, Cic. legi, Aust. ad Her. de lege, Cic. ex æquitate, Id. fidem alicui, Id. de fide alicujus, Id.

Desperare salutis alicujus, Cic. de republica, Id. pacem, Id. rempublicam, Id.

Desuescere honori, Sil. Desueta bello agmina, Virg. At, hoc dativo an ablativo dictum, incertum.

Desunt verba dolori, Ovid. In Antonio desuit hic ornatus, Cic. Pauca ei centuriae ad Consulatum defuerunt, Id.

Dominari cunctis oris, Virg. in cætera animalia, Ovid. in civitate, Cic.

Excellere alicui dignitate, Cic. in aliqua re, Id. super omnes alios, Liv. præter cæteros, Cic. inter aliquos, Id.

Facere ad aliquid, pro prodesse vel convenire, Ovid. & alii frequenter. Rarò hæc notione, facere alicui, Prop. Hor.

Fidere, confidere rei alicui, Virg. Cic. re aliqua, Id. in re aliqua, Hirt.

Gratulor tibi hanc rem, Cic. hæc re, Cal. ap. eund. de hac re, Cic. in hac re, Id.

Hæret lateri, Virg. curru, Id. alicui in visceribus, Cic.

Ignoscere alicui, Ter. vitio, Ovid. peccatum suum alicui, Plaut.

Illudere alicui, Virg. aliquem, Ter. aliquid, Virg. in aliquem, Ter. in aliquo, Id.

Illabi rei alicui, Virg. in rem aliquam, Cic.

Iluxit dies alicui, Liv. aliquem, Plaut.

Imminere rei alicui, Ovid. in fortunam alicujus, Cic.

Immori studiis, Hor. in vino, Plin.

Impendere alicui, Cic. aliquem, Ter. in aliquem, Cic.

Incessit cura, cupido, timor, alicui, Liv. V. Max. Sall. aliquem, Liv. Tac. in aliquem, Ter.

Incubare ovis, Col. ova, Plin. pecuniae, thesauris, Cic. Liv.

Incumberet toro, Virg. gladium, Plaut.

in gladium, *Cic. labori, Sil. ad laudem, Cic. ad studia, Id. in studium, curam, cogitationem, Id.*

Indulgeo illi, *Ter. me, Id. aliquid alicui, Suet.*

Inhæreo & inhæresco rei alicui, *Ovid. in re aliqua, Cic.*

Inhiare auro, *Flor. bona alicujus, Plaut. Virg.*

Innare aqua, *Liv. fluvium, Virg.*

Innaſci rei alicui, *Ter. in re aliqua, Cic. Innati eodem ſolo, Juſt.*

Innatare flumini, *Plin. undam, Virg. in concham, Cic.*

Inniti rei alicui, *Stat. re aliquâ, Liv. in re aliqua, Cic. in aliquem, Plin.*

Inſidère rei alicui vel perſonæ, *Virg. collem, Plin. locum, Liv. in memoria, in animo, in medullis, i. e. firmiter inhære, Cic.*

Inſidunt apes floribus, *Virg. pardi inſidunt condenſâ arbore, Plin.*

Inſilire rei alicui, *Lucan. in equum, Liv. tauros, Suet. ſupra lignum, Phadr.*

Inſitere curæ rerum, *Plin. veſtigiiſ alicujus, Cic. viam, Ter. viâ, Id. in re aliqua, Cic. in dolos, Plaut. negotium, Id.*

Inſtare operi, *Virg. viſtis, Liv. reſtam viam, Plaut. currum Marti, i. e. inſtanter fabricare, Virg. unum, i. e. inſtanter urgere, Ter.*

Inſueſcere rei alicui, *Tac. re aliquâ, Colum.*

Inſultare alicui rei vel perſonæ, *Suet. Cic. fores, Ter. patientiam alicujus, Tac. in miſeriam alicujus, Auſt. ad Her. bonos, Sall.*

Inſum rei alicui, *Sen. in re aliqua, Cic.*

Inſurgere regnis alicujus, *Ovid. in miſeros, Stat.*

Inſuffurrâre alicui, *Cic. in aurem alicujus, Id.*

Intercedit mihi tecum amicitia, *Cic. inter nos, Id.*

Interdicere alicui provinciâ, *Suet. aquâ & igni, Cic. ſœminis uſum purpuræ, Liv.*

Interelle rei alicui, *Cic. in re aliqua, Id.*

Interjacere ſulcis, *Col. duas Syrtis, Plin. Hæc inter eam & Rhodum interjacet, Id.*

Intervenire alicui rei, *Tac. cognitionem, Id.*

Invaſit timor improbis, *Cic. Viſ avaritiæ in animos invaſerat, Sall. Invadere urbem, Virg. in fortunas alicujus, Cic. in arcem cauſæ, Id.*

Invidere honori alicujus, *Cic. honorem alicui, Hor. aliquem, Ovid. in re aliqua, Cic.*

Latet res mihi, *Lucan. Latet me, Virg.*

Mederi alicui, *Cic. cupiditates, Ter. contra ſerpentum iſtus, Plin.*

Medicari alicui, *Virg. iſtum cuſpidis, Id.*

Moderari animo, *Cic. gentibus, Sall. navim, Cic. omnia, Id.*

Nocere alicui, *Cic. rariffimè aliquem, Plaut.*

Nubere alicui, *Cic. in clariffimam familiam, Id. Nupta cum aliquo, Id. Una nupta apud duos, Gell.*

Obambulare muris, *Liv. ante portas, Id. Aetnam, Ovid.*

Obequitare caſtris, *Liv. agmen, Curt.*

Obreperere alicui, *Cic. in animos dormientium, Id. ad honores, Id. Tacitum te obrepet famēs, Plaut.*

Obtreſtare alicui, *Cic. laudibus alicujus, Liv. vires, V. Max.*

Obumbrat ſibi vinea, *Plin. Obumbrant ſolem nubes, Id.*

Occumbere morti, *Virg. mortem, Cic. morte, Liv.*

Palpati alicui, *Plaut. Palpare aliquem, Juv.*

Parcere alicui, *Cic. labori, Ter. pecuniam, Plaut. Ut parcerent ſibi vitam, Gell. Talenta natis parce tuis, Virg. Ut à cædibus parceretur, Liv. Parcite oves nimium procedere, Virg.*

Pepigit mihi aliquid, *Ovid. Pepigit cum aliquo, Suet. Pepigerunt inter ſe, Auſt. ad Herenn. Sic, Pacificor alicui, Cic. cum aliquo, Id. Pacifici vitæ ab aliquo, Sall. vitam pro laude, Virg.*

Præcedunt veſtræ fortunæ meis, *Plaut. Præcedere aliquem virtute, Cæſ. omnes in re aliqua, Plin. Præcedere agmen, Virg.*

Præcurrere alicui, *Cic. aliquem, Id. ante omnes, Cæſ.*

Præire alicui, *Stat. i. e.* præcedere aliquem. Præire alicui verba, *Instrumentum, Liv. Tac. i. e.* dictare. Præire verbis, *Plaut. vocc alicui, Cic. de scripto, Plin. Præire alicquem, Tac.*
 Præjacens Asie vastum mare, *Plin.*
 Præjacere castra, *Tac.*
 Præminere omnibus, *Sen. malos, Tac.*
 Præsidere urbi, imperio, *Cic. exercitum, Italiam, littora Oceani, Tac.*
 Præstare alicui, *Cic. omnibus humanitate, Id. omnes eloquentiâ, Nep.*
 Præstolari alicui, *Cic. alicquem, Tac.*
 Prævertere aliquid rei alicui, *Liv. uxorem præ republica, Plaut. Cursu pedum prævertere ventos, Virg. Et passivè, Præverti hoc certum est rebus aliis omnibus, Plaut. Ut bellum præverti sinerent. Liv. Volucrumque fugâ prævertitur Hebrum, Virg.*
 Procumbere terræ, *Ovid. genibus alicujus, Id. ad genua, Liv. ante pedes, Ovid. in armos, Mart.*
 Quadrare alicui, *Cic. in alicquem, Id. ad multa, Id. acervum, i. e. in quadrum redigere, Hor.*
 Respondere alicui, *Cic. his, Cæs. ad*

hæc, ad postulata, Id. ad nomen, Liv. votis alicujus, i. e. satisfacere, Virg. ad spem, Liv.

Servire, inservire alicui, *Hor. Cic. rarissimè alicquem, Plaut. Turpil.*

Studere alicui rei, *i. e. operam dare, Cic. literas, Id. aliquid, i. e. cupere, Cic. in eam rem, Quint. in ea re, Gell. Studere alicui, i. e. favere, Cic.*

Subesse rei alicui, *Cic. in re aliqua, Id.*

Subire muro, *Virg. feretro, Id. Subeunt mihi cunctarum fastidia, Ovid.*

Subire testâ, *Virg. limina, Id. ad mœnia, Liv. ad portas, Id. in locum alicujus, Ovid. in cœlum, Plin. sub acumen styli, Cic. At subire onus, labores, pœnam, periculum, &c. item, subiit animum, mentem, ferè semper dicuntur.*

Subjacere monti, *Plin. ad aliquid, Quint.*

Succedere penatibus, *Virg. muro, Liv. murum, Sall. ad urbem, Liv. sub primam aciem, Cæs. in pugnam, Liv. Succedere alicui & in locum alicujus, Cic.*

Supervenire alicui, *Liv. Unda supervenit undam, Hæc.*

¶ His addi possunt verba, quæ, apud Poëtâs præsertim, & more Græcæ cum dativo construuntur; at frequentius, & more Latino, ablativum cum præpositione recipiunt: ut,

1. Verba contendendi & certandi: ut, *Contendo, certo, bello, pugno alicui, pro cum aliquo. Sic, Propert. Non tamen ista meo valeant contendere amor. Virg. Solus tibi certet Amyntas. Stat. Magno bellare parenti.*

2. Distandi, dissentiendi, differendi: ut, *Distare, dissentire, discrepare, dissidere, differre rei alicui, pro à re aliqua. Sic, Hor. Paulum sepulta distat inertia Celata virtus. Senec. Ne orationi vita dissentiat. Hor. Scire volam, quantum simplex hilarisque nepoti Discrepet, & quantum discordet parcus avaro, Id. Dissidens plebi. Id. Nisi quod pede certo Differt sermoni, sermo merus,*

3. Coeundi & miscendi: ut, *Hor. Ut placidis coeant immitia. Ovid. Concurre hosti. Propert. Concubuisse Dea. Virg. Mistâ Deo mulier; pro, cum placidis, cum hoste, &c.*

4. Arcendi & propulsandi: ut, *Virg. Arcetis grâvido pecori. Id. Solstitium pecori defendite; pro, à pecore.*

5. Verba passiva: ut, *Ovid. Non intelligor ulli. Id. Filius & Cereris frustra tibi semper ametur; pro, ab ullo, à te. Hor. Cœna ministratur pueris tribus; pro, à tribus pueris.*

II. Verba sub diversa significatione varîe constructa.

Accedo tibi, *i. e. assentior: item, accresco.*

Accedo ad te, *i. e. adeo vel venio.*

Æmulor tibi, *i. e. invideo.*

Æmulor te, *i. e. imitor.*

Animadverto aliquid, *i. e. observo.*

Animadverto in aliquem, *i. e. punio.*
 Ausculto tibi, *i. e. obtempero.*
 Ausculto te, *i. e. audio.*
 Caveo tibi, *i. e. prospicio tibi, ut amico.*
 Caveo te, *i. e. vito, ut inimicum.*
 Cavere de re aliqua, *i. e. cautionem dare.*
 Cedere alicui, *i. e. locum dare.*
 Cedere jure suo, *i. e. de jure suo decedere.*
 Consulo tibi, *i. e. prospicio vel provideo. Sic, consulo in te.*
 Consulo te, *i. e. consilium à te peto.*
 Consulo boni, *i. e. bonum judico.*
 Convenit hoc mihi, *i. e. conveniens est mihi.*
 Convenit mihi cum illo, *i. e. cum illo consentio.*
 Conveniam hominem, *i. e. hominem alloquar.*
 Cupio tibi, *i. e. faveo.*
 Cupio aliquid, *i. e. desidero, seu expeto.*
 Deficit mihi, *i. e. deest.*
 Deficit me, *i. e. destituit.*
 Deficere ab aliquo, *i. e. desciscere.*
 Detrahere alicui, *i. e. ejus famam minuire.*
 Detrahere aliquem, *i. e. ex superiore loco trahere.*
 Do tibi literas, *i. e. alii perferendas.*
 Do ad te literas, *i. e. ad te scribo.*
 Fœnero vel fœneror tibi, *i. e. dō tibi ad usuram vel lucrum.*
 Fœneror abs te, *i. e. fœnori accipio, seu ad usuram.*
 Horrere alicui, *i. e. timere alicui, Plin.*
 Horrere aliquem, *i. e. horrore concuti propter aliquem, tanquam hostem.*
 Imponere alicui, *i. e. decipere aliquem.*
 Imponere aliquid alicui, *i. e. superimponere, ut onus.*
 Manere absolute, *i. e. commorari.*
 Manere aliquem, *i. e. exspectare.*
 Metuo tibi, *i. e. sollicitus de te sum, ut amico.*
 Metuo te, vel à te, *i. e. ut hostem, ne mihi noceas.*
 Peto aliquid alicui, *i. e. cupio dari.*
 Peto abs te, *i. e. rogo.*
 Peto pœnas de aliquo, *i. e. sumo supplicium de aliquo.*

Peto aliquem gladio, *i. e. adior vel percutio.*
 Peto locum, *i. e. adeo vel tendo ad locum.*
 Præire alicui, *i. e. ante aliquem ire.*
 Præire verba, *i. e. ea prius proferre ab alio mox recitanda.*
 Præstare alicui silentium, *i. e. dare, concedere.*
 Præstare aliis vel alios virtute, *i. e. antecellere.*
 Præstare se virum, *i. e. præbere vel exhibere.*
 Præstare culpam vel damnum, *i. e. in se transferre.*
 Præstabo eum facturum, *i. e. recipio, vel fide jubeo eum esse facturum.*
 Prospicio, provideo, tuæ salutis, *i. e. salutem tuam procuro.*
 Prospicio, provideo periculum, *i. e. prævidco.*
 Recipio tibi, *i. e. promitto, Sic, recipio in me.*
 Recipio me in locum, *i. e. confero.*
 Refero tibi, *i. e. narro.*
 Refero ad senatum, *i. e. Senatui consultandum propono.*
 Referre aliquem, *i. e. alicui similem esse.*
 Renuncio muneri, hospitio, *i. e. repudio munus, hospitium.*
 Renuncio Consulem, *i. e. declaro, proclamo.*
 Solvo tibi aliquid, *i. e. persolvo, numero*
 Solvo aliquem, *i. e. vinculis libero.*
 Sufficere alicui, *i. e. satis esse.*
 Sufficere alicui arma, *i. e. subministrare.*
 Sufficere aliquem, *i. e. in alterius locum substituere.*
 Temperare linguæ, manibus, *i. e. modum imponere.*
 Temperare cædibus, & à cædibus, *i. e. abstinere.*
 Temperare orbem, vires, ratem, *i. e. regere, vel intra ordinem ac mensuram suam cohibere.*
 Timeo tibi, ac te: *ut, metuo.*
 Vacare rei alicui, *i. e. operam dare. Sic, in vel ad aliquam rem, Ovid.*
 Vacare ab officio, *i. e. cessare, otiosum esse.*
 Vacare culpâ, *i. e. carere.*
 Vacat mihi, *i. e. otium est mihi.*

APPENDIX.

Hortor, & invito, voco, provoco, pertineoque,
Atque animo, spectro, stimulo, conformo. lacesso,
AD sibi cum quarto sociant; & verba localem
Plurima quæ motum signant: sed & his vice quarti
Sapè dedit vates ternum. Variataque demum,
In quibus AD junctum est verbis, structura notanda est.

I. Hæc verba, Hortor, invito, voco, cæteraque in textu posita, non dativum, sed accusativum cum præpositione AD, recipiunt: ut, Cic. Cum ad laudem milites hortaretur. Id. Ad cenam hominem invitavit. Virg. Eorum ad se Zephyrumque vocat. Cic. Ut ipsum Hectorem provocasse ad pugnam pœniteret. Liv. Tribunos plebis appello, & provoco ad populum. Cic. Non est obscurum ad quem suspicio maleficii pertineat, &c.

II. Item verba motum de loco in locum significantia; qualia sunt, Eo, vado, curro, propero, festino, pergo, fugio, &c. Et, Porto, fero, lego-as, præcipito, tollo, traho, duco, verto, &c. Item, Incito, suscito, tendo, vergo, inclino, & similia propensionem ad rem notantia, accusativum petunt cum AD, vel IN: ut, Ter. Ire ad mercatum. Nep. In jus de sua re nunquam iit. Ovid. Seriùs aut citiùs sedem properamus ad unam. Id. Tendit ad ardua virtus. Stat. Vergimur in senium.

+ At Poëtæ dativo nonnunquam, pro accusativo cum præpositione, utuntur: ut, Virg. It clamor cælo. Id. Inferretque Deos Latio; pro, ad cælum, in Latium. Sic id. Virg. Hædorumque gregem viridi compellere hibisco. Ovid. Lux tardè discedere visa Præcipitatur aquis; pro, ad hibiscum, in aquas.

III. Verba cum præpositione AD composita variè construuntur, 1. Enim, quædam solum ferè dativum admittunt: ut, Assideo, assurgo, adversor, alicui. 2. Quædam solum ferè accusativum, cum AD vel IN: ut, Accio, accorro, adhortor, advoco, allicio, alligo, attraho. 3. Quædam utrumque: ut, Accedo, accido, adhæresco, adrepo, affluo. Item, Accingo, accommodo, addo, adfero, adhibeo, adjicio, affigo, allido, appono, & multa alia. 4. Quædam accusativum demptâ præpositione: ut, Advoror, affor, alloquor, alluo, attono. 5. Quædam denique accusativum, præpositione vel additâ vel demptâ: ut, Adeo, adueho, aduento, aggredior, ascendo, aspicio.

3. Verba personalia ACCUSATIVUM regentia.

26. Activè quartum signantia verba repossunt.

Verbum activè significans regit accusativum rei aut personæ in quam transit actio, sive activi generis sit, sive deponens aut commune: ut, Cic. Hac studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium & solatium præbent. Pub. Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum. Ovid. Estque pati pœnas quàm meruisse minus. Ter. Hanc metui, ne me criminaretur tibi. Claudian. Superbia—comitatur honores.

NOT. 1. Interdum verbum regens per Ellipsin reticetur: ut Virg. *Di meliora piis, erroremque hostibus illum*, sc. *dent*. Cic. *Quia multa?* sc. *dicam*, vel *loquar*. Ter. *Egône illam? quæ illum? quæ me?* supple, *patiar*, *recepit*, *exclusit*, aut similia. Cic. *Manum de tabula*, sup. *aufer*.

NOT. 2. Nonnunquam & ipse accusativus intelligitur: ut, *Obiit*, sc. *mortem*. Ter. *Solus Sannio servat domi*, sc. *res qua sunt domi*. Id. *Facile ut pro Eunucho probes*, sc. *te*. Virg. *Nox humida cæle Pracipitat*, sc. *se*. Id. *Cum faciam vitulâ*, sc. *sacra*.

NOT. 3. Interdum accusativi vices supplet verbum infinitum, vel alia oratio: ut, Hor. *Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum*, pro, *dulcem sermonem*, & *decorum risum*. Gell. *ænitere tanti nomeno*; pro, *pœnitentiam*. Ter. *Quod te purges, hujus non faciam*, pro, *purgationem tuam*.

NOT. 4. Quædam verba activa constructione variant: ut, *Appellare tribunos*, & *ad tribunos*: *Cavere malum*, à *malo*, & *malo*; *Cognoscere ex aliquo aliquid*, & *de re aliqua*; *Colere*, *incolere*, *habitare locum*, & *in loco*; *Queri injuriam*, & *de injuria*, &c.

APPENDIX de verbis Neutris, sive Absolutis.

*Neutra quoque & quartum cognati significatûs
Admittunt, primos aliterque novantia sensus.*

Verba neutra admittunt post se accusativum;

1. Sux originis: ut, Plaut. *Modicè & modeste melius est vitam vivere*. Id. *Neque herile negotium plus curat, quàm si non servitutem serviat*. Senec. *Hilarem insaniam insanire*. Ter. *Cautilenam eandem canis*.

2. Cognatæ significationis: ut, Virg. *Longam incommitata videtur Ireviam*. Hor. *Non pugnauit ingens Idomeneus Stenelusque solus Dicenda Musis pralia*. Plaut. *Soleo hercle garrere nugas*. Id. *Lucebis nova nupte facem*. Huc etiam referri possunt, *Prandere olus*, ap. Hor. & *Cenare aprum*, ap. eund.

3. Cum sensu metaphorico, aut aliter à primitiva eorum significatione mutato, accipiuntur: ut, Virg. *Corydon ardebat Alexia*, i. e. *vehementer amabat*. Hor. *Sulcos & vineta crepat mera*, i. e. *cum crepitu memorat*. Id. *Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat*, i. e. *Cyclopa saltando representaret*. Juv. *Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt*, i. e. *vitâ suâ exhibent speciem Bacchanalium*. Pers. *Sonat vitium percussa fidelia*, i. e. *sono suo vitium indicat*. Similiter ferè exponi possunt, *Olet hircum*, Hor. *Spirat Deum*, Apul. *Anbelat crudelitatem*, Aust. ad Herenn.

4. Cum significationem quasi activam induunt: ut, Justin. *Abolere maculam*. Stat. *Laborare arma*. Virg. *Clamare aliquem nomine*. Hor. *Horret iratum mare*. Catull. *Annuat omnia omnia*. Ter. *Ego illius sensum pulchrè calleo*. Hor. *Mediasque fraudes Palluit audax*.

NOT. 1. Verbis neutris, pro accusativo, vel suæ originis, vel cognatæ significationis, sæpè ablativus subijcitur: ut, Cic. *Patiamur illum ire nostris itineribus*. Virg. *Nostro doluisti sæpè dolore*. Plaut. *Bene ei, qui hoc gaudia gaudet*. Senec. *Bella res est mori suâ morte*. Suet. *Morte obiit repentina*.

NOT. 2.

NOT. 2. Poëtæ accusativos adjectivorum in neutro genere utriusque numeri, verbis neutris, eorumque participiis, adverbiorum loco adjiciunt: ut, Virg. *Torvumque repente clamat*; pro, *torvè*. Hor. *Mens letatur turbidum*; pro, *turbidè*. Virg. de victore equo, *Et pede terram Crebra ferit*; pro, *crebrè*. Id. *Transversa tuentibus biris*; pro, *transversè*.

NOT. 3. Frequens est Ellipsis præpositionis CIRCA, vel PROPTER, in accusativis, hoc, id, quid, aliquid, quicquid, nihil, idem, illud, tantum, quantum, multa, pauca, alia, cetera, omnia: ut, Plaut. *Propter te hac pecco*. Ter. *Num id lacrumat virgo?* Plaut. *Scio quid erres*. Hor. *Quicquid delirant Reges, plestantur Achivi*.

7. Verba recordandi, quæque his contraria, quarto Vel patrio gaudent: MEMINI sed dispare sensu Accipit aut patrium, vel DE mediante Latinum.

I. Verba memoriæ & oblivionis, sciz. *Recordor, memini, reminiscor & obliviscor*, promiscuè vel accusativum vel genitivum possulant. Accus. ut, Cic. *Est opera pretium diligentiam majorum recordari*. Virg. *Numeros memini, si verba tenerem*. Cic. *Ea potius meminiscere, quæ digna tuâ personâ sunt*. Id. *Oblivisci nihil soles, nisi injurias*. Genit. ut, Cic. *Ipse certè cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur*. Mart. *Ipse jubet mortis te meminisse Deus*. Cæf. *Si bello persequi perseveraret, reminisceretur & veteris incommodi populi Romani, & pristina virtutis Helvetiorum*. Cic. *Est proprium stultitia aliorum vitia cernere, oblivisci suorum*.

II. MEMINI, pro, mentionem facere, cum genitivo, vel ablativo, & præpositione DE, jungitur: ut, Quintil. *Neque omnino hujus rei usquam meminit Poëta*. Id. *De quibus multi meminerunt*.

NOT. 1. *Recordor, & memini*, pro, memoriâ teneo, etiam cum ablativo & præpositione DE, inveniuntur: ut, Cic. *Tu si meliore memoriâ es, velim scire ecquid de te recordere*. Id. *De Planco memini*. Id. *Et de Herode & Mettio meminero, & de omnibus quæ te velle suspicabor*.

NOT. 2. In significatione recordandi frequens etiam est Phrasis, VENIT MIHI IN MENTEM; quæ sic constructur, *Venit mihi in mentem hac res, hujus rei, de hac re*: ut, Cic. *Si quid in mentem veniet*. Id. *Mihi solet venire in mentem illius temporis, quo fuimus unâ*. Plaut. *Ut lepidè atque astutè in mentem venit de speculo*.

NOT. 3. Hæc omnia cum infinitivo, vel aliâ ratione, pro casibus quos alioqui recipiunt, construuntur: ut, Ter. *Virginem bonâ formâ memini videre*. Cic. *Nihil turpius, quàm quod in scriptis oblivisceretur, quid paulò antè posuisset*. Virg. *Nec venit in mentem quorum confederis arvis*.

APPENDIX de verbis Vestiendi.

Induor, accingor, passiveque talia, quarto
Sæpe solent vates, alii sequi Latino.

Verba passiva vestiendi, qualia sunt, *Induor, amictor, cingor, accingor*; item *exuor, discingor*, eorumque participia, sæpe apud Poëtas accusativo junguntur; apud alios verò ablativo: ut, Ovid. *Protinus induitur faciem cultumque Dianæ. Virg. Inutile ferrum cingitur. Stat. Terrificos humeris Ætolæ amictus Exuitur. Sic, Virg. Exuvias indutus Achillei. Claudian. Hyems non frigore torpens, Non canas vestita nives. Sil. Verùm ardens puero, castumque exuta pudorem.* * At cum ablativo; Curtius, *Polydamas veste Arabicâ induitur. Liv. Hispano cingitur gladio. Cic. Eleus Hippias gloriatus est, annulum quem haberet, pallium quo amictus, foccos quibus indutus esset, se suâ manu concessisse. Tac. Exutus omnibus fortunis.*

Verba ACTIVA alium casum unâ cum ACCUSATIVO
regentia.

(1.) GENITIVUM cum ACCUSATIVO regentia.

28. *Accuso, absolvo, damno*, cum fratribus, optant
Criminis aut pœnæ patrium superaddere quarto.
Sæpe sed in sextum, modò DE præeunte, secundus
Vercitur, interdum demptâ quoque præpositurâ.
Has etiam leges imitantur verba monendi:
Quæ quandoque duos videas capientia quartos.

I. 1. Verba accusandi, absolvendi, & damnandi, cum accusativo personæ regunt etiam genitivum criminis aut pœnæ.

Accusandi: *Accuso, ago, appello, arcesso, anquiro, arguo, incuso, insimulo, postulo, alligo, astringo*: ut, Plaut. *Qui alterum incusat probri, eum ipsum se intueri oportet. Ter. Si herum insimulabis avaritia, malè audies. Id. Hic furti se alligat. Plaut. Homo furti sese astringet.*

Absolvendi: *Absolvo, libero, purgo*: ut, Auſt. ad Herenn. C. *Calius judex absolvit injuriarum eum, qui Lucilium pœtam in scena nominatim laſerat. Liv. Senatus nec liberavit ejus culpa Regem, neque arguit.*

Damnandi: *Damno, condemno, infamo, noto*: ut, Ovid. *Parce tuum vatem sceleris damnare, Cupido. Cic. Ceteros non dubitabo primum inertia condemnare, post etiam impudentia.*

2. Geni-

2. Genitivus criminis, maximè cum his verbis, *Accuso, arguo, refero, postulo, appello, absolvo, damno, condemno, purgo*; in ablativum cum præpositione *DE* mutari potest: ut, Cic. *Non commitam posthac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis*. Id. *Cuius etiam familiares de vi condemnati sunt*.

3. Ex his multa, ut, *Absolvo, libero, damno, condemno, &c.* crimen pœnamve in ablativo sine præpositione admittunt: ut, Liv. *Lata deinde leges, qua Consulem regni suspitione absolverent*. Cic. *Ego librarios tuos culpâ libero*. Virg. *Damnabis tu quoque votis*. Senec. *Omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt*.

NOT. [1.] Hæc nomina *CRIMEN* & *CAPUT*, vel in genitivo, vel in ablativo, sed in posteriore ferè absque præpositione, ponuntur: ut, Apul. *Nunquam tam cunctanter hominem extraneum tot tantorumque criminum postulasset*. Suet. *A Senatu capitis damnatus est*. Hor. *An commota crimine mentis Absolves hominem, & sceleris damnabis eundem?* Cic. *Si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine*. Id. *Nec ob eam rem capite damnarer*.
* At, *capite plectere, vel punire*, tantum dicimus, non *capitis*.

NOT. 2. Non omnia verba accusandi, &c. hic locum habent: neque enim *carpo, corripio, culpo, reprehendo, fugillo, taxo, traduco, vitupero, calumnior, criminor, excuso, punio, multo*, cum genitivo construuntur. Dicendum ergo, ex. gr. non, *Culpare aliquem pertinaciam, reprehendere avaritiam, taxare ambitionis, &c.* sed *Culpare alicujus pertinaciam, reprehendere avaritiam, taxare ambitionem*. Quæ structura interdum etiam invenitur in his accusandi verbis, quæ aliquin genitivum recipiunt. Nam non tantum dicitur, *Accusare adolescentes inertiam*; sed etiam, *Accusare inertiam adolescentium*. Sic enim loquitur Cicero: & Tacitus, *Incusare segnitiam alicujus*; pro, *aliquem segnitiam*. Porro nec dixero, *Excuso me tibi tarditatis, Multo te exsilii*; sed, *Excuso tibi tarditatem meam, Multo te exsilio*. Peculiare denique est, *Ago tecum furti, injuriarum*; non, *Ago te furti, injuriarum*.

NOT. 3. Usus Auctorum hic consulendus, auctoritatesque probè distinguendæ. Sic, *Accuso vel damno furto, Arguo mendacio*, non dixerim: quia neminem ita locutum invenio. Similiter, *Increpare aliquem avaritiam*, ap. Suet. *Notare aliquem incuriam*, ap. Gell. *Castigare se dementiam*, ap. Laëtant. observanda potius quam imitanda. Tu potius ita loquar, *Increpare alicujus avaritiam, Notare incuriam alicujus, Castigare suam dementiam*.

NOT. 4. *Accuso, incuso, insimulo*, interdum cum duobus accusativis inveniuntur: ut, Plaut. *Si id me non accusas*. Ter. *Que tuè dudum coram me incusaveras*. Plaut. *Sic me insimulare falsum facinus tam malum*.

II. Verba monendi, *Moneo, admoneo, commoneo, commonesacio*, hoc modo construuntur;

1. Cum accusativo Personæ genitivum rei accipiunt: ut, Tac. *Milites temporis ac necessitatis monet*. Liv. *Qui admonerens fœderis eum Romani*. Quinctil. *Grammaticos officii sui commonemus*. Auct. ad Herenn. *Cum ipse te veteris amicitia commonesaceret*.

2. *Sæpè*, pro genitivo, ablativum cum præpositione *DE* habent: ut, Cic. *Ut Terentiam moneatis de testamento*. Id. *De quo vos paulò antè admonui*. Id. *Te neque præsens filius de liberorum caritate, neque absens pater de indulgentia patria commonebat?*

3. Interdum duos accusativos admittunt: ut, Cic. *Sed eos hoc moneo, desinant furere*. Ter. *Ridiculum est te isthuc me admonere, Clisipho*. Quorum posteriorem passivè retinent: ut, Cic. *Multa ostentis, multa in exiis admonemur*.

Nor. Hæc verba frequenter cum infinitivo, vel subjunctivo, præcedente ut vel *ne*, construuntur: ut, Cic. *Pietas erga parentes officium conservare monet*. Id. *Sed te illud admonet, ut te ante compares, quotidieque meditare, resistendum esse iracundia*. Hor. *Immortalia ne speres, monet annus*.

(2.) DATIVUM cum ACCUSATIVO regentia.

29. Hæc casum ternum cum quarto verba requirunt;
Comparo, do, reddo, narro, nego, vindico, mitto,
Acquiro, solvo, paro, debeo, polliceorque,
Aufero cum demo, quæque his conformia, junge.

Verba comparandi, dandi, narrandi & auferendi regunt dativum cum accusativo.

1. Comparandi: *Compareo, compono, confero, aequo, equiparo*: item, *Antepono, antefero, præpono, præfero*; & *postpono, posthabeo, postfero*, &c. ut, Virg. *Sic parvis componere magna solebam*. Cic. *Hoc animo scito esse omnes sanos, ut mortem servituti anteponant*.

2. Dandi: *Do, tribuo, largior, præbeo, ministro, suggero, suppedito*. Quibus affinia sunt verba Reddendi: *Reddo, restituo, retribuo, rependo, remetior*; Acquirendi, *Quæro, acquiro, paro, pario*; Promittendi, *Promitto, polliceor, recipio, spondeo*. Item, *Debeo, solvo, assero, vindico, mitto, relinquo*: & innumera alia: ut, P. Syr. *Beneficium dignis ubi des, omnes obliges*. Senec. *Nemo tam divos habuit faventes, Crastinum ut possit sibi polliceri*.

3. Narrandi: *Narro, dico, memoro, loquor, nuncio, refero*, &c. & his cognata; Declarandi, *Declaro, aperio, expono, explico, significo, indico, monstro, ostendo*, &c. Negandi, *Nego, Inficio*; Confitendi, *Fateor, confiteor*, &c. ut, Ter. *Tu isti narrato omnem rem ordine*. Ovid. *Et patria rigidâ mente negavit opem*.

4. Auferendi: *Aufero, adimo, eripio, eximo, demo, surripio, detraho, excutio, extorqueo*, &c. ut, Cic. *Inimici mei mea mihi, non me ipsum, ademerunt*. Senec. *Eripere vitam nemo non homini potest; At nemo mortem*.

5. His denique addi potest infinitus penè, nec ullis certis classibus comprehendendus verborum activorum numerus: ut, *Facio tibi injuriam, Habere alicui fidem, Ago vobis maximas gratias, Gerere alicui morem, Venienti claudere portas*, Ovid. *Odi ego aurum, multa multis sæpè suasit perperam*, Plaut. Plurima denique ex activis & præpositionibus AD, IN, OB, PRÆ, SUB, composita: ut, *Addo, adfero, adjicio, adjungo: Infigo, injungo, inscribo, infero, irrogo: Oppono, offero, offundo, objicio: Præcludo, præfacio, præparo, præscribo: Subdo, subjugo, submitto, suppono, &c.* de quibus exempla passim occurrunt.

NOT. 1. *Comparo, compono, confero*, sæpiùs cum ablativo & præpositione cum construuntur: ut, Cic. *Ut hominem cum homine compararetis*. Quintil. *Causam nostram cum adversarii causâ componimus*. Cic. *Conferte hanc pacem cum illo bello*.

NOT. 2. Verba auferendi haud rarò ablativum recipiunt, cum præpositionibus, A, AB, DE, E, EX: ut, Cic. *Ab hoc abaci vasa omnia abstulit*. Id. *Eripite nos ex miseriis*. Plaut. *De magnis divitiis si quid demas, plus fit, an minus?* Interdum apud Poëtas sine præpositione: ut, Virg. *Vaginâque eripit enses*. Ovid. *Demptum tenet arbore pomum*.

NOT. 3. In quibusdam structura commutatur: ut, *Affare alicui venenum*, Auct. ad Herenn. *aliquem veneno*, Virg. & Ovid. *Aspergere labem alicui*, Cic. *aliquem labe*, Id. *Circundare oppido mœnia*, Id. *oppidum mœnibus*, Id. *Donare alicui rem*. Hor. *aliquem re*, Cic. *Impertire alicui solutem*, Cic. *aliquem salute*, Ter. *Inducere sibi vestem*, Cic. *sè veste*, Id. *Intercludere alicui commeatum*, Plaut. *aliquem commeatu*, Crf. *Mactare Deo hostiam*, Ovid. *Deum hostid*, Cic. *Prohibere alicui rem*, Plaut. *aliquem re*, Cic. *aliquem à re*, Id. *Restituere alicui sanitatem*. Plin. *aliquem sanitati*, Id.

NOT. 4. Plurima denique sunt, quæ dativum permutant præpositione cum suo casu: ut, *Mittere, scribere epistolam alicui, vel ad aliquem; Imprimere aliquid animo, in animum, & in animo; Inducere soleas pedibus, & in pedes; Intendere telum alicui, & in aliquem; Rescribere literis, & ad literas; Suspendere aliquid arbori, in arbore, de arbore; Lucidare ari, in as, & in are*.

(3.) Duos Accusativos regentia.

30. *Celo petit geminos, & verba rogantia quartos, Quæque docere notant: alias sed & omnia formas Sumere structuræ, quas carmine dicere nobis Haud facile est, glossæ monstrabunt ritè sequentes.*

I. *Celo*, cum verbis rogandi & docendi, duos admittunt accusativos, priorem personæ, posteriorem rei.

1. *Celo*: ut, Ter. *Ea ne me celet, consuefecit filium*.

2. Verba rogandi: *Rogo, oro, exoro, obsecro, precor, posco, reposco, fla-*

flagito: ut, Mart. Cum rogo te nummos sine pignore, non habeo, inquis. Virg. Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes. Hor. Nec potentem amicum largiora flagito.

3. Verba docendi: *Doceo, edoceo, sedoceo, erudio: ut, Cic. Quid nunc te, asine, literas doceam? Plaut. Ego istam volo me rationem edoceas. Stat. Et quæ te leges præceptaque fortia belli Erudiit genitrix.*

II. In his omnibus structura variat. Nam

1. Dicimus etiam, *Celo tibi rem, & Celo te de re: ut, Nep. Id Alcibiadi diutius celari non potuit. Cic. Bassus noster me de hoc libro celavit.*

2. Verba tum rogandi, tum docendi, nomen sæpissimè ablativo tribuunt; illa personæ, cum præpositionibus *A, AB, vel EX;* hæc rei cum præpositione *DE:* ut, *Plaut. Ab amico alicunde argentum roges. Cic. Quid acta tua vita, quid studia à te flagitent, tu videbis. Id. Quid est tam arrogans, quàm de rebus divinis collegium pontificum docere? Sallust. De itinere hostium Senatum edocet.*

3. *Instruo, instituo, formo, informo* aliquem artibus, absque præpositione serè semper dicuntur. Item, *Imbuo* aliquem artibus, vel præceptis; *vix in, vel ab artibus.*

NOT. 1. Sunt alia verba, quibus gemini accusativi, alter personæ, alter rei juncti reperiuntur: ut, *Ter. Argentum, quod habes, condonamus te. Cic. Literas ad te à M. Lepido Consule, non quæ te aliquid juberent, sumpsimus. Ter. Scin' quid ego te volebam?*

NOT. 2. Plurima verba activa sunt, quæ duos accusativos sibi adsciscunt ad eandem rem personamve pertinentes: ut, *Cic. Præsta te virum, Ter. Mæcepere arbitrum. Juv. Sed te nos facimus, Fortuna, Deam. Ovid. Peti hanc Saturnia munus. Plin. Africam Græci Libyam appellavere.*

APPENDIX ad tres regulas præcedentes.

31. Quorum vox binos casus activa recepat, His quoque posterior poterit patientibus addi.

Quorum activa duos casus regunt, eorum passiva posteriorem retinent. Hoc igitur pacto,

1. Passiva accusandi, absolvendi, &c. retinent genitivum vel ablativum: ut, *Cic. Quod in ipso judicio, ejus ipsius cupiditatis, cujus insimularetur, suspicionem auget. Id. Quo accusante P. Sextius damnatus est ambitus. Id. Itaque majestatis absoluti sunt per multi, Martial. Arguimur lenta crimine pigritia.*

2. Passiva comparandi, dandi, &c. retinent dativum: ut, *Cic. Parva magnis sæpè rectissime conferuntur. Lucr. Dolu' vulpibus & fuga cervis A patribus datur. Cæs. Ea res per fugitivos hostibus nunciatur. Propert. Eripitur nobis jampridem cara puella.*

3. Celor,

3. Celor, & passiva rogandi & docendi retinent accusativum rei: ut, Ter. *Nosne hoc celatos tam diu? sup. oportuit. Liv. Is primum rogatus est sententiam. Hor. Motus doceri gaudet Iónicos Matura virgo.*

4. Verba personalia ABLATIVUM regentia.

32. Verba volunt sexto pretium. Dabis at sine fixo
In patrio pluris, tanti, quanti, atque minoris;
Cum fixo in sexto. Patitur valeo quoque quartum.

Pretium rei à quovis verbo in ablativo regitur: ut, Plin. *Viginti talentis unam orationem Isocrates vendidit. Plaut. Non emam vitiosâ nuce. Liv. Multo sanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit. Id. Sextante sal & Roma & per totam Italiam erat.*

Exc. Excipiuntur hi genitivi, tanti, quanti, pluris, minoris: ut, Cic. *Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit. Id. Vendo meum non pluris quàm ceteri; fortasse etiam minoris.*

✕ At si substantivum addatur, ablativo tantum utendum: ut, Cic. *Domus referta vasis Corinthiis, in quibus est authepsa illa quam tanto pretio nuper mercatus est. Liv. Hic miles magis placuit, quum pretio minore redimendi captivos copia fieret.*

✕ Valeo, cum ad pretium refertur, longè quidem frequentius ablativum recipit; ut, Plin. *Ita ut scrupulum valeret sestertiis vicenis. Interdum & accusativum admittit: ut, Varro, Denarii dicti, quod denos aris valebant, quinarii quod quinos.*

NOT. [1.] Magno, permagno, parvo, paululo, minimo, plurimo, sæpe sine substantivo reperiuntur: ut, Senec. *Parvo fames constat, magno fastidium. Cic. At permagno decumas ejus agri vendidisti. Ter. Quid agas, nisi ut te redimas captum quàm queas Minimo: si nequeas paululo. at quanti queas. Cic. Frumentum suum quàm plurimo venditurus.*

NOT. 2. In quibusdam plùm adverbialiter loqui licet, Emi carè, carius, carissimè; denè, melius, optime; male, pejus, vilius, vilissimè: ut, Brut. ad Cic. *Valde carè æstimas tot anser, quot ista ætas recipit. Cic. Emit domum prope dimidio carius, quàm æstimabat. Plin. Quicquid per asellam fieri potest, vilissimè constat.*

NOT. 3. Ablativus pretii non propriè à verbis ipsis, sed ab intellecta præpositione PRO regitur, quod etiam nonnunquam, sed rarissimè, exprimitur: ut, Liv. *Dum pro argenteis decem aureus unus valeret. Lucil. Plures faras vendunt quod pro minore emgam,*

APPENDIX de verbis *Æstimandi*.

33. *Æstimo, taxo, puto*, quæque his sunt consona sensu,
 Antè dabunt dictos patrios, cum *plurimi, & assis*,
Et magni, parvi, nihili, floccique, pilique,
 Et similes. *Æqui facio cum consulo* poscunt,
 Atque *boni*. Quædam poteris & ponere sexto.

I. Verba *æstimandi*, præter prædictos genitivos, *tanti, quanti, pluris, minoris*, hosce etiam genitivos admittunt, *Magni, parvi, maximi, minimi, plurimi*; item, *assis, nihili, nauci, flocci, pili, teruncii, hujus*.

Verba autem *æstimandi* sunt, *Æstimo, existimo, duco, facio, habeo, pendo, puto, taxo*: ut Cic. *Magni æstimabat pecuniam*. Ter. *Tu fortasse quid me fiat, parvi pendis*. Id. *Merito te semper maximi feci, Chreme*. Plaut. *Abiit, neque quod dixi, flocci existimat*. Ter. *Tu quod te posterius purges, hujus non faciam*. Senec. *Tanti quodque malum est, quanti illud taxavimus*.

II. Singularia sunt, *ÆQUI, BONIQUE, vel ÆQUI BONI FACIO; BONI CONSULO*: ut, Ter. *Equidem isthuc, Chreme, equi bonique facio*. Cic. *Tranquillissimus animus meus, qui totum isthuc equi boni facit*. Senec. *Hoc munus, rogo, qualecunque est, boni consulas*.

III. Interdum verbum *æstimo* ablativos adsciscit, *magno, permagno, parvo, nihilo*: ut, Senec. *Data magno æstimas, accepta parvo*, Cic. *Tu ista permagno æstimas*. Id. *Quia sit non nihilo æstimandum*.

NOT. Dicitur etiam, *Pro nihilo habeo, puto, duco*.

34. *Copia* cui verbum dedit aut *penuria* nomen,
 Crebrius exoptat sextum: quandoque secundum.
Ast onero, privo, ligo, vestio, libero, solvo,
 Cum *fociis*, gaudent propè solun fumere sextum.

I. Verba *copiæ & inopiæ* plerumque ablativum regunt.

1. Verba *copiæ* sunt, *Abundo, affluo, exuberare, redundo, scateo*: item, *Impleo, compleo, expleo, repleo, fituro, refertio, ingurgito, & similia*: ut, Ter. *Quasi is non divitiis Abundet, gnatus ejus profugit inopiâ*. Cic. *At miser, si in vitiosa & flagitiosa vita afflueret voluptatibus*. Virg. *Implevisque meo pateram*. Id. *Nec cysifo saturantur apes, nec fronde capelle*.

2. Verba

2. Verba inopiæ sunt, *Careo, egeo, indigeo, vaco*, pro *careo*: item *affliva, deficior, destitutor*: ut, Cic. *Carere debet omni vitio, qui alterum paratus est dicere*. Virg. *Non tali auxilio, nec defensoribus istis, Tempus eget*. Cic. *Nulla vita pars vacare officio potest*.
I. *Abundat audaciâ, consilio & ratione deficitur*.

II. Ex his *egeo & indigeo* genitivo frequenter junguntur: ut, Cic. *gravitas morbi facit, ut medicina egeamus*. Id. *Non tam artis ingent, quàm laboris*. * Interdum etiam *impleo & compleo*: ut, Liv. *valenter adolescentem sua temeritatis implet*. Cic. *Cum completus sum mercatorum carcer esset*. * Et apud vetustiores, *careo, scateo, saturo, obsaturo*: ut, Ter. *Omnes mihi labores fuere, quos cepi, le- res; Præterquam tui carendum quod erat*. Lucr. *Ita ad satietatem terra ferarum Nunc etiam scatet*. Plut. *Ha res vita me, soror, satuant*. Ter. *Na tu propediem, Ut istam rem video, istius obsaturabere*.

NOT. 1. *Careo & egeo* apud antiquiores cum accusativo etiam reperiuntur: ut, Plaut. *Quia id quod amo, careo*. Cato ap. Gell. *Vitio vertunt, quia multa egeo*.

NOT. 2. Ablativus cum verbis copix aut inopiæ junctus, non ab ipsis regitur, sed à præpositione aliquâ intellectâ, quæ nonnunquam & expressa invenitur: ut, Mart. *Hos nisi de flava loculos implere moneta, Non decet: argentum vilia ligna ferant*. Liv. *Ne quando à metu ac periculis vacarent*. Ovid. *Deficior prudens artis ab arte mea*.

III. Verbis prædictis affinia sunt verba onerandi & levandi, astringendi & solvendi: item, privandi, vestiendi, & alia his similia, quæ ablativum ferè semper absque præpositione sortiuntur.

1. Verba onerandi & levandi: *Onero, cumulo, premo, opprimo, bruo*: & *levo, exonero*: ut, Virg. *Naves, quæ sortè parata, Corripiunt, onerantque auro*. Cic. *Epistola tua non me solum, sed meos omnes agritudine levavit*.

2. Astringendi & solvendi: *Astringo, ligo, alligo, devincio, impedio, irretio, illaqueo, &c.* item, *solvo, exsolvo, libero, laxo, expedio*: ut, Cic. *Una atque altera ætas potest totam Galliam sempiternis vinculis astringere*. Virg. *Ergo omnis longo solvit se Teucris luctu*.

3. Privandi: *Privo, nudo, orbo, spolio, fraudo, emungo*: ut, Cic. *Tunc eam Philosophiam sequere, qua confundit vera cum falsis, spo- liat nos judicio, privat approbatione, omnibus orbat sensibus*? Ter. *Emunxi argento senes*.

4. Vestiendi: *Vestio, amicio, induo, cingo, tego, velo, corono, calceo*; & contraria, *exuo, discingo*: ut, Cic. *Natura oculos tenuissimis membranis vestivit & sepsit*. Plin. *Ut alii calcearent soccis*. Mart. *Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo*.

NOT. Verbis liberandi & solvendi sæpè additur præpositio *a* vel *ex*: ut, Cic. *Arce[m] urbis ab incendio ac flamma liberavi*. Liv. *Laxare animum à laboribus*. Auct. ad Herenn. *Solvere bellum ex catenis*.

35. Dant sextum casum *Vescor, fruor, utor, abutor, Gaudeo, cum fungor, nascor, communico, dignor, Prosequor, afficio, fido, beo, victito, docto, Sto, creor, & nitor, potior, cum spargere, muto, Constat & impertit, quæ pluraque prosa recludet: Structuræ varius sed in his quoque cernitur usus.*

Hæc verba singularia, *Utor, abutor, fruor, fungor, potior, vescor* cæteraque in regula memorata, ablativum postulant: ut, Virg. *Ute re sorte tuâ.* Cic. *Quousque tandem abutere, Catilina, patientiâ nostrâ.* Id. *Si pace frui volumus, bellum gerendum est.* Id. *Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectâ perfectio functus est munere.* Virg. *Egressi optatâ potiuntur Troës arenâ.* Cic. *Quæ est in hominibus tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur?* Lucan. *Gaudet patientia duris.* Hor. *Nasce matre pudendâ.* Plaut. *Communicabo te semper mensâ meâ.* Ovid. *Qualemcunque igitur veniam dignare libellum.* Cic. *Gratâ eorum virtutem memoriâ prosequi quæ pro patria vitam profuderunt.* Id. *Magnâ lætitiâ populum Rom. cunctam Italiam, nationes omnes affecit.* Ovid. *Non aper irasci meminit, non fidere cursu Cerva.* Hor. *Fundet opes, Latiumque beabit divite linguâ.* Plaut. *Mirum est lolio victitare te, tam vili tritico.* Virg. *Hoc juvenem egregium præstanti munere donat.* Cic. *M. Gracilius legatus actionem se daturum negavit, re judicatâ stari ostendit placere.* Hor. *Fortes creantur fortibus & bonis.* Claudian. *Virtute decet, non sanguine niti.* Virg. *Spargite humum foliis.* Hor. *Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.* Quinct. *Medicina, ut quibusdam placet, tota constat experimentis.* Suet. *Neque adveniens, neque proficiscens, quenquam osculo impertivit, ac ne resalutatione quidem.*

His addi possunt, *Assuesco, amplector, complector, comprehendo, incesso, insector, munero, remuneror, supersedeo.* Item, *glorior, lator, oblecto, delector, labero, pro male me habeo, conficior, confictor, periclitor, pascor, epulor:* quorum tamen pleraque ad regulam instrumenti, causæ & modi revocari possunt: ut, Cic. *Assuescere labore.* Id. *Amplecti verbis.* Id. *Compleri benevolentia.* Id. *Comprehendere memoriâ.* Tac. *Incessere telis.* Cic. *Insectari malis.* Id. *Munerare re aliquâ.* Cæsar. *Remunerari premio.* Cic. *Supersedere veterum multitudine.* Sic, *Gloriari alienis bonis, Latari omine, Oblectare se ludis, Delictare literis, Laborare febri, Confici morore, Confictori moris, Periclitari capite, Pasci cibo, mendicato,* Ovid. *Epulari dapibus opimis,* Virg.

NOT. 1. *Potior, fungor & vescor, interdum accipiuntur & apud vetustiores etiam utor, abutor & fruor ut cum doleam, si ad decem millia annorum gentem aliquam usque porituram putem.* Tac. *Ut suprema erga memorem fidem muneratur.*

fungerentur. Tibul. Sic usque sacras innoxia laurus Vestar. Ter. Mea, qua prater spem evenere, utantur sine. Id. In prologis scribundis operam abutitur. Id. Non licere meo modo ingenium frui?

NOT. 2. Potior etiam frequenter gentivum admittit: ut, Cic. *Si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri.* Sall. *Se tertium, cui fatum foret urbis potiri.* Cæf. *Totius Gallie sese potiri posse sperant.* * Et POTIRI RERUM, pro summam imperii administrare, semper dicimus, non res, aut rebus: ut, Cic. *Dum civitas Atheniensium rerum potita est.*

NOR. 3. In aliis quoque constructio variatur. Nam, *Dono te equo, dicimus, & Dono tibi equum. Aspergere sale carnes, & Aspergere salem carnibus. Impertire aliquem salute, & alicui salutem.* Et, *Communicare rem aliquam cum aliquo;* raro, *aliquem re aliqua;* nunquam verò, *Communicare rem aliquam alicui.*

NOT. 4. Quibusdam, ut *consto, luboro, nitor, glorior,* præpositio sæpè additur: ut, Cic. *Cum constemus ex animo & corpore.* Id. *Cum decimum jam diem graviter ex intestinis laborarem.* Id. *Cujus in vita mitebatur salus civitatis.* Id. *In virtute rectè gloriamur.* Id. *De tuis divitiis intolerantissimè gloriari.*

NOT. 5. *Epulor & pascor* cum accusativo nonnunquam junguntur: ut, Plin. *Pullos earum (asinarum) epulari Macenas instituit.* Virg. *Pascuntur silvas.*

§ 2. Regimen VERBORUM IMPERSONALIUM.

36. Pleraque verba petunt impersonalia ternum.

Verbum impersonale regit dativum: ut, Ter. *Aliis si licet, tibi non licet.* Virg. *Insanire libet quoniam tibi.* Hor. *Non cuivis homini contingit adire Corinthum.* Plin. *Corpus augere volentibus conducit inter cibos bibere.* Cic. *Omniis bonis expedit salvam esse rempublicam.* Ovid. *Non vacat exiguis rebus adesse Jovi.* Plaut. *Ubi eris? Ubicunque libitum fuerit animo meo.*

NOT. [1.] Verbis impersonalibus, unà cum dativo, plerumque subjungitur infinitivus, qui nominativi à fronte locum supplet: ut, hoc Ovidii, *Cui peccare licet, peccat minùs,* idem ferè sit, quod, *Cui peccatum licet.* Sic illud è Cicerone modò adductum, *Omniis bonis expedit,* &c. idem valet, ac, *Salus reipublica expedit omniis bonis.*

NOT. 2. Dativus sæpè intelligitur: ut, Cic. *Sexcenta licet ejusmodi proferre,* supple nobis. Ter. *Faciat quod lubet,* sc. sibi. Id. *Apparet servum hunc esse domini pauperis,* sc. omniis. Virg. *Stat casus renovare omnes,* sc. mihi.

NOT. 3. Impersonalia interdum personaliter usurpantur in tertia singulari, præsertim cum pronominibus, id, hoc, illud, quod & similibus: ut, Cic. *Sin tibi id minas libebit, non te urgebo.* Id. *Non idem mihi licet, quod iis qui nobili genere nati sunt.* Id. *Si habes, quod liqueat, neque respondes, superbis.*

¶ Hic in memoriam revocanda sunt, quæ de Impersonalibus in Etymol. lib. iii. cap. 2. reg. 7. traduntur.

EXCEPTIO I.

37. *Intererit casu gaudet refertque secundo:*
At Mea cum lociis plurali ponito quarto.

I. *Refert & interest* genitivum postulant: ut, Quinctil. *Plurimum refert compositionis, qua quibus anteponas.* Cic. *Interest omnium recte facere.*

II. *At Mea, tua, sua, nostra, vestra,* ponuntur in accusativo plurali: ut, Cic. *Et tua & mea maximè interest te valere.* Id. *Hic sua putat interesse, se re ipsa & gesto negotio, non lege, defendi.* * *Cuja autem, vel cujus interest, ex æquo ferè dicitur: ut, Cic. Ea cades si potissimum crimini datur, detur ei cuja interfuit, non ei cuja nihil interfuit.* Id. *Quis enim est hodie, cujus intersit istam legem manere?*

NOT. 1. *Refert & interest* admittunt etiam hos genitivos quantitatis, seu æstimationis, *Tanti, quanti, magni, permagni, parvi, pluris:* ut, Cic. *Magni interest mea, unà nos esse.* Id. *Parvi refert abs te ipso jus dici æquabiliter & diligenter, nisi idem ab iis fiet, quibus tu ejus muneris aliquam partem concesseris.*

NOT. 2. Nonnunquam nominativos, non modò pronominum, *quid, quod, id, hoc, illud, &c.* sed etiam alios, tanquam verba personalia, recipiunt: ut, Ter. *Tua quod nihil refert, percontari desinas.* Cic. *Illud mea magni interest, te ut videam.* Id. *Non quo me interest loci natura.* Lucr. *Usque adeò magni refert studium atque voluntas.* Plin. *Incessus in gravida refert.*

NOT. 3. Assumunt frequenter hæc adverbia vel adverbialiter sumpta, *Tantum, quantum, multum, plurimum, infinitum, parum, maximè, minimè, & similia:* ut, Juvenal. *Plurimum enim intererit quibus artibus aut quibus hunc tu Moribus instituas.* Mart. *Multum, crede mihi, refert, à fonte bibatur Que fluit, an pigro que stupet unda lacu.*

NOT. 4. Interdum, loco genitivi, accusativum cum *ad* recipiunt: ut, Cic. *Magni ad honorem nostrum interest, quàm primùm ad urbem me venire.* Plaut. *Quam ad rem istuc refert.* * *Rariùs dativum:* ut, Plaut. *Quoi rei id te assimulare retulit?* Hor. *Dic quid referat intra Natura fines viventi jugera centum, an Mille aret?*

NOT. 5. Interdum absolutè ponuntur: ut, Virg. *Neque enim numero comprehendere refert.* Plin. *Seri etiam radices illius sinit interest.*

EXCEPTIO II.

38. *Pœnitet, & tædet, miseret, pudet, & piget* optant
Personam in quarto jungi sibi, rem genitivo.

Hæc quinque, *Miseret, pœnitet, pudet, tædet & piget* regunt accusativum personæ, cum genitivo personæ vel rei: ut, Plaut. *Miseret te aliorum, tui te nec miseret, nec pudet.* Cic. *Ut eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum pœniteret.* Ter. *Non te hominem pudet?* Sall. *Me civitatis morum piget tædetque.*

NOT. [1.]

NOT. [1.] Genitivi locum sæpè supplet infinitivus: ut, Senec. *Quem pœnitent peccasse, pœne est innocens; pro, pœnitent peccati.* Sic, Ter. *Te id nullo modo puduit facere; pro quo idem, Ipsius facti pudet.* * Vel membrum aliquod orationis: ut, Cic. *Se pœnitere ait, quod animum tuum offenderis.* Id. *Non pœnitent me quantum profecerim.*

NOT. 2. Accusativus personæ sæpè intelligitur: ut, Hor. *Scelerum si bene pœnitent, Eradenda cupidinis Pravi sunt elementa, supple nos.* Id. *Nec lussisse pudet, sed non incidere ludum, sc. me.* Virg. *Tadet pelagi perferre laborem, sc. eas, vel Troadas.*

NOT. 3. Nonnunquam hæc verba personaliter accepta reperiuntur, præsertim cum pronomine, hoc, id, quod, &c. ut, Lucr. *Ipsæ sui miseret.* Plaut. *Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitent.* Ovid. *Præcipue nostrum est, quod pudet, inquit, opus.* Plaut. *Nimio id quod pudet facilius fertur, quam id quod piget.*

EXCEPTIO III.

39. Delectat, juvat, atque decet, da quarto, & oportet.

Hæc quatuor, *Decet, delectat, juvat, oportet*, regunt accusativum personæ cum infinitivo: ut, Ter. *Omnia prius experiri, quam armis sapientem decet.* Hor. *Me pedibus delectat claudere verba.* Propert. *Me juvat in prima coluisse Heliconæ juvenia.* Quintil. *Mendacem memorem esse oportet.*

NOT. 1. Ex his tria, *Decet, delectat & juvat*, frequenter, *oportet* verò rarissime, in tertiis personis personaliter construuntur: ut, Val. Flacc. *Haud tales decet inclementia vultus.* Hor. *Parvum parva decet.* Cic. *Me status hic reipublicæ non delectat.* Id. *Litteræ tuæ incredibiliter me delectant.* Juv. *Si damnosa senem juvant alea, ludit & beres.* Mart. *Otia me somnusque juvant.* Cic. *Est aliquid quod non oporteat, etiamsi liceat.* Ter. *Hæc facta ab illo oportebant, Syre.*

NOT. 2. *Decet* quandoque pro accusativo dativum adsciscit: ut, Ter. *Ita nobis decet.* Sall. *Locum editiorem, quam victoribus decebat, capis.* Gell. *Adolescens præfatur elatius quam ætati ejus decebat.*

NOT. 3. *Oportet* eleganter cum substantivo, suppresso ut, jungitur: ut, Cic. *Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio.* * Item cum participiis præteriti temporis, intellecto esse vel fuisse: ut, Ter. *Adolescenti morem gestum oportuit.* Id. *Nonne prius communicatum oportuit?* Id. *Ut ut erat, mansum tamen oportuit.*

NOT. 4. *Fallit, fugit, præterit, latet*, impersonaliter sumpta, itidem cum accusativo & verbo infinito construuntur: ut, Cic. *In lege nullâ esse ejusmodi caput, nonte fallit.* Id. *De Dionysio fugit me ad te antea scribere.* Plin. Jun. *Nec me præterit usum & esse & haberi optimum dicendi magistrum.* Plin. Sen. *Latet plerisque, compertum à principibus doctrinæ viris, superiorum trium siderum ignes esse.*

EXCEPTIO IV.

40. Dicit sed spectat, vel pertinet, attinet ad me.

Hæc tria, *Attinet, pertinet & spectat*, non dativum, sed accusativum cum præpositione *ad*, postulant: ut, Ter. *Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet*. Cic. *Et ad tuam fidem, & ad rempublicam pertinet, me conservari*. Incert. *Spectat ad omnes bene vivere*.

APPENDIX I.

De Verbis PASSIVIS, aliisque ablativum cum præpositione recipientibus.

41. Passivis sextus dabitur cum præpositura

A vel AB: *Accipio, dispo, peto, differo, cesso, Expectat, removetque, aufert, cognataque junge.*

I. Verbis passivis subjicitur ablativus agentis, cum præpositione A, AB, vel ABS: ut, Hor. *Laudatur ab his, culpatur ab illis*. Cic. *Nihil est virtute amabilius, quam qui adeptus erit, ubicunque erit gentium, à nobis diligetur*. Cæs. *Meum factum probari abs te, triumpho gaudio*.

¶ Hic ablativus, cum præpositione, verbo passivo junctus, per inversionem fit verbi activi suppositum; uti contra, accusativus verbo activo additus transit in suppositum verbi passivi: ut, *Ego laudo te, Tu laudaris à me. Nos diligimus virtutem; Virtus diligitur à nobis, Gaudeo te probare meum factum; Gaudeo meum factum abs te probari.*

NOT. 1. Verba quædam neutra & deponentia ablativum itidem agentis cum præpositione A vel AB admittunt: ut, Ovid. *Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadat*. Cic. *Mare à Sole collucet*. Id. *Pbolaris non à paucis interit*. Lucan. *Quis nolet ab isto Ense mori?* Plin. *Rem atrocem Largius Macedo à servis suis passus est*.

NOT. 2. Verba passiva dativum nonnunquam, loco ablativi cum præpositione, recipiunt: ut, Virg. *Neque cernitur ulli*. Ter. *Meditata mihi sunt omnia mea incommoda*. Ovid. *Nulloque laudetur plusve minusve mihi*.

NOT. 3. Interdum accusativum admittunt, additâ præpositione PER: ut, Cic. *Non existimâram Metellum fratrem ob dictum capite ac fortunis per te oppugnatum iri*. Id. *Ter me quondam te socio defensa est respublica*.

NOT. 4. Interdum præpositio A vel AB, per Ellipsin supprimitur: ut, Ovid. *Deferor conjuge, pro à conjuge*. Sic Id. *Colitur linigerâ turbâ*. Senec. *Tunc & contra Stertimum Maximum, quo premebatur, dixit*.

NOT. 5. Multa sunt verba passiva, in quibus præpositio cum suo casu, non causam efficientem, sed simpliciter vel partem ex qua, vel locum sive terminum unde aliquid arcessitur, significat: ut, Liv. *Similius vero est, à Gallo hoste, quam Umbro, eam cladem acceptam*. Plaut. *Auferetur id premium à me, quod promissi per jocum?* Sall. *Quid à Pyrrho, Annibale, Philippoque defensum est aliud quam libertas?* Cæs. *Pecunia à municipiis exiguntur*. * Hæc autem verba ejus ferè naturæ sunt, ut tam in activa quam in passiva voce, eadem notione, A vel AB cum ablativo recipient. Nam eodem

dem prorsus sensu dicitur, *Accipere cladem ab hoste, Auferre præmium ab aliquo, Defendere libertatem ab hoste, Exigere pecunias a municipiis*. At de his aliisque ejusmodi, separatim mox dabitur dicendi locus.

NOT. 6. Passiva etiam recipiunt omnes casus activorum, præterquam accusativum sine præpositione: ut, *Servus accusatur furti, Gratia tibi aguntur, Frumentum emitur magno pretio*. ¶ At non item, sicut *Accusat filium*, ita *Accusatur filium*, dixeris.

II, Cum ablativo & præpositione A vel AB, terminum ferè unde aliquid proficiscitur, significante, construuntur hæc verba sequentia:

1. Accipiendi: *Accipio, capio, sumo, mutuo*; item, *adipiscor, insequor, impetro*, &c. ut, Cic. *Praclarum à majoribus morem accipimus*.

2. Distandi, differendi & dissentiendi: *Dissto, differo, dissentio, discedo, discrepo, discordo*: ut, Cic. *Vides quantum distet argumentatio tua ab re ipsa atque à veritate*.

3. Petendi, orandi & percontandi: *Peto, expeto, posco, percontor, scitor, sciscitor, rogo, oro, obsecro, precor, postulo, flagito, conendo, exigo*, &c. ut, Cic. *Ad te confugimus, à te opem petimus*.

4. Cessandi: *Cesso, desisto, quiesco, requiesco, tempero*: ut, Plin. *Nec aquarum natura à miraculis cessat*.

5. Exspectandi: *Exspecto, spero*, &c. ut, P. Syr. *Ab alio expectes, alteri quod feceris*.

6. Auferendi & removendi: *Aufero, rapio, surripio, furor, tollo, rem, removeo, arceo, prohibeo, pello, repello, propulso, revoco*: ut, Ter. *Minas triginta per fallaciam ab illo abstuli*. Huc refer & verba

Continendi: *Continueo, cohibeo, refreno*. Defendendi: *Defendo, munio, tego, tueor*. Deficienti: *Deficio, desisco, degenero*, &c. Quibus adde verba cum A vel AB composita: *Abigo, abstineo, amoveo, abduco, abrado, amitto, pro dimitto, avello, avoco*, &c.

7. Dimittendi, relegandi & disjungendi: *Dimitto, relego, disjungo, divello, segrego, separo*, &c. ut, Cæf. *His mandatis eum ab se dimittis*.

8. Emendi: *Emo, mercor, facneror, conduco*: ut, V. Max. *A piscatoribus verriculum trahentibus quidam jactum emerat*.

9. Multa alia diversæ significationis verba: ut, *Carveo, declino, despecto, Discedo, recedo: Afferro, do, reddo, fero, reporto: Incipio, ordior: Servo, custodio, vindico: Timeo, metuo, formido*, &c. Cic. *Regem monuerunt, à veneno ut caveret*.

NOT. 1. Plurima ex his sunt, quæ structurâ variant, aut aliam præpositionem admittunt. Nam (1.) Cum dativo sæpius construuntur verba auferendi, *Aufero, adimo, eripio*, &c. de quibus supra reg. 29. Item, nonnunquam verba arcendi, differendi & distandi, de quibus p. 35. (2.) Cum accusativo: ut, *Cavere aliquid*, pro quo & ab aliquo, & simpliciter aliquo dicitur. *Interdicere alicui aliquam rem*, & aliquid re. *Timere, metuere ab aliquo & aliquem*. Virg. *Suos requierunt flumina cursus*; pro, à suis cursibus. (3.) Cum gemino accusativo, verba rogandi, de quibus reg. 30. (4.) Cum infinitivo,

infinitivo, *Prohibeo, cesso, desino*. (5.) Cum subjunctivo, & particulis vel *ne*, verba orandi, petendi & timendi: cum *ne*, *prohibeo, interdico*, (*ne* plerumque omisso) *caveo*: cum *quin* & *quo minus*, eadem *interdico* & *prohibeo*. *Nemo interdicat quin*. *Nihil prohibet quo minus*. Sic, *Vix contineo me quo inoleam in capillum*. Ter. *Nequeo mihi temperare quo minus unum exemplum antiquitatis afferam*, Plin. Denique cum indefinitis particulis, *an, num, utrum*, &c. verba percontandi.

Rursus cum aliis præpositionibus (1.) *Cum*: ut, *Differre, discrepare, dissentire, cum aliquo*, pro, *ab aliquo*: item, *inter se*. (2.) *De*: ut, *Emo, redimo, declino, despecto*. (3.) *Ex*, pro *a*: ut, *haurio, fumo, habeo, percontor, sector, sciscitor*. (4.) *De* vel *ex*: ut, *Audio, moveo, dimoveo, pello, aufero, tollō, cedo, colligo*; item *quaro*, cum interrogandi significationem habet. (5.) Sine præpositione, *Arceo, prohibeo, intercludo, moveo, pello, cedo, desisto, sepono, submoveo*: item, *Abdico* & *supersedeo*, quæ præpositionem expressarum respuunt: ut, *Abdicare se magistratu, Supersedere labore*. Ut ea omittat quæ cum *a* vel *ab* composita (ut, *Abalieno, abduco, abrado, abstineo, avellō, avoco*, &c.) ablativum vi præpositionis verbo comprehensæ regere existimantur.

NOT. 2. Adjectiva quædam diversitatis & ordinis, qualia sunt, *alius, alter, alienus, diversus*; & *secundus, tertius*, &c. ablativum similiter cum *a* vel *ab* adiscunt: ut, Cic. *Nec quicquam aliud à libertate communi nos quaesivi exitus declarat*. Virg. *Tu nunc eris alter ab illo*. Cic. *Alieno à te animo fuit Hirt*. *Ut sacerdos ejus Deæ majestate, imperio & potentia secundus à Rege habeatur*.

III. Verba contendendi: ut, *Contendo, certo, bello, pugno*: item jungendi & cœcundi: ut, *Jungo, conjungo, concumbo, cœo, misceo*. ablativum petunt eum præpositione *cum*: ut, Ovid. *Pedibus contendite mecum*. Cic. *Cœpit adolescentes docere, & prudentiam cum eloquentia jungere*.

NOT. In his constructio variat. Nam (1.) Frequenter dicimus, *Contendere, certare*, &c. *contra* vel *adversus* aliquem; item, *inter se*; & apud Poëtas, *Contendere, certare*, &c. *alicui*. Vid. suprà p. 35. (2.) *Jungo, conjungo*, usitate etiam dativum adiscunt: & poeticè, *concumbo, cœo, misceo*. Vid. ibid.

IV. Ablativum cum *de* recipit verbum *mereor*: ut, *Bene vel male mereri de aliquo*. Item, *Facio, fit, erit, futurum est*: ut, Nep. *Miserunt Delphos consultum quidnam facerent de rebus suis*. Ter. *De fratre quid fiet?* At sæpius omisâ præpositione: ut, Cic. *Quid hoc homine faciatis?* Id. *Quid Tulliolâ meâ fiet?* Ter. *Quid te futurum censes?*

V. Ablativus cum præpositione *ex* subjicitur verbis intelligendi, *Intelligo, sentio, cognosco, conjicio, disco, percipio, colligo, audio*: ut, Cic. *Intellexi ex tuis literis, te ex Turannio audisse, à me provinciam fratri traditam*. Id. *Ea certissima putabo quæ ex te cognoro*.

¶ De his in universum notanda duo:

1. Præpositio, vel alioqui verbi constructio mutata, sæpè ejus significationem mutat. Ex gr. * *Audire ex aliquo*, auditionis principium sive ortum; *Audire de aliquo*, objectum sæpius notat. * *Cognoscere ex aliquo*, i. e. ab eo certiore fieri; *De aliquo*, i. e. de eo judicare. * *Mereri aliquid, To de-*

serve

serbe a thing: *Mereri de aliquo, To deserve of one.* * *Sentire cum aliquo, To be of one's Opinion: Sentire de aliquo bene vel male. To think well or ill of him.* * *Timere, metuere aliquem, sive ab aliquo, To be afraid of one: Timere, metuere alicui, sive pro aliquo, To be afraid or concerned for him.*

2. Non quævis verba ejusdem significationis eandem continuò structuram habent. Sæpè enim significatio verborum una, constructio diversa. Sed hæc ad usum referenda sunt, cui in tanta talium copia multa relinquere necessàriò cogimur.

APPENDIX. II.

De Impersonalibus PASSIVÆ vocis:

1. Impersonalia passivæ vocis, vel ponuntur absolutè: ut, *Ter. Quid agitur? Statuer.* *Cic. Ab hora tertia bibedatur, ludebatur, vomebatur.* *Virg. Ufque adeo turbatur agris.*
2. Vel post se verborum personalium casum recipiunt, præter accusativum activæ vocis: ut, *Cic. Ut majoribus natu assurgatur, ut supplicum misereatur.* *Ovid. Nec mihi parcat: puero parcat Iulo.* *Virg. Itur in antiquam silvam.* *Liv. Haud ita multò post pestilentia laboratum est.*
- NOT. 1. Hinc sequitur; Verba, quæ cum solo dativo construuntur, in passiva voce impersonaliter tantum adhiberi posse: ut, *Cic. Quibus viris maximè applaudatur, neminem vestrum fallit.* Id *Quia non modò non invidetur illi atati, sed etiam favetur.* Id. *Ejus orationi vehementer ab omnibus reclamatum est.* Non verò, *Qui viri maximè applaudantur, Illa atas non invidetur, sed favetur, Ejus oratio reclamata est.*
- NOT. 2. Impersonalia passiva, à verbis neutris venientia, interdum fiunt personalia, præposito ejusdem vel cognatæ significationis nominativo: ut, *Cursus curritur, vita vivitur, servitus servitur:* eadem sciz. ratione, quâ, voce activâ, *Curro cursum, Vivo vitam, Servio servitutem,* dicuntur. Sic. *Cic. Pugna illa quæ cum Rege summâ contentione pugnata est.* *Hor. Libenter hoc & omne militabitur Bellum in tua spem gratia.* *Ovid. Jam tertia vivitur atas.*
- NOT. 3. Hæc sex, *Potest, incipit, desinit, debet & solet,* verbis impersonalibus, tam passivis quàm aliis, juncta, fiunt & ipsa impersonalia: ut, *Quin& Perveniri ad summa, nisi ex principiis, non potest.* *Justin. Pigre eum facti caput.* *Cic. Nec verò universo generi humano solum, sed etiam singulis à Deo consuli & provideri solet.* * Et in infinitivo, præeunte alio verbo: ut, *Cic. Negat jucunde posse vivi, nisi cum virtute vivatur.*

§ 3. Regimen INFINITIVI, PARTICIPIORUM, GERUNDIORUM & SUPINORUM.

1. De Constructione INFINITIVI.

- 42 Per multis verbis infinitivus adhæret:

Huic quoque non rarò præmissum mobile cernes.

I. Unum verbum regit aliud in Infinitivo. Vel sic,

Quandocunque duo verba, sine conjunctione vel expressâ vel intellectâ, junguntur, alterum est modi infiniti: ut, Plaut. *Improbus est homo, qui beneficium scit sumere, & reddere nescit.* Cic. *Q. mentiri solet, pejerare consuevit.* Sall. *Nonne emori per virtutem praeſtat, quàm vitam per dedecus amittere.*

II. Infinitivus etiam haud rarò nominibus adjectivis subijcitur præcipuè apud Poëtas: ut, Quintil. *Lycricorum Horatius serè solus legi dignus.* Liv. *Insueti verà audire ferocior oratio visa est.* Hor. *Indociles pauperiem pati.* Ovid. *Sed puer est; atas mollis & apta regi.*

III. Sæpè etiam & à substantivis pendet: ut, Virg. *Et jam tempus equum fumantia solvere colla.* Ovid. *Signa dedi venisse Deum.* Cic. *In spem venio appropinquare tuum adventum.* Cæſ. *Consilium capit omnem à se equitatum noctu dimittere.*

NOT. 1. Verbum vel nomen regens interdum reticetur: ut, Virg. *Mene incepto desistere victam?* sc. *deceat*, vel *par est*. Cic. *Me miserum! te in tantarum arum propter me incidisse!* sc. *aquum erat*, vel *oportuit*. Ter. *Adeon' hominem esse invenustum, aut infelicem quenguam, ut ego sum!* sc. *credibile est*. * Item in his, *Videre est, Animadvertere est, Reperire est*; supple, *Facultas, potestas, copia, vel simile*. Sic, Virg. *Negue est te fallere cuquam.* Ovid. *Licet, quod tangere non est, Adspicere.* Hor. *Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est.* Liv. Verbo objecta verbo negare fit.

NOT. 2. Intelligitur interdum & ipse infinitivus: ut, Cic. *Socratem fidibus docuit*, sc. *canere*. Sall. *Postquam ei provinciam Numidiam populus jussit*, sc. *dari*. Cic. *Cogito in Tusculanum*, sc. *proficisci*.

NOT. 3. De accusativo què ante se postulat infinitivus, dictum supra, reg. 4.

APPENDIX.

De INFINITIVI natura & usu.

I. Non ineptè hic modus à veteribus quibusdam VERBI NOMEN est appellatum. Est enim (si non verè ac semper, quod nonnulli volunt, nomen substantivum) significatione certè ei maximè affinis; ejusque vices sustinet per omnes casus. Et quidem manifestè substantivum videtur, cum adjectivum ei additur neutri generis: ut, Cic. *Cum vivere ipsum turpe sit nobis.* Pers. *Velle suum cuique est.* Cic. *Totum hoc displicet philosophari.* Petron. *Meum intelligere nullâ pecuniâ vendo.* Item, absque adjectivo: ut, Ovid. *Posse loqui eripitur*, i. e. *potestas loquendi*. Plaut. *Hic vereri perdidit*, i. e. *verecundiam*. Cic. *Loquor de docto homine & erudito, cui vivere est cogitare*, i. e. *cujus vita est cogitatio*.

¶ Omnium autem casuum locum supplet:

(1.) Nominativi: ut, Cic. *Latrocinari, fraudare, adulterare turpe est*, i. e. *latrocinium, fraus, adulterium*. Hor. *Virtus est vitium fugare*, i. e. *fuga vitii est virtus*. Cic. *In quem cadit misereri, in eundem etiam invidere*, i. e. *miseri-cordia & invidia*.

(2.) Genitivi: ut, Virg. *Soli cantare periti Arcades*, pro, *cantandi*, seu *cantus*. Stat. *Auditas memor demittere voces*, pro *demittendi*. Cic. *Tempus est abire*, pro *abundi*, seu *abitionis*.

(3.) Da-

(3.) Dativi: ut, Sal. *Et vos servire magis, quàm imperare parati estis*; pro, *servituti magis, quàm imperio*. Virg. *Boni quoniam convenimus ambo*; Tu calamitos inflare leves, ego dicere versus; pro, tu calamis inflandis, ego versibus dicendis. Ovid. *Nec mihi sunt vires inimicos pellere tottis*: pro, inimicis pellendis.

(4.) Accusativi: ut, Cic. *Si scribere oblitus es*; pro, scribendi peritiam. Hor. *Pulchra Laverna, Da mihi fallere*; pro, artem fallendi. Plaut. *Ego amo hanc*. M. *At ego esse & bibere*; pro, esitationem & bibitionem. Et cum præpositione: ut, Hor. *Celer irasci*; pro, ad iram. Id. *Spes donare novas largus*, amaraque Curarum eluere efficax; pro, ad donandum, ad eluendum.

(5.) Vocativo: ut, in isto, *O vivere nostrum, ut non sentientibus effluis*! pro, *O vita nostra*.

(6.) Ablativi: ut, Virg. *Et erat tum dignus amari*; pro, amore. Quint. *Hæc breviter demonstrasse contentus*; pro, horum demonstratidne factâ. Plaut. *Ego sum descessus reperire, vos desessi querere*; pro, [a vel in] reperiendo, querendo.

II. Insuper de usu infinitivi,

NOT. 1. Verbis sensuum 1, affectuum 2, dicendi & significandi 3, & quibusdam aliis + usitatè additur infinitivus, rariùs indicativus vel subjunctivus cum quod: ut, Ovid. *Scit se promittere falsò*. Cic. *Miror te ad me nihil scribere*. Ter. *Annon dixi hoc esse futurum*. * Item Plaut. *Scio jam filius quod amet meus*; pro, filium meum amare. Id. *Vos nunc ne miremini quod non triumpho*; pro, me non triumphare. Cic. *Cum scripsisset, quod me cuperet ad urbem venire*; pro, se cupere me ad urbem venire.

NOT. 2. Verbis voluntatis 4, præcipiendi 5, orandi 6, & ubicunque ferè res futura significatur 7, vel infinitivus, vel subjunctivus cum ut, subjici potest: ut, Ter. *Vis me uxorem ducere?* vel, *ut uxorem ducam*. Mart. *Non aliter cineres mando jacere meos*; vel, *ut cineres mei jaceant*. V. Flacc. *His orat vigilis incumbere curas*; vel, *ut his vigilis cura incumbant*. Ter. *Modò liceat vivere, est spes*; vel, *ut vivamus*.

NOT. 3. Dubito & dubium est, infinitivum nonnunquam, sæpiùs verò subjunctivum cum AN, NUM, UTRUM, & (si non præcedat) QUIN, recipiunt: ut, Nep. *Non dubito fore plerosque, Attice, &c.* Ter. *Periisse me unà haud dubium est*. * Justin. *Diu dubitavit, imperium deponeret, an bello resisteret*. Cic.

H

Non

1. Ut, Sentio, animadverto, intelligo, percipio, cognosco, discō, video, audio, deprehendo, censo, judico, existimo, duco, statuo, opinor, suspicor, scio, credo, experior, cogito, memini, recordor, obliviscor, &c.

2. Ut, Gaudeo, lator, doleo, agrè fero, spero, confido, miror, &c. Excipe verba desiderii & timoris, quæ ut possulant.

3. Ut, Dico, aio, perhibeo, refero, nuncio, affirmo, nego, scribo, ostendo, demonstro, probo, promitto, polliceor, spondeo, voveo, &c.

4. Ut, Solet, capit, incipit, definit, potest, quit, nequit, est, pro licet, debet, &c. At hæc variationem per Quod omninò respuunt.

5. Ut, Volo, nolo, malo, cupio, opto, permitto, sino, patior, &c. At hæc longè usitatius cum infinitivo construuntur.

6. Ut, Impero, mando, præcipio, edico, &c.

7. Ut, Oro, rogo, pestulo, peto, flagito, precor, quaeso, obsecro, &c. In his autem longè frequentius subjunctivus cum ut vel ne adhibetur.

8. Sic, Paro, cogo, impello, urgeo, decerno, statuo, constituo, facio, studeo, &c. Item impersonalia, & impersonaliter posita: ut, Libet, licet, decet, oportet, expedit, conducit, prodest, obest, nocet, refert, interest, præstat, sequitur, &c. Et hæc formulæ, *Æquum est, par est, certum est, fas est, nefas est, & similia*. At his rariùs subjunctivus cum ut, apponitur.

Non dubito, quin mirere, quod tecum de eadem re agam sapius. Ter. Non dubium est, quin uxorem nolis filius.

NOT. 4. Verba timendi: ut, *Timeo, metuo, vereor, paveo*, sensu affirmativo cum NE, sensu negativo cum UT vel NE NON, construuntur: ut, *Ter. Timet ne deferas. se. Id. An verebamini, Ne non id facerem quod recepissem semel? Cic. Videris vereri ut epistolas illas acceperim, i. e. ne non acceperim. Ter. Id paves, ne ducas tu illam, tu autem ut ducas, i. e. tu metuis, ne illam uxorem ducere cogare; tu autem, ne non ducas, vel ne alius eam ducat. * Rarius autem in his infinitivus adhibetur: ut, *Hor. Metuit tangi, i. e. ne tangatur. Ovid. Sed vereor tarda causa fuisse mora, i. e. ne causa fuerim.**

NOT. 5. Post hæc verba, *Spero, puto, affirmo, suspicor, & similia*, locum futuri infiniti eleganter suppleant fore vel futurum [esse,] sequente ut cum subjunctivo: ut, *Cic. Nunquam putavi fore ut ad te supplex venirem; pro, Nunquam putavi me ad te supplicem fuisse venturum. Id. valde suspicor fore ut infringatur hominum improbitas; pro, suspicor hominum improbitatem infractum iri. Sic Senec. Scio futurum, ut auditis ejus sententiis, cupiatis multas audire. Cæf. Existimabant plerique futurum fuisse, ut oppidum amitteretur.*

NOT. 6. Amphibolia ex gemino accusativo, in infinito activo, solvitur conversione verbi activi in passivum: Sic illud, *Lachetem audiui percussisse Demeam* (ubi nescias an Laches an Demeam, an Demea Lachetem percussisset,) sic convertes, *A Lachete audiui percussum Demeam.*

2. De generali PARTICIPIORUM, GERUNDIORUM & SUPINORUM constructione:

43. Quos sua verba dabunt, sibi Participantia casus, Atque Supina petunt, pariterque Gerundia jungi.

Participia, Gerundia & Supina regunt casum suorum verborum:

Participia: ut, *Cic. Quidam nominatus Poëta. Virg. Heu regni rerumque oblite tuarum. Hor. Crescit indulgens sibi dirus hydrops. Virg. Non inferiora secutus. V. Max. Malo virum pecuniâ, quam pecuniâ viro indigentem.*

Gerundia: ut, *Juv. Parcendum est teneris. Liv. Ætoli consilium ceperunt Lacedæmonem occupandi. Ovid. Utendum est atate: cito pede labitur atas.*

Supina: ut, *Virg. Aut Graiis servitum matribus ibo. Liv. Legati ab Roma venerunt questum injurias; & ex fœdere res repetitum. Cæf. Romanos [ait] usu rerum necessariarum & dignitate spoliatum iri.*

NOT. Nomina verbalia, tam substantiva quàm adjectiva, casum sui verbi interdum adseiscunt: ut, *Cic. Justitia est obtemperatio scriptis legibus. Id. Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio. Plaut. Opudento homini servitus dura est. Sall. Quod insidia Consuli non procedebant. Sic, Studiosus adulterio, ap. Plaut. Cumque sit ignis aque pugnax, ap. Ovid. * Sic & Participialia in bundus: ut, *Justin. Atque ita velut gratulabundus patriæ expiravit. Sisenna ap. Gell. Populabundus agros ad oppidum pervenit. Liv. Vitabundus castra hostium. * Rariora sunt hæc, Cæf. Domum reditionis spe sublatâ. Cic. Rhodiorum classi propinquum reditum ac do-**

munitionem dari. * Item hæc aliaque ejusmodi antiquioribus tantum usitata. Plaut. *Quid tibi hanc curatio est rem.* Id. *Quid tibi isthunc tactio est?* Id. *Quid mihi scelestio tibi erat auscultatio?* quidve hinc abitis? quidve in navem inscensio?

De particulari quorundam PARTICIPIORUM constructione.

1. *Exosus, perosus, & sapi* etiam *pertusus*, accusativo gaudent: ut, Ovid. *Tedas exosa jugales.* Liv. *Plebs Consulum nomen haud secus quam Regum perosa erat.* Suet. *Quasi pertusus ignaviam suam.*
2. Hæc verba, *Do, reddo, volo, curo, facio, habeo*, cum participio præteriti temporis in accusativo constructa, periphrasin faciunt verbi ejus cujus participium sic usurpatur: ut, Ter. *Effectum habo*, i. e. *efficiam.* Id. *Age, age, inventas reddam*, i. e. *eas inveniam.* Id. *Vos omnes oratos volo*, i. e. *vos oro.* Id. *Inventum tibi curabo*, & *meum adductum tuum Pamphilum*, i. e. *inveniam & adducam.* Id. *Me missum face*, i. e. *mitte.* Cæs. *Idque se [ait] prope jam effectum habere*, i. e. *effecisse.*
3. Hæc verba, *Curo, habeo, mando, loco, conduco, do, tribuo, accipio, mitto, relinquo*, & quædam similia, eleganter pro infinitivo vel subjunctivo recipiunt participium futurum in *us*, cum substantivo in genere, numero & casu coherens: ut, Cic. *Funus ei satis amplum faciendum curavi*; pro, *fieri*, vel *ut fieret.* Colum. *Illud habeo præcipiendum*; pro, *præcipere*, vel *quod præcipiam.* Suet. *Gladiatores vi rapiendos mandabat*; pro, *rapi*, vel *ut raperentur.* Cic. *Qui majore pecunia quatuor columnas dealbandas, quam ille omnes edificandas locaverit*; pro, *ut dealbarentur & edificarentur.* Id. *Qui columnam illam de Torquato conduxerat faciendam*; pro, *ut faceret.* Sic Cic. *Demus nos Philosophis excolendos.* Hor. *Hæc porcis comedenda relinques.*

De particulari GERUNDIORUM constructione.

I. Nominativi in DUM.

44. In DUM quæ recto finita Gerundia casu, EST verbo comitante, volunt sibi subdere ternum.

Gerundium in DUM nominativi casus, cum verbo [EST,] regit dativum: ut, Hor. *Si vis me flere, dolendum est Primum ipsi tibi.* Ter. *Prope adest, quum alieno more vivendum est mihi.* Cic. *Si ex his laqueis te exueris, in illas tibi majores plagas incidendum est.*

NOR. 1. Dativus sæpè intelligitur: ut, Juv. *Orandum est, ut sit mens sana in corpore sana*; supple, *tibi.* Liv. *Hic vincendum, aut moriendum, milites, est*; supple, *vobis.* P. Syr. *Deliberandum est diu, quod statuendum est semel*; sup. *tibi, vel alicui.*

NOR. 2. Præcedente aliquo verbo hoc gerundium in accusativum transit, cum ESSE, expresso vel intellecto: ut, Cic. *Quotidie meditare resistendum esse iracundia.* Cæs. *Huic rei prævertendum [esse] existimabat.* Id. *Quibus rebus quam maturrimè occurrendum [esse] putabat.*

NOR. 3. Hoc gerundium, utpote necessitatem vel officium significans, resolvi potest in infinitivum, vel subjunctivum cum UT, præcedente necesse est, oportet, debet, vel simili: ut, Cic. *Moriendum est [homini]* vel (ut id.) *Homini necesse est mori, vel ut homo moriatur.* Ubi semel quis pejeraverit, ei post-

ea non est credendum; vel, ei credi postea non oportet. Cuique manendum est intra suam fortunam; vel (ut Ovid.) Intra Fortunam debet quisque manere suam.

2. Genitivi in DI.

45. In DI adjectivis vel jungē Gerundia fixis.

Gerundium in DI regitur à substantivis vel adjectivis.

1. Substantivis; qualia sunt, *Amor, causa, gratia, studium, tempus, occasio, ars, facultas, otium, cupidus, voluntas, consuetudo, &c.* ut, Ovid. *Amor sceleratus habendi.* Virg. *Et qua tanta fuit Romam tibi causa videndi?* Cic. *Malæ & impia consuetudo est contra Deum disputandi, sive ex animo id fit, sive simulate.*

2. Adjectivis; veluti. *Peritus, imperitus, cupidus, insuetus, certus, rudis, &c.* ut, Quint. *Docendi peritus, ingenium pueri naturamque perspiciat.* Cic. *Sum cupidus te audiendi.* Cæf. *Quod insuetus navigandi mare timeret.*

NOT. 1. Pro gerundio in DI, nonnunquam adhibetur, præsertim apud Poetas, infinitivus: ut si dicas, *Tempus est abire, Occasio scribere, Cupidus mori, Peritus cantare, &c.* pro *abeundi, scribendi, moriendi, cantandi.* Vid. suprà reg. 42. * Nonnunquam Gerundium in DUM cum AD: ut, Cic. *Facultas ad dicendum.* Id. *Argumentum ad scribendum.* Ter. *Causa ad objurgandum;* pro, *Facultas dicendi, Argumentum scribendi, Causa objurgandi;* quo modo iidem scriptores alibi loquuntur.

NOT. 2. Interdum substantivum, à quo pendet gerundium, animo reticetur: ut, Cic. *Cum habere in animo navigandi,* sc. *propositum.* Plaut. *Huic docendi interea abscesserit,* sc. *voluntas.* Ter. *Ac id assentandi magis, quam quo habeam gratum, facere existimes,* sc. *causâ.*

NOT. 3. Gerundia in DI genitivum interdum pluralem pro accusativo admittunt: ut, Plaut. *Nominandi tibi istorum magis erit, quam edundi copia.* Cic. *Facultas agrorum suis latronibus condonandi.* Id. *Doleo tantum Stoicos vestros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse.*

3. Dativi in DO.

46. In DO finitis terni præit *utilis, aptus,* (nes, Aut simile; interdum tacitum quoque mobile cer-

Gerundium in DO dativi casus regitur ab adjectivis utilitatem vel aptitudinem significantibus: ut, Plin. *Nullum semen ultra quadrimum utile est ferendo.* Id. *Charta emporetica est inutilis scribendo.* Id. *Rubens ferrum non est habile tundendo.*

NOT. 1. Adjectivum interdum intelligitur: ut, Plin. *Radix ejus vescendo est decocta, supple apta.* Cic. *Cum solvendo civitates non essent, supple pares vel habiles.*

NOT. 2. Hoc gerundium nonnunquam & à verbis pendet: ut, Plaut. *Ego relictis rebus Epidicum operam querendo dabo.* Cic. *Cum omnes iidem scribendo adessent.* Virg. *Simul aptat habendo Enseque chycumque.*

4. Accusativi in DUM.

47. In DUM quod quarti est, *ad, ob, inter, & ante* præibunt.

Gerundium in DUM accusativi casûs regitur à præpositionibus *ad, el, inter*; interdum ab *ante, circa, vel ob*: ut, Plin. *Stultissimum credo, ad imitandum non optima quæque proponere.* Virg. *Inter aendum, Occursare capro, cornu ferit ille, caveo.* Id. *Ante domandum Ingentes tollent animos.* Quinçtil. *Plus eloquentia circa movendum valet.* Cic. *Quanto illud flagitiosius, eum à quo pecuniam ab absolvendum acceperis, condemnare?*

Not. Frequenter etiam suppositum fit infinitivi ESSE, præeunte alio verbo: ut, Cic. *Qui dicerent dignitati esse serviendum, reipublica [esse] consulendum.* Id. *Ut Lampfaceni moriendum [esse] sibi potius, quàm perpetiendum putarent.* Vid. suprà reg. 44. not 2.

5. Ablativi in DO.

48. In DO postremi casûs, *in, ab, ex*, similisve Præpositura præit: tamen illam mente subaudi, Innuitur si quando rei vel causa modusve.

I. Gerundium in DO ablativi casûs regitur à præpositionibus, *a, ab, de, e, ex, vel in*; ut, Cic. *Aristotelem non deterruit à scribendo amplitudo Platonis.* Id. *Ab invidendo autem invidentia rectè dici potest.* Id. *Tu quid cogites de transeundo in Epirum, scire sanè velim.* Ter. *Ut id ostenderem, — Id non fieri ex vera vita, — sed ex assentando, indulgendo, largiundo.* Cic. *Quis est tam in scribendo impiger quàm ego?* * Rarius à præpositionibus *pro & cum*: ut, Plaut. *Heu senex! pro vapulando hercle ego abs te mercedem petam.* Quinçtil. *Ratio rectè scribendi juncta cum loquendo est.*

II. Si rei causa vel modus significatur, præpositio ferè omittitur: ut, Ter. *Ego vapulando, ille verberando usque, ambo defessi sumus.* Quinçtil. *Copiam cum judicio consequemur optima legendo atque audiendo.*

De Gerundiis in GERUNDIVA mutandis.

49. Verte Gerundivis conjuncta Gerundia quarto, Quæque creant *fungor, potior, fruor*: atque ita fixis Fac coëant, genus ut, numerus, casusque sit idem.

I. Gerundia accusativum regentia vertuntur eleganter in [Gerundiva, seu] Participia in DUS, quæ cum suis substantivis in genere, numero & casu concordant: ut,

Nom.

Nom. Ter. Ejiciunda est hac mollities animi.

Gen. Cic. Inita sunt consilia urbis delenda, civium trucidandum, nominis Romani extinguendi.

Dat. Colum. Dummodò perpetiundo labori sit idoneus.

Acc. Cic. Animum tuum promptum & alacrem perspexi ad defendendam rempublicam.

Abl. Id. Orationem Latinam legendis nostris efficies plenior.

Potiùs quàm, Ejiciundum est mollitiem, delendi urbem, perpetiundo laborem, &c.

II. Item Gerundia verborum *Utor, abutor, fruor, fungor, potior* ut, *Ter. Quòd illa etas magis ad hac utenda idonea est. Cic. Justitia fruenda causà videntur olim benè morati Reges constituti. Id. Nos in omni munere fungendo summam adhibebimus diligentiam Justin. Cujus urbis potiunda cupido eum cepit.*

NOT. 1. In his, gerundivi idem casus manet qui gerundii, servato tamen genere & numero accusativi: ut, in exemplis allatis.

NOT. 2. Interdum, licet rariùs, Gerundiis, sequente accusativo Auctores utuntur: ut, *Lucret. Æternas quoniam pœnas in morte timendum. Liv. Ætoli consilium ceperunt Lacedæmonem occupandi Plaut. Ea nos lavando operam dederunt. Cic. Neque res ulla, quæ ad placandum Deos pertineret, prætermissa est. Varro, In supponendo ova observant ut sint imparia.*

NOT. 3. Gerundia plerumque activè significant: interdum tamen passivè accipi videntur: ut, *Justin. Athenas erudiendi gratià missus, i. e. ut erudiretur. Plin. Aqua bituminata aut nitrosa utilis est bibendo, i. e. quæ bibatur. Sall. Cum ipse ad imperandum Tifidium vocaretur, i. e. ut ipsi imperaretur. Quint. Memoria excolendo, sicut alia omnia, augetur, i. e. dum excolitur.*

De particulari SUPINORUM constructione.

1. Prioris in UM.

50. Verbis quæ motum significant prius adde Supinum.

Supinum in UM ponitur post verbum motus: ut, *Ovid. Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipse. Sall. Dum paucis scelestis parcunt, bonos omnes perditum eunt. Ter. In Asiam ad Regem militatum abiit.*

NOT. 1. Ex hoc supino & verbo *IRI* necessarià periphrasi conficitur futurum infinitivi passivi: quod proinde verborum passivorum more ablativum cum A vel AB recipit: ut, *Cic. Brutum, ut scribis, visum iri à me puto. Id. Addit etiam se prius occisum iri ab eo, quàm me violatum iri.*

NOT. 2. Exponitur hoc supinum per UT & verbum finitum: *Spectatum veniunt, h. e. ut spectent. At cum verbo IRI interpretamur passivè. ut, Ter. Postquam audierat non datum iri filio suo uxorem, h. e. fore ut uxor non daretur.*

NOT. 3. Multis aliis modis supinum hoc variari potest. Ex gr. hanc formulam, *Venit oratum opem*, sic præterea licet commutare: (1.) *Venit opem orandi causà,* (2.) *Venit opis orandæ causà.* (3.) *Venit ad orandum opem.* (4.) *Venit*

Venit ad orandam opem. (5.) *Venit opi orande.* (6.) *Venit opem oraturus.* (7.) *Venit qui opem oret.* (8.) *Venit opem orare.* Sed ex his variandi modis, secundus, quartus & sextus ornatiores sunt & usitatiores: ceteri rariores: octavus Poëtarum ferè proprius est.

2. *Posterioris in u.*

1. At sibi posterius præmitti mobile gaudet.

Supinum in u ponitur post nomen adjectivum: ut, Cic. *Difficile ètu est, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasque sermonis.* Id. *Quod optimum factu videbitur, facies.* Juv. *Nil ètu fœdum visuque hæc limina tangat, intra quæ puer est.*

NOT. 1. Subjicitur & hoc supinum substantivis *fas*, *nefas*, & *opus*: ut Cic. *Humanus animus cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est distū, comparari potest.* Id. *Nefas est distū miseram fuisse talem senectutem.* Id. *Si non longius, quàm quod scitū opus est, in narrando procedetur.*

NOT. 2. Sequitur etiam & verba motum è loco significantia: ut, Plaut. *Nunc obsonatu redeo.* Cato, *Primus cubitu surgat [villicus,] postremus cubitum eat.* Stat. *At nunc venatu rediturum in limine primo Opperiens, &c.*

NOT. 3. Exponi vel variari potest, (1.) Per infinitivum, ut, Val Max. *Ardua imitatu, ceterum cognosci utilia.* (2.) Per gerundium in *dum* cum *ad*: ut, Cic. *Hæc ad judicandum sunt facillima.* (3.) Per verbalia: ut, Cic. *Quod in rebus honestis & cogitatione dignis opera ponetur, id jure laudabitur.*

§ 4. De constructione CIRCUMSTANTIARUM.

HÆ Circumstantiæ, quæ diversam, in oratione, casuum constructionem parere videntur, sunt quinque. 1. CAUSA, propter quam res fit. 2. MODUS, quo fit. 3. INSTRUMENTUM, quicum fit. 4. LOCUS. 5. TEMPUS. Suntque tam verbis quàm nominibus communes.

1. CAUSA. 2. MODUS. 3. INSTRUMENTUM.

52. Causa, modusque petunt simul instrumentaq; sextum.

Causa, modus & instrumentum ponuntur in ablativo, omisâ præpositione.

1. CAUSA: ut, Hor. *Oderunt peccare boni virtutis amore.* Ter. *Homini illicò lacryma cadunt, quasi puero, gaudio.* Auct. ad Herenn. *Animus defatigatus multitudine verborum.*

2. MODUS: ut, Plaut. *Virtute ambire oportet, non favitoribus.* Ovid. *Nec facile est aquâ commoda mente pari.* P. Syr. *Nimium altercando veritas amittitur.*

3. INSTRUMENTUM: ut, Hor. *Naturam expellas furcâ; tamen usque recurret.* Cic. *Casus est virgis Athenagoras, qui in fame frumentum exportare erat ausus.* Virg. *Si Pergama dextrâ Defendi possent, etiam hæc defensa fuissent.*

NOT. 1.

NOT. 1. *Causa* dignoscitur, quærendo per *CUR* vel *QUARE*? *Modus*, quærendo per *QUOMODO*? *Instrumentum* denique, per *QUOCUM*.

NOT. 2. *Causa* nonnunquam additur præpositio: (1.) In accusativo, *PER* vel *PROPTER*: ut, Ovid. *Sape per has [lacrymas] flectit Principis ira solet.* Cic. *Qui legibus non propter metum parei, sed quia id salutare maximè judicat.* (2.) In ablativo, *DE*, *E*, *EX*, vel *PRÆ*: ut, Cic. *Id nisi gravi de causa non fecisset.* Id. *Cum è via languerem.* Id. *Demetrius Phalereus ex doctrina nobilis & clarus.* Id. *Nec loqui præ mœrore potuit.*

NOT. 3. *Modus* etiam sæpè recipit præpositionem *CUM*: ut, Cic. *Semper magno cum metu dicere incipio.* Interdum *DE*, *EX*, aut *PER*: ut, Virg. *Solito matrum de more locuta est.* Plaut. *Benè obsonavi, atque ex mea sententia.* Cic. *Quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundit atque consumit.*

NOT. 4. *Instrumentum* vix unquam præpositionem *CUM* admittit: ut, *Vulnerare aliquem gladio, Conficere servum sagittis; non cum gladio, cum sagittis.*

+ Apud Poëtas tamen *A* vel *AB* ei interdum adjicitur: ut, Ovid. *Pectora trajectus Lynceus Custor ab ense.* Id. *Hi jaculo pisces, illi capiuntur ab hamo.* Id. *Absens flammâ Meleagros ab illa Uritur.*

NOT. 5. Ab ablativo autem instrumenti accuratè distinguendus est ablativus *COMITATUS*; cui frequentius additur præpositio *CUM*: ut, Cic. *Desinant obsidere cum gladiis curiam.* Id. *Ut etiam in foro cum pugione, & item servi ejus comprehenderentur cum telis.* Id. *Ut in Cacinam advenientem cum ferro invaderes.*

NOT. 6. Ad modum referti potest *ADJUNCTUM*, ad causam *MATERIA*. * *Adjunctum*: ut, Cic. *Floruit cum acumine ingenii tum admirabili quodam lepore dicendi.* Id. *Scipio omnes sale facetiisque superabat.* Cæf. *Famâ nobiles potentissime bello.* * *Materia*: ut, Liv. *Capitolium saxo quadrato substructum.* Virg. *Ære cavo clypeus.* Id. *Solidoque adamante columna.*

+ Ex his autem adjunctum nonnunquam, *materia* longè frequentius præpositionem recipit: ut, Ter. *Olet unguenta? de meo.* Cic. *Interea cum musis nos delectabimus.* Senec. *Et de triumpho picta Barbarico chlamys.* * Cic. *Oculus ex auro.* Id. *Candelabrum factum è gemmis.* Virg. *Templum de marmore.* Cæf. *Naves totæ factæ ex robore.*

4. LOCUS.

Loci constructio ad quatuor Quæstiones reduci potest. 1. *UBI?* sive locus in quo quid sit. 2. *Quo?* sive locus ad quem tendit. 3. *UNDE?* sive locus à quo venit. 4. *Qua?* sive locus per quem ad alium locum transit.

U B I.

53. *Oppida da patrio, per ubi si quæstio fiat: Militiæ, belli, quibus adjiciantur, bumique. Sin autem terni flexûs, numerive secundi Oppida sint, solo dabitur responsio sexto.*

I. Nomen oppidi ponitur in genitivo, cùm quæstio fit per UBI? ut, Hor. *Roma nutriri mihi contigit atque doceri*. Ter. *Is habitat Milesi*. Cic. *Dionysius Tyrannus Syracusis expulsus Corinthi pueros docebat*.

II. Si verò sit tertiæ declinationis, aut pluralis numeri, in ablativo effertur: ut, Hor. *Roma Tibur amem ventosus, Tibure Roman*. Cic. *Alexander paucis post diebus Babylone mortuus est*. Id. *Philippus Neapoli est, Lentulus Puteolis*. Juv. *Quoniam Delphis oracula cessant*.

III. Hæc appellativa, *Humi, militia, belli*, (ut & *domi*, de quo postea) ponuntur etiam in genitivo, cùm quæstio est per UBI: ut, Virg. *Qui legitis flores, & humi nascentia fraga*. Ter. *Unà semper militia & domi fuimus*. Cic. *Quibuscunque rebus vel belli vel domi poterunt, rempublicam augeant*.

NOT. Inveniuntur, sed rariùs, oppidorum nomina primæ & secundæ in ablativo prolata: ut, Vet. Inscrip. *Educatus Juliâ Emonâ*; pro, *Juliâ Emonæ*. Julin. *Rex Tyro decedit*; pro, *Tyri*.

Q U O.

54. Quæstio si per quo fuerit, dabis oppida quarto.

Cùm quæstio fit per quo, nomen oppidi in accusativo regitur: ut, Cic. *Epistolas Catinam, Tauromenium, Syracusas commodius mittere potero*. Id. *Regulus Carthaginem rediit*. Liv. *Capuam flecît iter luxuriantem longâ felicitate atque indulgentiâ fortuna*.

U N D E & Q U A.

55. Responde sexto, si QUA, sive UNDE rogâris.

Si quærat per UNDE vel QUA, nomen oppidi ponitur in ablativo: ut, Cic. *Accepi Româ fasciculum literarum*. Id. *Servium discessisse Athenis molestè tuli*. * Id. *Iter Laodiceâ faciebam, cùm has literas dabam*.

NOT. Cùm quæritur per QUA, frequentius additur, ad vitandam ambiguitatem, præpositio PER: ut, Nep. *Cum iter per Thebas faceret*. Plin. *Proconsul provinciam Baticam per Ticinum est petiturus*.

D O M U S & R U S.

56. Syntaxis rus atque domus par necit & urbes.

DOMUS & RUS eodem modo quo oppidorum nomina construuntur: ut,

UBI? Ter. *Ego domi ero, si quid me voles*. Ovid. *Resque domi gestas, & mea bella cano*. Hor. *Rure ego viventem, in dicis in urbe beatum*. Tex. *Ruri serè se continebat*.

Quo? Virg. *Ite domum satura, venit Hesperus, ite capella.* Cic. *Cum rus ex urbe, tanquam è vinculis, evolavissent.*

UNDE: Nep. *Nuncius ei domo venit.* Ter. *Video rure redeuntem senem.*

NOT. [1.] *Domi* non recipit adjectiva, præterquam ista, *Mea, tua, sua, nostra, vestra, aliena*: ut, Cic. *Apud eum sic fui, tanquam domi mea.* Id. *Diodorus Stoicus, cecus, multos annos domi nostra vixit.* Id. *Nonne maris sine periculo domi tua esse, quàm cum periculo aliena.*

NOT. 2. Cum aliis adjectivis, pro *domi, domo* utimur, sæpiùs additâ, nonnunquam & intellectâ præpositione *IN*. Sic, *In domo paternâ, in domo regid,* dicendum; non *domi paterna, domi regia.* Ter. *Meretrix & mater familias una in domo.* Ovid. *Sustinet in viduâ tristia signa domo.* * Id. *Ipsa domo viduâ votis operata pudicis Terqueor.* Cic. *Clamor interea fit totâ domo.*

NOT. 3. Sequenti genitivo possessoris, vel *domi* vel *in domo* dicere licet: ut, Cic. *Clodius deprehensus est domi Casuris.* Id. *Qui [Clodius] cum in domo Casaris quondam unus vir fuerit.*

NOT. 4. Sic in quæstione motûs ad locum, cum possessivis *meus, tuus, suus,* &c. vel sequente genitivo, præpositio exprimi vel supprimi potest: ut, Cic. *Rectâ à porta domum meam venisse: neque hoc admiror, quòd non ad tuam potius, sed illud quòd non ad suam.* Id. *Nihil domum suam intulit.* Id. *In Chelidonis domum praturam tuam detulisti.* Id. *Cum prima luce Pomponii domum venisse dicitur.* * Cum aliis adjectivis præpositio serè semper exprimitur: ut, Cic. *Omnes ad eam domum, in qua iste diversabatur, profecti sunt.* Ter. *Si in domum meretriciam deducar.*

NOT. 5. *Domos*, in accusativo plurali, cum prædictis possessivis absque præpositione plerumque construitur: ut, Sall. *Alius alium domos suas invitant.* Liv. *Tantus terror Tarquinium atque Etruscos incessit, ut ambo exercitus suas quisque àirent domos.* * Cum aliis adjectivis præpositio serè additur: ut, Hirt. *Quibus aqua in privatas domos inducitur.* Ovid. *Inque domos superas scandere cura fuit.*

NOT. 6. At *rura* plurale præpositionem semper postulat: ut Varro, *Que inducuntur in rura, ut oves & armenta.* Liv. *Jam tibi vos dilapsi domos, & in rura vestra eritis.*

Quibus LOCORUM nominibus præpositio addenda sit.

57. Præpositurâ tamen, neque rarò, cernitur addi Urbibus. Hanc autem regio, provincia, villa, Et loca non memorata priùs, prope semper amârunt.

I. Nomina oppidorum sæpiùs præpositionibus expressis construuntur: ut,

UBI? Plaut. *Qui nunc in Epheso est, Ephesii carissimus.* Cic. *Navis ex in Cayeta parata est nobis & Brundisii.*

Quo? Plaut. *Postquam hinc in Ephesum abii.* Cic. *Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam, quinq; anno post ad Tarentum Quæstor.*

UNDE?

UNDE? Plaut. *Ex Epheso huc ad meum sodalem literas misi.* Cic. *A Brundisio nulla adhuc fama venerat.*

NOT. 1. In primis hoc fit cum adjectiva vel appellativa accedunt: ut, Plin. *In Hispali oppido.* Propert. *Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.* Sall. *Ad Cirtam oppidum iter constituunt.* Mart. *Hac de vitifera venisse picata Vienna.*

NOT. 2. Appellativis etiam domus & rus præpositiones adduntur: ut, Plin. *Ille in domo mea sæpè convaluit.* Sall. *Ille eos in domum Decimi Bruti perducit.* Liv. *Classe quæ advecti ab domo fuerant, multum potuere.* Alcon. *Qui fortè ex rure in urbem revertebatur.* Liv. *Ploratus mulierum ex privatis domibus exaudiebatur.* Vid. Notas reg. præced.

NOT. 3. Cum aliquid, non in loco ipso, sed in ejus vicinia fieri significatur, præpositiones AD vel APUD semper adduntur: ut, Cæs. *Dum hæc ad Ilerdam geruntur.* Cic. *Conchas & umbilicos ad Cajetam & ad Lucrinum legere.* Virg. *Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis.* Cic. *Nos apud Alyziam unum diem commorati sumus.* Id. *Cum quinque cohortes apud Philomelum confedisent.* Sall. *Dum apud Zamam sic certatur.*

II. Nominibus regionum, provinciarum, villarum & aliorum locorum non dictis præpositio ferè additur: ut,

UBI? Cic. *Promitto tibi, si vatebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum.* Ter. *In Lemno uxorem duxit.* Cic. *Pueri in Formiano videntur hyematuri.* Virg. *Lucus in urbe fuit mediâ.*

QUO? Cic. *Nobis iter est in Asiam.* Id. *Te in Epirum salvum venisse vehementer gaudeo.* Id. *Si Annibal ad portas venisset.*

UNDE? Curt. *Ab Europa petis Asiam; ex Asia transis in Europam.* Cic. *Ad te de Gyaro dedi literas.* Ter. *Ex urbe tu rus habitatum migres.*

QUA? Cic. *Iter in Ciliciam facio per Cappadociam.* V. Max. *Per totum terrarum orbem manavit.* Virg. *Saxa per & scopulos & depressas convalles.*

NOT. Aliquando his nominibus præpositio subtrahitur: ut,

UBI? V. Max. *Duos egregie indolis filios suos à Gabinianis militibus Ægypti occisos cognovit.* Cæs. *Cæsar cum audisset Pompeium Cypri visum.* Sall. *Roma Numidique facinora ejus memorat.*

QUO? Cic. *Inde Sardiniam cum classe venit.* Nep. *Pausaniam cum classe Cyprium atque Hælespontum miserunt.* Liv. *Navigare Ægyptum pergit.*

UNDE? Liv. *Literæ deinde Macedoniâ allatæ.* Tac. *Germanicus Ægypto remans.* Suet. *Ut Judæa profecti rerum potirentur.*

QUA? Cic. *Nunc totâ Asiâ vagatur.* Hor. *Idem fortè viâ sacrâ.* Liv. *Seu terrâ, seu mari, obviâ eundem hosti foret.*

APPENDIX

1. PRÆTO, in significatione proficiscendi, cum quovis loci nomine, respuit præpositionem: ut, Ovid. *Lacedæmona classe petebat.* Curt. *Ægyptum petere decrevit.* Cic. *Grues loca calidiora petentes maria transmittunt.*

2. Adverbium VERSUS locorum nominibus semper postponitur, addita nonnunquam, at sæpius demptâ præpositione AD vel IN: ut, Cæs. *Ad Oceanum*

num versus proficisci jubet. Cic. In Italiam versus navigaturus erat. Liv. In lapide ad meridiem versus confedit. * Cic. Cum Arretium versus castra movisset. Id. Amanum versus profecti sumus.

3. Adverbium usque nominibus cum ad locum, tum de loco significantibus, nunc cum præpositionibus AD, A, AB, E, EX, DE, nunc sine iis, adjicitur: ut, Cic. Usque ad Numantiam nūsit. Id. Usque Ennam profecti sunt. Plin. Te ab Hispania usque exiverat. Plaut. Usque à Persia. Ter. Ex Æthiopia est usque hac. Cic. non accepit à civibus suis, sed usque Imolo petivit.

De SPATIO, sive DISTANTIA loci.

58. Vult quartum sextumve loci distantia casum.

Distantia unius loci ab alio ponitur in accusativo, interdum & in ablativo. Accus. ut, Cic. Cum abessem ab Amano iter unius diei. Id. Is locus est citra Leucadem stadia centum viginti. Id. Negat unquam se à te pedem discessisse. Abl. ut, Cic. Ventidius bidui spatio abest ab eo. Cæf. Certior factus est Ariovisti copias à nostris millibus passuum quatuor & viginti abesse.

NOT. 1. Interdum alterum substantivum, quo spatium itineris significatur, per Ellipsin supprimitur: ut, Cic. Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui. Id. Ab Autronio & ceteris quadridui: supple, spatium, iter, viam; vel spatio, itinere, viâ.

NOT. 2. Quando locus ubi quid factum sit, per nomen distantiae exprimitur; vel solo ablativo utendum: ut, Cæf. Eodem castra promovit, & millibus passuum sex à Caesaris castris sub monte confedit. Id. Millibus passuum duobus ultra eum castra fecit. Vel accusativo cum præpositione AD: ut, Cic. Cum plebes prope ripam Anienis ad tertium milliarium confedisset. Nep. Sepultus est ad quintum lapidem.

NOT. 3. Excessus mensuræ vel distantiae solo ablativo ponitur: ut, Hoc lignum excedit illud digito. Britannia longitudo ejus latitudinem ducentis quadraginta milliaribus superat.

5. T E M P U S.

59. Tempus amat sextum, quoties per QUANDO rogatur: (illud

QUAMDUDUM sed QUAMQUE DIU cùm quæritur, Aptius in quarto pones, quandoque Latino.

I. Tempus ponitur in ablativo cùm quæstio sit per QUANDO: ut, Plin. Nemo mortalium omnibus horis sapit. Martial. Temporibusque malis ausus es esse bonus. Ovid. Mense malas Majo nubere vulgus ait.

Item, cum per QUANTO TEMPORE, vel INTRA QUANTUM TEM-
pus quæri potest: ut, Cic. Quatuor Tragædias sexdecim diebus ab-
soluisse

visse cum scribas. Id. Quidquid est, biduo sciemus. Id. Clodius, pondit triduo illum, ad summum quatruiduo periturum.

NOT. [1.] Ablativo haud raro adduntur præpositiones IN vel E: ut, Ter. In tempore ad eam veni. Cic. Hac ad te in presenti ipse. Gell. Hoc quoque venisse usu Romæ comperi, feminam in decimo mense post mariti mortem peperisse. Hor. Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones. Cæs. De quarta vigilia profectus. * Item, Cic. Ego, si semper haberem cui darem, vel ternas in ora darem. Plaut. Quos [nummos] tibi continuò reponam in hoc biduo. Ter. Ferè in diebus paucis, quibus hac acta sunt, Chrysis vicina hac moritur.

NOT. 2. Adhibetur nonnunquam & accusativus, cum præpositionibus AD, PER, vel INTRA: ut, Cic. Nos hic te ad mensem Januarii expectamus. Id. Frausto fuit ad horam destinatum. Suet. Ad Kalendas Græcas soluturos ait. * Cic. Duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se. Id. Te penitus rogo, ne te tam longæ viæ per hyemem committas. * Liv. Lucretius Consul intra paucos dies moritur. V. Max. Intra annum exstincti sunt.

NOT. 3. Si addatur ABHINC, tam accusativo, quàm ablativo, absque præpositione, uti licet: ut Plaut. Hoc factum, est ferè abhinc biennium. Cic. Horum pater abhinc duo & viginti annos est mortuus. Plaut. Qui abhinc sexaginta annis occisus foret. Cic. Quo tempore? Abhinc annis quatuor.

NOT. 4. Figurata locutiones sunt istæ, Cic. Profectus est id temporis. Ter. Ego isthuc ætatis non amoris operam dabam: Suet. Quare nunquam postea se publice illud horæ commisit; pro, eo tempore, isthac ætate, illâ horâ.

II. Cùm quæstio fit per QUAMDIU [vel QUAMDUDUM] tempus ponitur in accusativo vel ablativo; sed sæpius accusativo. Accus. ut, Cic. Annos septuaginta vixit Ennius. Suet. Non amplius, cum plurimum, quàm septem horas dormiebat. Virg. Noctes atque dies patet atri janua Diis. Ablat. ut, Liv. Quatuor horis neutro inclinata est pugna. Suet. Vixit annis viginti novem, imperavit triennio & decem mensibus diebusque octo. Cæs. Continuato & nocte & die itinere.

¶ Ad quæstionem QUAMDUDUM respondentia adferuntur hæc & similia, Ter. Abhinc triennium commigravit huc vicinia. Cic. Comitibus jam abhinc triginta diebus habitis. Sed de his, in quibus quæstio QUANDO æqualiter locum habet, modò diximus.

NOT. [i.] Adjicitur interdum præpositio PER, AD, IN, INTRA, vel INTER: ut, Cic. Serò resistimus ei, quem per annos decem alimus contra nos. Id. Bestie ex se natos amant ad quoddam tempus. Id. Habebit Senatus in hunc annum quem sequatur. Cæs. Inviçti Germani, qui intra annos quatuordecim tectum non subierint. Cic. Qua inter decem annos nefariè flagitiosæque facta sunt.

NOT. 2. Observandæ sunt, ritèque supplendæ, ad tempus pertinentes hæc loquendi formulæ. * Cic. Annos natus unum & viginti; supple, ante. * Curt. Tyrus septimo mense, quàm oppugnari cæpta erat, cæpta est; i. e. postquam. * Cic. Lacedæmonii septingentos jam annos amplius animis moribus & nunquam mutatis legibus vivunt; supple, quàm per. Nep. Minus diebus triginta in Asiam reversus est; supple, quàm in. Plaut. Hanc demum jam multos annos

*est cum possideo. Id. Hic leno nondum sex menses Megaribus Huc est eum commigravit: plena sententia est, Jam ante multos annos est, cum possideo, &c. Nondum ante sex menses factum est, cum leno, &c. * Gell. Ut Korthaginiæ. sex quotquot annis populo Romano darent certum pondus argenti. Cic. Siculi quot annis tributa conferant; i. e. tot annis quot vel quotquot sunt. Sic quot-mensibus ap. Caton. & Vitruv. quot-calendis ap. Plaut.*

De ABLATIVO ABSOLUTO.

60. Fixum Participi junctum, quæ nulla gubernat Dictio, da sexto, vocitant quem lege solutum.

Substantivum cum Participio, quorum casus à nulla alia dictione pendet, ponuntur in ablativo absoluto: ut, Cic. *Dominante libidine, temperantia nullus est locus.* Ovid. *Quas Hector sensurus erat poscente magistro, Verberibus jussas præbuit ille manus,* sc. Achilles. Tac. *Pereunte obsequio, etiam imperium intercudit.* Cic. *Oppressâ libertate patriæ, nihil est quod speremus amplius.* Id. *Nobilium vitâ victuque mutato, mores mutari civitatum puto.*

NOT. 1. Frequenter intelligitur participium ENTE vel EXISTENTE, adjuncto alio nomine vel pronomine: ut, Plaut. *Mirum est lolio visitare te, tam vili tritico;* supple, existente. Ovid. *Jamque cinis, vivis fratribus, Hector erat;* supple, existentibus. Sic, Plaut. *Me suasore atque impulsore hoc factum.* Cic. *Silvam tu Scantiam vendas, nobis Consulibus, atque hoc Senatu;* Sic, Virg. *Rege Latino.* Hor. *Jove æquo.* Item, *Fatis auctoribus, Deo Duce, Comite Fortunâ, Invitâ Minervâ, Me ignaro, Cælo sereno, Asperâ hyeme;* & similia.

NOT. 2. Aliquando solum adest participium: ut, Cæf. *Exposito quid iniquitas loci posset.* Liv. *Inde ad Pellinam est progressus; nondum comperto quam regionem hostes petissent.* Id. *Ibi permissio, seu dicere prius, seu audire mallet, ita cæpsit tyrannus.* Hor. *Excepto quodd non simul esses, cetera letus.* In his autem vel subaudiendum negotio, vel defectum nominis supplet reliqua oratio.

NOT. 3. Ad Archaismum referendæ sunt singulares hæ anomaliz. Plaut. *Nobis presente.* Ter. *Absente nobis.* Pomponius ap. Non. *Presente testibus; pro, presentibus, absentibus.*

NOT. 4. Resolvitur hic ablativus in nominativum cum verbo indicativi vel subjunctivi modi, additâ particulâ cum, dum, quando, postquam, si, quoniam, aut simili: ut, Cic. *Pythagoras Superbo regnante in Italiam venit;* i. e. cum, dum, vel quando Superbus regnabat. Juv. *Quandoquidem accepto claudenda est janua damno;* i. e. postquam damnum acceptum est. Hor. *Nil desperandum Teucro duce & auspice Teucro;* i. e. si vel quoniam Teucer sit dux. Cic. *Nondum liberâ civitate;* i. e. quamvis nondum libera esset civitas.

NOT. 5.

NOT. 5. Hic ablativus, quamvis absolutus in speciem videatur, re tamen verà ab aliqua præpositione intellecta, regitur, veluti, *sub, cum, a* vel *ab*; quæ etiam interdum exprimi videntur: ut, Virg. *Sole sub ardenti*, Mart. *Sub Principe Nerva*. V. Max. *Sub Cælis auctore*. Cato, *Cum Diis volentibus*. Liv. *Cum Diis bene juvantibus arma capite*. Lucan. *Moremque sinistrum Sacrorum Druida positis repetitis ab armis*.

NOT. 6. Ablativo absoluto communiter locus est, cum duo orationis membra diversæ sunt rei vel personæ: ut, Ovid. *Et fugiunt, freno non remorante, dies*. Id. *Me duce, carpe viam*. Ubi diversæ res sive personæ sunt, *dies & frenum; ego & tu*. * Aliter in eodem casu ponuntur: ut, Cic. *Iens in Pompejanum bene mane hæc scripsi*. Senec. *Interrogati incolæ non patiuntur errare*. Ubi, *me eunte; interrogatis incolis, vix dixerim*.

+ Interdum tamen, licet rariùs, Auctores ablativo absoluto utuntur, cum is & nominativus verbi ejusdem sunt personæ: ut, Ovid. *Me duce ad hunc voti finem, me milite, veni*. Lucan. *Latos fecit se Consule fastos*. Senec. *Populo spectante fieri credam, quicquid me conscio faciam*.

Sectio Tertia.

De Constructione Vocum INDECLINABILIIUM.

I. Constructio ADVERBIORUM.

ADVERBIORUM constructio dividi potest in **CONVENIENTIAM & REGIMEN**. *Convenientia* autem duplex est: vel **GENERALIS**, sive quæ in pluribus vocum classibus; vel **SPECIALIS**, sive quæ in certa classe, locum habet.

De convenientia ADVERBIORUM generali.

51. Nominibus, verbis, & participantibus addi,
Et sibi, pro vario possunt Adverbia sensu.

Adverbia plurimùm verbis junguntur, & eorum participiis: sæpè etiam nominibus, interdum & aliis adverbis, adjiciuntur.

1. Verbis: ut, Plaut. *Bonis quod bene fit, haud perit*. Cic. *Malè parta, malè dilabuntur*. Id. *Omnia humana placatè & moderatè feramus*.

2. Participiis: ut, *Fortiter pugnans; Graviter sauciatus*. Plaut. *Bene re gestâ Salvus redeo*. Ovid. *Tam bona constanter prada tenenda fuit*.

3. Nominibus: Sæpiùs quidem adjectivis: ut, Ter. *Vir apprimè nobilis*. Cic. *Insigniter impudens*. Id. *Servus egregiè fidelis*. Rariùs substantivis: ut, Cic. *Homerus planè orator*. Quintil. *Mollis & parùm viri signa*. Liv. *Admodùm puella*.

4. Aliis

4. Aliis adverbiiis: ut, Ter. Minus multò audacter, quàm nū ledit, laderet. Cato. Sat citò, si sat benè. Cic. Tu verò Platonē nec nimis valde unquam, nec nimis sapè laudaveris.

De Convenientia ADVERBIORUM speciali.

Ea duas habet partes. Prima de iis adverbiiis agit, quæ cum certo comparationis gradu: Altera de iis, quæ cum certo verbi modo, consrui solent.

1. Quæ quibus comparationis gradibus ADVERBIA junguntur.

1. Hæc adverbia intendendi, Apprimè, admodum, vebementer, maximè, perquam, valdè, oppidò, & alia id genus, ferè positivis junguntur: ut, Cic. Urique nostrum gratum admodum feceris. Id. Quod mihi quidem perquam purile videri solet. Id. Præterquam oppidò pauci.
2. TAM & QUAM positiva frequentissimè, superlativa rarè, comparativa rarissimè copulant: ut, Cic. Nemo orator tam multa, ne in Græco quidem otiosè scripsit, quàm multa sunt nostra. Et sic passim. * Sall. Quàm quisque pessime fecit, tam maximè tutus est. Cato. Quàm plurimum brassicam ederit, tam cæcissimè sonus fiet. Varro, Quàm paucissimos reliqueris, tam optimi in alendo scient. * Cic. Per dexteram te istam oro, non tam in bellis & in præliis, quàm in promissis & fide firmiorem.
3. QUAM, cùm admirationi, commiserationi, vel interrogationi cum admiratione permixtæ, servit, positivis jungitur: ut, Ovid. Heu quàm difficile est; crimen non prodere vultu! Cic. Quàm multa, quæ nostrâ causâ nunquam faceremus, facimus causâ antiquorum? * Item, cùm pro quantum accipitur, ut, Cic. Quàm sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest. Ter. Patrem novisti ad hæc res quàm sit perspicax.
4. At QUAM, pro QUANTUM, sequente verbo possum, superlativis ferè adhæret: ut, Sall. Jugurtha quàm maximas potest copias armat. Cic. Aves cubilia sibi nidosque construunt, eosque quàm possunt mollissimè substernunt.
5. QUAM, pro VALDE, superlativis elegantissimè adjungitur: ut, Cic. Utatur verbis quàm usitatissimis, translationibus quàm mollissimis. Id. Vebementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuspius quàm maximas, quàm primium, quàm sapissimè ratios agat.
6. Adverbia vel adverbialiter posita in UM, Parum, multum, nimium, tantum, quantum, aliquantum, sæpius positivis copulantur: ut, Cic. Quæ de fratre meo scribis, sunt parum firma: Id. Socr hujus vir multum bonus est. Id. In rebus apertissimis nimium longi sumus. * Interdum & comparativis: ut, Val. Max. Quantum domo inferior, tantum gloriâ superior evasit. Liv. Forma viri aliquantum amplior humanâ. Plin. Nuces juglandes multum pincis minores.
7. Adverbia vel adverbialiter posita in O, Paulò, nimio, aliquanto, eò, quò, hoc, impendio, nihilo, comparativis ferè semper junguntur: ut, Cic. Valeo, sicut soleo, paulò tamen etiam deterius, quàm soleo. Id. Quarum rerum eò gravior est dolor, quò culpa major. Ter. Impendio magis gauderet animus mihi. ¶ Tanto, quanto, multo, tam comparativis quàm superlativis copulantur: ut, Juv. Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto major quippe peccat habetur. Senec. Multo potentiùs, & longè disertius. Catull. Tanto pessimus omnium Poëta, Quanto tu optimus omnium patronus. Cic. Conspectus vester multò jucundissimus.

LONGE frequentius superlativis, interdum comparativis, rarò positivis adjicitur.

citur: ut, Cic. *Longè omnium in dicendo gravissimus & eloquentissimus Plato.* Id. *Longè post homines notos improbissimus C. Servilius.* Virg. *At pedibus longè melior Lycus.* Ovid. *Sed longè cunctis longèquè potentior illis, Si qua tibi sponsa est.* Apul. *Longè opulentus.* Ulpian. *Longè utile visum est.*

9. FACILE, pro HAUD DUBIE, superlativo, aut voci ejus vim habenti, adjungitur: ut, Cic. *Vir unus totius Græciæ facile doctissimus.* Id. *Homo regionis illius virtute, existimatione, nobilitate facile princeps.* Quintil. *In affectibus, qui miseratione constant, facile praeceps.*

2. Quæ quibus modis ADVERBIA jungantur.

1. CUM, adverbium temporis, vel indicativo, vel subjunctivo, sed huic sæpius, jungitur: ut, Ter. *Nunc cum non queo, a quo animo fero.* Virg. *Cum faciam vitulæ pro frugibus, ipse venito.* * Ter. *Cum faciem videas, videtur esse quantivis pretii.* Virg. *Carmina tum melius, cum veneris ipse, canemus.*
2. DUM, de re præsentis nondum perfecta, indicativo jungitur: ut, Plaut. *Dum hæc aguntur.* Virg. *Priami dum regna manebant.*
3. DUM & DONEC, pro QUAMDIU, indicativum petunt: ut, Cic. *Ægroto, dum anima est, spes esse dicitur.* Ovid. *Donec eris felix, multos numerabis amicos.*
4. DUM & DONEC, pro USQUEDUM, modò indicativum, modò subjunctivum adiciunt: ut, Cic. *Ego in Arcano opperior, dum ista cognosco.* Id. *Ulciscendi vim differant in tempus aliud, dum deservescat ira.* * Virg. *Donec geminam partu dabit Ilia prolem.* Ter. *Haud desinam, donec perfecero hoc.*
5. QUOAD, pro QUAMDIU, QUANTUM, vel QUATENUS, indicativo jungitur, vel subjunctivo, prout sententia est finita, vel infinita: ut, Cic. *Quoad Catilina fuit in urbe, ejus consiliis obstiti.* Id. *Quoad tibi æquum ac rectum videbitur.* * Id. *Ut, quoad possem & liceret, à senis latere nunquam discederem.* Id. *Mihi Antonius pervenisse videtur, quoad progredi potuerit feri hominis amentia.* ¶ Pro USQUEDUM, vel DONEC, subjunctivo frequentius additur: ut, Cic. *Thessalonica esse statueram, quoad aliquid ad me scriberes.*
6. POSTQUAM, vel POSTEAQUAM, indicativo sæpe jungitur, ut, Ter. *Is postquam excessit ex ephæbis.* Cic. *Posteaquam de medio cursu sum revocatus.*
7. ANTEQUAM, PRIUSQUAM, SIMUL, SIMUL AC, SIMUL ATQUE, SIMUL UT, UBI, pro POSTQUAM, modò indicativum, modò subjunctivum, admittunt: ut, Cic. *Antequam de incommodis Sicilia dico.* Id. *Antequam de republica dicam.* Ter. *Omnia experiri certum est, priusquam pereō.* Cic. *Priusquam aggrediar ad causam.* Id. *Simul inflavit tibicen, à perito carmen cognoscitur.* Liv. *Simul portarum claves tradidimus, Carthaginensium extemplo Enna erit.* Virg. *Quam simul ac tali persensit peste teneri.* Varro, *Simul ac promiscris minerval, incipiam.* Cic. *Simul atque introductus est, rem consecit.* Hor. *Simul atque adoleverit etas.* Cic. *Omne animal, simul ut ortum est, & se ipsam & omnes partes suas diligit.* Id. *Ego ad te habeo quod scribam, simul ut videro Curionem.* Virg. *Hæc ubi dicta dedit.* Cic. *Ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea non oportet.*
8. NÆ, h. e. PROPECTO, pronominebus sæpe præpositum, vel indicativum, vel subjunctivum recipit: ut, Ter. *Næ ego homo sum infelix.* Cic. *Næ tu, si id fecisses, melius fama tue consuluissets.*
9. NÆ, adverbium prohibendi, vel imperativo vel subjunctivo, & huic elegantius, jungitur: ut, Plaut. *Abi, ne jura, satis credo.* Virg. *Ne fugite hospitium, neve ignorete Latinos.* * Ter. *Ne post conferas culpam in me.* Liv. *Ne tot annorum felicitatem in unius horæ dederis discrimen.*

10. QUASI, CEU, TANQUAM, PERINDE, quando similitudinem notant, indicativo junguntur: ut, Plaut. *Fuit olim, quasi ego sum, senex.* Virg. *Adversus raptu ceu quondam turbine venti Confligunt.* Ter. *Tanquam Philosophorum habent discipline ex ipsis vocabula.* Cic. *Hæc omnia perinde sunt, ut aguntur.* ¶ Quando autem simulationem vel ironiam significant, subjunctivum post se habent: ut, Cic. *Quasi de verbo, non de re, laboretur.* Plin. *Ceu verò nesciam adversus Theophrastum scripsisse etiam feminam.* Juv. *Tanquam feceris ipse aliquid.* Cæs. *Perinde ac satisfacere & fraudata restituere vellent.*
11. Optandi & imprecandi particulæ, UTINAM, O SI, UT, pro UTINAM, subjunctivum adiscunt: ut, Cic. *Utinam ea res ei voluptati sit.* Virg. *O mihi præteritos reserat si Jupiter annos.* Ter. *Ut illum dî deaque perdant.*
12. Ut, pro POSTQUAM, indicativum petit: ut, Ovid. *Ut sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister.* ¶ Item, pro QUAM: vel QUOMODO, cum quadam admiratione: ut, Ter. *Ut falsus animi est!* Plaut. *Ut sæpè summa ingenia in occulto latent!* ¶ Cùm simpliciter similitudinem notat, plerumque indicativo jungitur: ut, Plaut. *Ut tute es, item omnes censes esse.* * Interdum futuro subjunctivi: ut, Cic. *Ut sementem feceris, ita metes.*
13. QUIN, pro CUR NON, indicativum postulat: ut, Cic. *Quin continetis vocem indicem stultitia vestre?* ¶ Pro IMO indicativum vel imperativum recipit: ut, Ter. *Quin est paratum argentum.* Id. *Quin tu hoc audi.* ¶ Pro UT NON, QUOD NON, vel QUO MINUS, subjunctivum petit: ut, Ter. *Nulla tam facilis res, quin difficilis fiet, quam invitus facias.* Cic. *Non quin rectum esset, sed quia, &c.* Id. *Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus.*

De Regimine ADVERBIORUM.

62. EN, velut ECCE, sibi primum quartumve tulerunt.

EN & ECCE vel nominativum, vel accusativum recipiunt: ut, Cic. *En crimen, en causa.* Senec. *En Paridis hostem.* Cic. *Ecce nova turba atque rixa,* Id. *Ecce miserum hominem.*

NOT. HEM (pro ECCE) similiter cum accusativo construuntur: ut, Ter. *Hem astutias.* Id. *Hem Davum tibi.*

63. Temporis, atque loci, quantique adverbia quædam Dant patrium: quem nata DIE quartumve reponunt.

I. Adverbia quædam temporis, loci & quantitatis regunt genitivum.

1. Temporis: *Interea, postea, inde, tunc:* ut, Ter. *Te interea loci cognovi.* Sallust. *Postea loci Consul pervenit in oppidum Circam.* Lucr. *Inde loci mortalia secla creavit.* Justin. *Ex gente obscura tunc temporis.*

2. Loci: *Ubi & quo*, cum eorum compositis: item, *èd, huc, hucine, unde, usquam, nusquam, longè, ibidem*: ut, Cic. *Ubi terrarum umus!* Plaut. *Non hercle quò hinc nunc gentium aufugiam, scio.* Cic. *Ubicunque terrarum & gentium violatum jus civium Romanorum sit.* Ter. *Imò abeat multò malo quovis gentium.* Tac. *Èd audacia provectus est.* Curt. *Huc malorum ventum est.* Pers. *Huccine rerum Venimus?* Plaut. *Unde hac igitur gentium est?* Id. *Neque mihi libella spes est usquam gentium.* Ter. *Fratrem nusquam invenio gentium.* Cic. *Tu autem abes longè gentium.* Plaut. *Ibidem loci res erit.*

3. Quantitatis: *Abunde, affatim, largiter, nimis, quoad, satis, parum, minimè*: ut, Suet. *Se jampridem potentia gloriaque abundè adeptum.* Plaut. *Tibi divitiarum affatim est.* Id. *Credo illic inesse auri & argenti largiter.* Cic. *Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur.* Id. *Quoad ejus facere potueris.* Sall. *Satis loquentia, sapientia parum.* Ter. *Minimè gentium.*

4. Quibus addi solent, *ergò, pro causà, instar, partim*: ut, Cic. *Donari virtutis ergò.* Virg. *Instar montis equum---* *Ædificant.* Ter. *Partim sum earum exactus, partim vix fecti.* * Sed hæc verè nomina substantiva esse alibi docuimus.

II. PRIDIE & POSTRIDIE (à die composita) vel genitivum vel accusativum recipiunt: ut, Cic. *Pridie ejus diei.* Cæs. *Postridie ejus diei.* Cic. *Pridie Quinquatrus.* Id. *Postridie ludos Apollinares.* * Sic, *Pridie, postridie, Calendas, Nonas, Idus*; rarò *Kalendarum, &c.*

64. Derivata patrum retinent adverbia casum.

Quædam adverbia derivata regunt casum primitivorum: ut, Cic. *Sed hac tu meliùs, vel optimè omnium.* Id. *Cùm id sit extremum, congruenter natura convenienterque vivere.* Id. *Huic ad urbem venienti tota obviàm civitas processerat.* Colum. *Terram stercoreatam minimùm altè pedem in pulvinòs redigat.* Pallad. *Altè tribus pedibus.* Sic, *Propius urbi vel urbem, Proximè castris vel castra.* Sall. *Amplius opinione morabatur.* Martial. *Quisquis plus justo non sapit, ille sapit.*

II. Constructio PRÆPOSITIONUM.

65. Ad poscit quartum fociis cum præposituris.

Præpositiones AD, APUD, ANTE, &c. accusativum regunt: ut, Propert. *Haud ulla portabis opes Acherontis ad undas.* Ter. *Ut apud me pramium esse positum pietati scias.* Ovid. *Non venit ante*

suum nostra querela diem. Sic, *Adversus* vel *adversum* hostes, *Ci*. *Euphratem*, *Citra necessitatem*, *Circa* vel *circum* forum, *Contra* inimicos, *Erga* amicos, *Extra terminos*, *Inter fratres*, *Intra* privato parietes, *Infra* tectum, *Juxta* macellum, *Ob* questum, *Propter* virtutem, *Per* agros, *Prater morem & consuetudinem*, *Penes* arbitros, *Post* tergum, *Pone* cervicem, *Secus* viam; *Secundum* Regem, *Supra* cælum, *Trans* montem, *Ultra* Indos.

66. A jungi sexto, reliquis cum fratribus, optat:

Vult **TENUS** at patrium numeri plerumq; secundi

I. Præpositiones **A**, **AB**, **ABS**, &c. regunt ablativum: ut, *Ter*. *Rem omnem à principio audies*. *Hor*. *Nihil est ab omni parte beatum*. *Plaut*. *Neque me abs tuo conspectu occultabo*. Sic, *Absque* causa, *Cum* exercitu, *Clam* patre, *Coram* testibus, *De* lana caprina, *E* foro, *Ex* adibus, *Pro* clientibus, *Pra* timore, *Palam* omnibus, *Sine* labore. *Mento* **tenus**.

II, **TENUS**, si nomen sit plurale, genitivum ferè postulat: ut *Virg*. *Et crurum **tenus** à mente palearia pendent*. *Cic*. *Lumborum **tenus***. * Interdum & ablativum: ut, *Ovid*. *Pectoribus **tenus***.

67. **SUB**, **SUPER**, **IN**, **SUBTER**, quantum sextumque gubernant.

Præpositiones **IN**, **SUB**, **SUPER** & **SUBTER**, interdum accusativum, interdum ablativum, pro varia significatione, regunt; hoc modo:

1. **IN**, **SUB** & **SUPER**, cum motus ad locum significatur, accusativum postulant: ut, *Cæs*. *Casar in hiberna exercitum deduxit, ipse in citeriorem Galliam profectus est*. *Virg*. *Et nunc magna mei sub terras ibit imago*. *Id*. *Danaum super agmina latè Incidit*.

2. Cum motus vel quies in loco significatur, **IN** & **SUB** regunt ablativum; **SUPER** vel accusativum, vel ablativum: ut, *Ter*. *Ego in portu navigo*. *Ovid*. *In viduo jaceo solus & ipse toro*. *Virg*. *Troja sub mœnibus altis Tos nati cecidere Deum*. *Id*. *Recubans sub tegmine fagi*. *Liv*. *Ad Antiochiam super Meandrum amnem posuit castra*. *Virg*. *Stratoque super discumbitur osto*.

3. **SUBTER** ferè accusativum postulat, siye motus, siye quietis verbis adjungatur: ut, *Virg*. *Angusti subter fastigia tecti Ingentem Aenean duxit*. *Cic*. *Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit*. *Perf*. *Ilia subter Caecum vulnus habes*. * Interdum apud Poëtas ablativum recipit: ut, *Virg*. *Omnes Ferre libet subter densa testudine casus*.

NOT. 1. Speciatim, **IN**, pro *erga*, *contra*, *per*, *ad*, *usque*, *ad*, *apud*, *super*, accusativo jungitur: ut, * *Cic*. *Amor in patriam*. *Id*. *Indulgentia in liberos*.

* *Id*.

- * Id. *Ad impietatem in deos, in homines adiunxit injuriam.* Id. *Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus.* Virg. *Siletur in noſtem.* * Ter. *Vixit coram in os te laudare.* Cic. *In legem per vim latam jurare noluerat.* Hor. *Nullius additus jurare in verba magiſtri.* * Mart. *In lucem ſemper Acerra bibit.* Varro, *Pariunt [vaccæ] in annos decem, quadam etiam in plures.* Plin. *Studebat in cane tempus.* * Cic. *Cato ea ſentit quæ non probantur in vulgus.* Tac. *Celebrata in vulgus Celſi ſalus.* * Cic. *In filium quam habebam poteſtatem, eâ uſus ſum.* Hor. *Regum timendorum in proprios greges, Reges in ipſos imperium eſt Jovis.*
- ¶ Item cùm diſtributioni vel mutationi inſervit: ut, * Cæſ. *Gallia eſt omnis diviſa in partes tres.* Virg. *Socios partitur in omnes.* Liv. *Cum quingenos denarios pretium in capita ſtatuiffent.* * Ovid. *Gorgoneum turpes crinem mutavit in hydros.* Id. *Verſa eſt in cinerem ſoſpite Troja viro.* ¶ Item, cùm ad ſimilitudinẽ ſeu formam notat: ut, Virg. *Portus ab Eoo ſuſtu curvatur in arcum.* Apul. *Lapis Parius in Dianam foſtus.*
- Nor. 2. IN, pro INTER, ablativo ſerè adjicitur: ut, Cic. *Hoc primũ ſentio, niſi in bonis, amicitiam eſſe non poſſe.* Id. *Peto ut eum compleſtare, diligat, in tuis habeas.* Liv. *Regio erat in primis Italiæ fertilis.* * Rarò accuſativo: ut, Cic. *Homines morte deletos reponere in Deos.*
- Nor. 3. IN, nonnunquam, cùm quies ſignificatur, accuſativo jungitur: ut, Cic. *Cum veſtros portus in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis.* Liv. *Minacium magiſtrum equitum prope in cuſtodiam habitum.* Sall. *Cum talem virum in poteſtatem haberet.* ¶ Contrà, cùm motus ad locum ſignificatur, ablativo junctum interdum reperitur: ut, Plaut. *Qui intromiſſiſſi in adibus quingentos coquos.* Virg. *Rapiuntque in fomite flammam.* Pallad. *Pira deinde inſtituntur in vaſculo.*
- Nor. 4. SUB, cùm ad tempus refertur, ſive cùm pro circa, vel paulò ante, vel paulò poſt, accipitur, accuſativum ſerè poſtulat: ut, Cæſ. *Pompeius ſub noctem nares ſolvit, i. e. paulò ante.* Cic. *Sub dies feſtos, i. e. paulò poſt.* Liv. *Sub idem tempus, i. e. circa, vel per idem tempus.* * Rariùs ablativum: ut, Plin. *Sub die ludorum.* Suet. *Sub exitu vite.*
- Nor. 5. SUPER, pro ultra, præter & inter, accuſativum petit: ut, * Virg. *Super & Garamantas & Indos Proſciet imperium.* Sall. *Animum advortit, ſuper gratiam atque pecuniam ſuam invidiam ſaſti eſſe.* Tac. *Jam ſuper triginta milia armatorum adſpiciebantur.* * Liv. *Punicum exercitum ſuper morbum etiam fames offecit.* Suet. *Super ſeguitiæ notam, ebrietatis quoque & alæ infamiam ſubiit.* * Plin. *De ejus nequitia omnes ſuper cænã loquebantur.* Curt. *Super menſam.* Id. *Super vinum & epulas, i. e. inter cænandum, inter pocula.*
- Nor. 6. SUPER, pro de, pro vel ob, ablativo gaudet: ut, * Cic. *Hac ſuper re ſcribam ad te.* Virg. *Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hecore multa.* * Id. *Nec ſuper ipſe ſuã molitur laude laborem.* Id. *His occenſo ſuper, i. e. ob hac.*

68. Caſum ſæpè ſuum dat præpoſitura regendum Addita compoſito: quandoque iteratur & ipſa.

Præpoſitio in compoſitione eundem ſæpè caſum regit quem extra, ut, Virg. *Adit oppida paſtor.* Sall. *Qui per virtutem ſoliti erant, nobilitatem antevenire.* Ter. *Villam prætereo ſciens.* Cæſ. *Casa, omnem equitatum pontem tranſducit.* * Liv. *Ut abſiſſeret incepto eſfecerunt.* Suet. *Biennio continuo pedem portã non extulit.* * Virg.

Prima leves ineunt si quando praelia Parthi. Id. Herent infixi pectore vultus. Id. Victorque viros supereminet omnes. Cic. Superas deas hoc labore itineris.

II. Præpositio cum qua verbum est compositum, sæpè iteratur, ut, Cic. *Qui ad nos intempestivè adeunt, molesti sæpè sunt.* Id. *Nihil non consideratum exibat ex ore.* Id. *Modò enim hoc malum hanc remp. invasit.* Ter. *Nunquam accedo ad te, quin abs te abear doctior.*

NOT. [1.] Hæc structura tum tantum locum habet, cum præpositio à verbo divelli, ac separatim suo casui præmitti potest: ut Virg. *Alloquor te, i. e. loquor ad te.* Liv. *Classis circumvehitur arcem, i. e. vehitur circum arcem.*

NOT. 2. Ex his multa sunt, quæ præpositionem iteratam respuunt: ut, *Aggredi, alloqui, allatrare aliquem; non, ad aliquem.* Sic, *Alluere urbem, Accolere flumen, Circumvenire aliquem, Obire legationem, Præterire injuriam: & Abducere se magistratu, Efferre pedem domo, Evertere aliquem omnibus fortunis, &c.*

NOT. 3. Rursus alia sunt, quæ solum cum præpositione, quantum constat construuntur: ut, *Accurrere ad aliquem, Adhortari ad aliquid, Incidere in monitum; non, Accurrere aliquem, Adhortari aliquid, &c. Quod ad me attinet; non quod me attinet.* Sic, *Avocare à studiis, Avertere ab incepto, &c.*

NOT. 4. Multa sunt, quæ præpositionem compositi vel repetunt, vel omitunt: ut, Cic. *Aggredi ad disputationem. Id. Aggredi causam.* Liv. *Perrumpere hostium aciem.* Cic. *Panam legum perrumpere. Id. Ingredere orationem. Id. Ingredi in orationem.* Sic, *Inducere animum, vel in animum. Aberrare proposito & à proposito. Abstinere cibo, à scelere. Evadere undis.* Virg. *è manibus.* Liv. *Decedere de suo jure, Decedere provinciâ, viâ; vel de provincia, de via. Expellere, ejicere, exterminare, extrudere, exturbare urbem, & ex urbe, &c.*

NOT. 5. Multa denique sunt, quæ cum dativo, vel aliter, construuntur: ut, *Affurgere alicui, Illacrymari mortem alicujus, Accedere urbem, ad urbem, urbi; Appropinquare ad portam, muro. Infilire in scapham, Plaut. Infilire puppim, Lucan. puppi. Id. Circumdare brachia collo, Succumbere oneri, Inesse rei alicui, & in re aliqua. Extorquere argentum ab aliquo, Cic. ferrum alicui de manibus, Id.*

NOT. 6. Quædam cum præpositionibus & vel ex composita, vel accusativum vel ablativum admittunt: ut, Stat. *Campum exire vetat.* Virg. *Quamvis multa mei exiret victima septis.* Plin. *Non debet historia egredi veritatem.* Ovid. *Portubus egredior.* Lucan. *Patrios excedere muros.* Virg. *Sceleratâ excedere terrâ.*

Alia de PRÆPOSITIONIBUS Observationes.

I. Præpositionibus accusativum regentibus vulgò adduntur, CIRCITER, PROPE, USQUE, & VERSUS: ut, Cæf. *Circiter meridiem exercitum in castra reduxit.* Cic. *Hostes prope muros castra habent.* Curt. *Corpora usque pedes carbasso velant.* Plin. *Vasta solitudines orientem versus.* * Sed hæc verè adverbia sunt, quibus subaudienda est præpositio ad; quæ cum tribus posterioribus nonnunquam exprimitur: ut, Nep. *Cum prope ad annum octogesimum prospera permanisset fortuna.* Hor. *Ab ovo Usque ad mala.* Plin. *Ad occidentem versus.*

II. Inter

- I. Inter ablativum regentes numeratur & PROCU: ut, Liv. *Haud procul seditione res erat.* * Sed hoc quoque adverbium est: ablativus autem regitur ab intellecta præpositione A vel AB; quæ & sæpissimè exprimitur: ut, Virg. *Procul à patria.* Quintil. *Procul ab ostentatione.*
- II. Præpositiones aliis interdum casibus, quàm quos consuetè regunt, per Ellipsin junguntur: ut, Suet. *Campum Stellatæ divisit extra sortem ad viginti millibus civium;* i. e. civium millibus ad viginti millia. Sic Cic. *Ad Opis.* Ter. *Ad Diana;* supple, *adem.* Cic. *A Vesta;* supple, *ade.*
- IV. TENUS & VERSUS casibus suis postponuntur: reliquæ ferè præcedunt: usque promiscuè adhibetur.
- V. Inter præpositionem & casum ab ea rectum nonnunquam apud Poëtas aliquid interponitur: ut, Virg. *Injiciunt ipsis ex vincula fertis.* Ovid. *Discipulo perii solus ab ipse meo.*
- VI. Præpositiones sæpè omittuntur: ut, Virg. *Devenère locos latos.* Cic. *Magnam partem ex Iambis nostra constat oratio;* supple, *ad.* Ter. *Nunc id prodico. Ire inficias, suppetias, exsequias;* sup. ob vel propter. Virg. *Maria aspera juro;* sup. per. Id. *It portis.* Cæf. *Ut se loco movere non possent;* sup. à vel de. Virg. *Ære cavo clypeus.* Hor. *Vina promens dolio;* sup. ex. Ter. *Quid illo facias;* sup. de. Cæf. *Si reipublica commodo facere posset;* sup. cum, &c.
- VII. A & E solùm consonantibus; AB & EX sæpiùs vocalibus, haud rarò & consonantibus, præponuntur: ut, *A patre, E regione: Ab initio, Ab rege, Ex urbe, Ex parte.* * Abs ante q & t ponitur: ut, Ter. *Abs quivis homine.* Cic. *Vel vincam te, vel vincar abs te.*

III. Constructio INTERJECTIONUM.

9. O, HEU, PROH primum, quartum, quintumque tenebunt.

HEI sibi, VÆque petunt casum subungere ternum.

I. Interjectiones, O, HEU & PROH, regunt nominativum vel vocativum; interdum etiam accusativum. Nom. ut, Ter. *O vir fors atque amicus!* Plin. *Heu vanitas humana!* Liv. *Tantum, probolor! degeneramus à parentibus nostris!* Voc. ut, Ter. *O Dave inane contemnor abs te!* Virg. *Heu miserande puer!* Cic. *Proh sancte Jupiter!* Accus. ut, Cic. *O præclarum custodem ovium (ut aiunt) luum!* Ter. *Heu me infelicem?* Cic. *Proh Deum hominumque fidem!*

II. HEI & VÆ regunt dativum: ut, Ter. *Hei misero mihi!* Martial. *Va tibi, caufidice.*

APPENDIX de aliis Interjectionibus.

1. HEUS & OHE vocativo tantùm apponuntur: ut, Ter. *Heus Syre.* Martial. *Ohe jam satis est, ohe libelle.*
2. AH & VAH accusativo vel vocativo: ut, Ter. *Ah me miserum!* Virg. *Ab virgo infelix!* Incert. *Vah inconstantiam!* Plaut. *Vah salus mea, servavisti me,*

3. *Hem* dativo, accusativo & vocativo: ut, Ter. *Hem tibi*. Id. *Hem astra*! Cic. *Hem mea lux, meum desiderium*.
 4. Reliquæ ferè Interjectiones, & pleræque etiam earum quas diximus, alique casu orationi inferuntur.

IV. Constructio CONJUNCTIONUM.

70. Disjungens sociansque ligat conjunctio casus,
 Atque modos, regimen si non varietur, eosdem.

Conjunctiones copulativæ, *Et, ac, atque, nec, neque, &c.* & disjunctivæ, *Aut, ve, vel, seu, sive*, connectunt similes casus & modos: ut, Hor. *Pulvis & umbra sumus*. Id. *Qui studet optatam cursu contingere metam, Multa tulic fecitque puer, sudavit & alsi*. Ovid. *Nec census, nec clarum nomen avorum, Sed probitas magna ingeniumque facit*. Hor. *Aut prodesse volunt, aut delectare Poëta*.

* His adde, *Quàm, nisi, praterquam, an*: ut, Ter. *Hac res nominus me malè habet, quàm te*. Cic. *Philosophi negant quenquam virum bonum esse, nisi sapientem*. Id. *Pro tantis rebus nullum vobis premium postulo, praterquam hujus diei memoriam sempiternam*. Virg. *Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?*

* Item, adverbia similitudinis, *ceu, tanquam, quasi, ut, &c.* Plin. *Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publicè editur ceu gladiatorum*. Cic. *Gloria virtutem tanquam umbra sequitur*.

Exc. Si diversa sit vocum structura, dissimiles necessario casus copulantur: ut, Cic. *Mea & reipublica interest*. Juv. *Balnea sexcentis, & pluris porticus empta*. Cic. *Sive Roma es, sive in Epiro*.

NOT. Si sententia variationem constructionis admittat, casus etiam & modi variari interdum possunt, ut, Boët. *Mulier reverendi admodum vultus, oculis ardentibus, colore vivido, atque inexhausti vigoris*. Sic, *Vir magni ingenii, summæque industriæ*; vel, *Vir magnæ ingenio, summæque industriae*. Sall. *Ubi videt neque per vim, neque insidiis opprimi posse hominem*. Pers. *Tecum habitare & nobis quàm sit tibi curta suppellex*.

71. *Quo, licet, utque* modum poscunt *utinamque* secundum:

Queis infinitas voces, *ne, dummodo, junde*.

I. *Ut, quo, licet, ne, utinam & dummodo*, subjunctivo modo ferè semper adhærent: ut, P. Syr. *Avaro quid mali optes, nisi ut vivat diu*? Ter. *Adjuta me, quò id fiat facilius*. Virg. *Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur*. Hor. *Immortalia ne speres, monet annus*. Quinçtil. *Utinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus*. Cic. *Omnia honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur*.

II. Interrogativa omnia, sive nomina, sive pronomina, sive adverbia, sive conjunctiones sint, cum indefinite ponuntur, subjunctivum adsciscunt: ut, Hor. *Qua virtus, & quanta, boni, sit vivere parvo, Discite.* Ter. *Metuo qualem tu me esse hominem existimes.* Cic. *Ut sciam quid agas, ubi quoque, & maxime quando Roma futurus sis.* Ovid. *Nescit vitæne fruatur, An sit apud Manes.*

¶ Item relativum *QUI*, quoties in continuato cum præcedentibus sermone adhibetur, subjunctivo frequentius quam indicativo jungitur: ut, Cic. *Pompeius non dubitat ea quæ de republica nunc sentiat, mihi valde probari.* Id. *Dices, quid igitur proficis, qui anticipes ejus rei molestiam, quam tri duo sciturus sis.*

NOT. 1. Post hæc verba, *Volo, nolo, malo, rogo, precor, censeo, suadeo, licet, oportet, necesse est, & similia*: item post imperativos, *sine, fac vel facito*, ut eleganter reticetur: ut, Ter. *Ducas volo hodie uxorem.* Cic. *Artificium obliviscatur & studium deponat licebit.* Ter. *Fac te patrem esse sentiat.*

NOT. 2. NE post cave sæpius omittitur: ut, Cic. *Cave facias,* Ter. *Cave te esse tristem sentiat.*

NOT. 3. UT & QUOD sic ferè distinguuntur.

1. UT notat causam finalem, & plerumque de re futura dicitur: ut, Ter. *Vel me monere hoc, vel percontari puta: Rectum est? ego ut faciam: non est? te ut deterream.* Nep. *Cursorem miserunt, ut nunciaret, quam celeri opus esset auxilio.* * Adhibetur etiam post voces intensivas, *Ad eo, ita, sic, tam, talis, tantus, tot, & similia*: ut, Cic. *Ad eone ignarus es consuetudinis nostræ, ut hæc nescias.* Plin. *Nullum tam impudens mendacium est, ut teste careat.* Cic. *Vita quidem talis fuit, ut nihil posset accedere.*

2. QUOD notat causam efficientem, seu impulsivam, diciturque plerumque de eventu seu re gestâ: ut, Cic. *Gaudeo quod te interpellavi.* Id. *Cato mirari se aiebat, quod non rideret haruspex, haruspice cum vidisset.* Vid. & supra, p. 57.

APPENDIX.

De aliis CONJUNCTIONIBUS cum Indicativo vel Subjunctivo constructis.

1. *ETSI, TAMETSI, QUANQUAM*, in principio statim sententiæ indicativum postulant: ut, Cic. *Etsi vereor, judices, &c.* Id. *Tametsi vicisse debeo, tamen de meo jure decedam.* Id. *Quamquam gratiarum actionem à te non desiderabam.* * Alibi etiam subjunctivum admittunt: ut, Cic. *Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum bellum; etsi id ipsum nonnullis videatur secus.* Ter. *Memini tametsi nullus moneas.* Quint. *Cædi verò discentes, quamquam receptum sit, & Chrysippus non improbet, minime velim.*
2. *ETIAMSI & QUAMVIS* sæpius subjunctivo, interdum indicativo adhærent: ut, Cic. *Omnia breviter tolerabilia esse debent, etiamsi maxima sint.* Virg. *Quamvis Elysios miretur Græcia campos.* * Cic. *Ista veritas, etiamsi jucunda non est, mihi tamen grata est.* Hor. *Quamvis, Scæva, satis per te tibi consulis.*
3. *UT*, pro *QUAMVIS*, subjunctivo solum adjungitur: ut, Ovid. *Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.*
4. *QUONIAM, QUANDO, QUANDOQUIDEM*, indicativum ferè postulant: ut, Ter. *Quoniam non potest id fieri quod vis, Id velis quod possit.* Id. *Quando ego*

tuum non curo, ne tu cura meum. Virg. *Quandoquidem in molli confedimus herba.*

5. QUIPPE, pro nam, indicativo jungitur: ut. Virg. *Quippe vetor fatis.*
6. UTPOTE & QUIPPE pro utpote, sequente qui, sæpius subjunctivum, rariù indicativum: sequente cum solum subjunctivum, habent: ut, Suet. *Ædes sacras opulentissimis donis adornavit; utpote qui in cellam Jovis Capitolini se decim millia pondo auri contulcrit.* Cic. *Non ignorat voluptatem Epicurus, quippe qui testificetur, &c.* * Id. *Læcius quidem frater ejus, utpote qui peregrè depugnavit, familiam ducit.* Id. *Quippe qui cives optimos jugulari jussit.* * Id. *Ad fidem faciendam justitia plus pollet, quippe cum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis.* Id. *Me incommoda valetudo, utpote cum sine febris laborassem, tenebat Brundisii.*
7. QUOD & QUIA in sententia finita indicativo, in infinita subjunctivo sociantur: ut, Cic. *Benè facis, quod me adjuvas.* Ter. *Quia paululum vobis accessit pecunie, sublato animi sunt.* * Cic. *Mibi quod Nasicam defendissem, leviter succensuit.* Id. *Nemo ipsam voluptatem, quia voluptas sit, aspernatur: neque quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet.*
8. QUUM, seu CUM, pro quoniam, subjunctivum; pro quod indicativum longè frequentius adsciscit: ut, Ovid. *Cum rapiant mala fata bonos (ignoscite falso) Sollicitor nullos esse putare Deos.* Cic. *Cum Athenas tanquam ad mercaturam donarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est.* * Plaut. *Cum tu liber es, Messenio, gaudeo.* Cic. *Tibi gratias ago, cum tantum literarum mea potuerunt.*
9. SI, SIN, NI, NISI, SIQUIDEM, modò indicativis, modò subjunctivis adhaerent: ut, Ter. *Si illum relinquo, ejus vita timeo; sin opitular, hujus minas.* Id. *Mirum ni domi est.* Cic. *Fompeius Domitium, nisi me omnia fallunt, deseret.* Id. *Robor & soboles militum interiiit, siquidem, quæ nunciatur, vera sunt.* * Ter. *Si id scissem, nunquam huc retulissem pedem.* Sall. *Persuadet, uti Jugurtham, maxime vivum, sin id parum procedat, necatum sibi traderent.* Ter. *Nam nonsem causam, crederem vera hunc loqui.* Virg. *Nec veni, nisi fata locum sedemque dedissent.* Cic. *O morem præclarum, quem à majoribus accepimus, siquidem [eum] teneremus.* ¶ Si, pro quamvis, subjunctivo serè adjeitur: ut, Ter. *Redeam, Non, si me obsecret.* Id. *Non si capiundos mibi sciam esse inimicos omnes homines.* * Rariù indicativo: ut, Id. *Verum, si cognata est maxime, Non fuit necesse habere.*
10. DUM, pro dummodo: & QUIN, pro ut non, vel quod non, subjunctivum perunt: ut, Cic. *Oderint, dum metuant.* Ter. *Non dubium est quin uxorem nolis filius.* Cic. *Non quin ipse dissentiam, sed quod, &c.* Adde supra, p. 74.

Liber Secundus.

De SYNTAXI IRREGULARI, seu FIGURATA.

FIGURÆ Syntaxeos ad quatuor genera reduci possunt. Vel enim (1.) Aliquid ad integritatem orationis deficit, & hæc figura generali nomine ELLIPSIS appellatur. Vel (2.) Aliquid redundat, seu superfluum est, quæ PLEONASMUS dicitur. Vel (3.) Orationis partes earumque accidētia inter se permutantur, quæ ENALLAGE nominatur. Vel denique (4.) Vocum ordo pervertitur seu turbatur, quæ HYPERBATON insignitur.

CAP. I.

De ELLIPSI ejusque speciebus.

ELLIPSIS est, unius vel plurium vocum ad plenam orationem faciendani defectus.

Ea autem in duas species dividi potest. Vel enim (1.) Id quod in oratione desideratur, foris petendum est. Vel (2.) E proximis vicinisque vocibus intelligendum. Prior ELLIPSIS *strictius sic dicta* appellari potest; ac sub se etiam *Appositionem*, *Synecdochen*, & *Asyndeton* complectitur. Posterior ELLIPSIS *laxiore sensu accepta* dici potest, continetque etiam sub se *Zeugma*, *Syllepsin* & *Prolepsin*.

E L L I P S I S *strictius dicta.*

E L L I P S I S *strictius dicta* est, cum in oratione deficit, vox extrinsecus petenda. Estque omnium partium orationis.

1. Nominis: ut, *Atunt*, supple *homines*. *Hecloris Andromache*, sup. *uxor*. *Aberant bidui*, sc. *viā*. *Decies sestertium*, sc. *centena millia*. *Prō Deūm immortalium!* putā *fidem*. *Non est oneri ferendo*, sup. *aptus*.

2. Pronominis: ut, *Virg. Arma virumque cano*, sc. *ego*. *Ter. Memini videre*, sc. *me*. *Cic. Negat jus esse*, qui miles non sit, *pugnare cum hoste*, sup. *cum*. *Hor. Sunt quos hoc genus minime juvat*, sc. *quidam*. *Plin. Equo ferē*, qui homini, *morbi*, sup. *idem*.

3. Verbi: ut, *Ter. Egomet continuo mecum*, sc. *cogitabam*. *Quid multa?* sc. *dicam*. *Cic. Ridere conviva*, *cachinnari ipse Apronius*, sup. *ceperunt & cepit*.

4. Participii: ut, *Juv. Saturno Rege*, sup. *ente*. *Cic. Occupationum mearum vel hoc signum erit*, quod *epistola librarii manu est*, sup. *scripta*.

5. Adverbii: ut, *Cæf. Vulnerantur amplius sexcenti*, pro *quā sexcenti*. *Liv. Ad unum omnes occidit*, pro *usque ad unum*.

6. Præpositionis: ut, *Eo Romam*, pro *ad Romam*. *Pridie Nonas*, pro *ante Nonas*. *Virg. Stridens Aquilone procella*, pro *ab Aquilone*. *Ter. Quid me fiet*, pro *de me*. *Id. Si pater id succenseat*, pro *propter id*.

7. Interjectionis: ut, *Ovid. Me miserum!* ubi *O* vel *heu* supplendum.

8. Conjunctionis: ut, in *Asyndeto*, de quo mox.

A P P O S I T I O.

A P P O S I T I O est, duorum substantivorum in eodem casu, per Ellipsin participii *ENS*, conjunctio: ut, *Urbs Roma*, i. e. *urbis ens*, vel *que est Roma*. *Liv. Celtiberi novus miles diffugerunt*, i. e. *entes*, vel *qui erant novus miles*, seu *novi milites*. *Id. Annibal peto pacem*, i. e. *ego ens*, vel *qui sum Annibal*. *Id. Audi tu populus Albanus*, i. e. *tu ens*, vel *qui es populus Albanus*.

S Y N E C D O C H E.

S Y N E C D O C H E est, cum ablativus partis vel adjuncti mutatur in accusativum, intellectā præpositione Græcā *κατά*, vel Latinā *secundum*, seu quod *ad*. Partis: ut, *Virg. Expleri mentem nequit*. *Id. Deiphobum videt lacerum crudeliter ora*; pro quod *ad mentem*, quod *ad ora*. Adjuncti: ut, *Id. Flores inscripti nomina Regum*. *Hor. Qui purgor bilem sub verni temporis horam*; pro quod *ad nomina regum*, quod *ad bilem*. Adde supra p. 15.

ASYNDETON.

ASYNDETON est, conjunctionis, maximè copulativæ, in oratione defectus; ut, *Deus optimus maximus*; pro *optimus & maximus*. *Sartum tectum conservare*; pro *sartum & tectum*. *Æqui boni consulere*; pro *æqui & boni*. Sic *Sall.* *Genus, ætas, eloquentia propè aequalia fuere*. *Cic.* *Abiit, excessit, evasit, erupit*. *Virg.* *Ferte citi flammæ, date tela, impellite remos*. * Item aliarum conjunctionum: ut, *velis, nolis, sup. seu. Plus minus, pro plus minusve. Sex septem dies, pro sex vel septem*. *Hor.* *Decies centena dedisses Huic parco, pro si dedisses*. *Virg.* *Nimium ne crede colori: Albaligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur, pro nam alba ligustra, &c.* *Ter.* *Quaquam est scelestus, non committet hodiè unquam, iterum ut vapulet; pro non committet tamen*.

ELLIPSIS laxiore sensu accepta.

ELLIPSIS laxiore sensu accepta est, cum vox in oratione deficiens è proximo assumenda est. Id autem dupliciter fit:

I. Cum adjectivum vel verbum semel expressum, in diversis membris, absque ulla mutatione, repetendum est: ut, *Cic.* *Nulla possessio, nulla vis auri pluris quam virtus æstimanda est*. Quæ sententia, ut omnibus numeris absoluta fiat, sic integranda est: *Nulla possessio pluris quam virtus æstimanda est: Nulla vis auri pluris quam virtus æstimanda est*. Ubi nec genus, nec numerus, nec casus mutatur. Sic *Id.* *virtus, & honestas, & pudor cum Consulibus esse cogebat*. Et *Virg.* *Cui pecudum fibra, cæli cui sidera parent, Et linguae volucrum, & præsepi fulminis ignes*. In quibus exemplis, cogebat & parent semel posita, illud bis, hoc ter præterea, sine mutatione, repetenda sunt.

II. Cum adjectivum vel verbum, semel expressum, in diversis membris repetendum est, sed genere, numero, casu, vel personâ mutatis. * Id autem variè, pro triplici adjectivi vel verbi exprimendi ratione, in tribus quæ hinc ortæ sunt figuris, Zeugmate, Syllepsî & Prolepsî, ut mox patebit, accidere solet.

ZEUGMA.

ZEUGMA est, cum adjectivum vel verbum diversis nominibus substantivis adjunctum, cum propiore expressè convenit, alteri, sed mutatis accidentibus, intelligendum.

Estque vel generis, vel numeri, vel personæ.

I. Generis: ut, *Hor.* *Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior algæ est*. *Ter.* *Utinam aut hic furdus, aut hæc muta facta sit*. *Id.* *Locus, tempus constitutum*.

II. Numeri: ut, *Virg.* *Huc ades, O Melibæ; caper tibi salvus, & hædi*. *Id.* *Hic illius arma, Hic currus fuit*. *Id.* *Tutatur favor Euryalum, lacrymaque decoræ*.

III. Personæ: ut, *Cic.* *Ran? ille timore, ego risu corruï*. *Virg.* *Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses*. *Ter.* *Clinia serpyllum misit, & ego unâ nostrum Syrrum*.

NOT. I. Pro diverso adjectivi vel verbi situ ZEUGMA trifariam dividi solet: nimirum in PROTOZEUGMA, sive Zeugma in principio: ut, *Virg.* *Cum tacet omnis ager, pecudes, pistræque volucres*. MISOZEUGMA, sive Zeugma in medio: ut, *Id.* *Illum non populi fascies, non purpura Regum flexit, aut infidos agitant discordia fratres, Non res Romana, perituraque regna*. Et HYPOZEUGMA, sive

Zeugma in fine: ut, Sall. Iis otium, & divitiæ, optandæ aliis, oneri miseriæque fuere.

NOT. 2. Nonnunquam adjectivum vel verbum cum substantivo convenit remotiore: ut, Suet. Sic imperium adeptus populum Romanum, vel dicam hominum genus, voti compotem fecit. Sall. Cum naturâ loci, tum dolo, ipsi, atque signa militaria, obscurati. Liv. Ego populusque Romanus populis præseorum Latinorum bellum indico facioque.

NOT. 3. Alioquin principali substantivo, sive propiori, sive remotiori, adjectivum vel verbum aptius accommodatur: ut, Sall. Ingeniū egregia facinora, sicut anima, immortalia sunt. Liv. Porta ea, velut in ore urbis posita, major aliquanto potentiorque, quàm cætera, est. Sic Ter. Præterea talem, nisi tu, nulla filium pareret: Vel, Talem filium nulla, nisi tu, pareret.

NOT. 4. Interdum tamen aliter fit: ut, Sall. Sed ei cariora semper omnia, quàm decus atque pudicitia fuit. Id. Sin opportunior fuga collis, quàm campi fuerant. Virg. Nihil hic nisi carmina desunt. Cic. Quis igitur illum Consulem, nisi latrones putant.

SYLLEPSIS.

SYLLEPSIS est, quâ adjectivum vel verbum, diversis substantivis additum, consentit cum digniore.

Triplex autem est Syllepsis; 1. *Generum.* 2. *Personarum.* 3. *Numerorum.*

Ex generibus verò dignius est masculinum feminino, & hoc neutro. Ex personis prima dignior est secundâ, & hæc tertiâ. Ex numeris pluralis dignior est singulari.

SYLLEPSIS generum.

SYLLEPSIS generum est, quando adjectivum, substantivis diversi generis junctum, cum eo quod dignioris generis est, convenit.

Estque vel explicita, vel implicita.

EXPLICITA est, cum substantiva diversi generis exprimuntur: ut, Ovid. Attoniti novitate pavent, manibusque supinis Concipiunt Baucisque preces timidasque Philemon.

IMPLICITA est, cum substantiva diversi generis non exprimuntur, sed sub voce aliqua latent animo intelligendâ: ut, Ovid. Ut templi tetigere gradus, procumbit uterque Pronus humi; i. e. Deucalion & Pyrrha. Virg. Una dolo Divum si femina victa duorum est; i. e. Cupidinis & Veneris.

Rursum Syllepsis generum vel directâ est, vel indirectâ.

DIRECTâ fit per conjunctionem copulativam: ut, Ter. Pater mihi & mater mortuâ.

INDIRECTA fit per præpositionem cum: ut, Sall. Dux hostium cum urbe Valentia & exercitu deleti.

NOT. 1. In rebus inanimatis adjectivum ut plurimum neutro genere adhibetur: ut, Virg. Daphnidis arcum Fregisti & calamos; quæ—cum vidisti puero donata dolebas. Cic. Ut operam, consilium, rem, fidem meam, sibi ad omnes res parata putent.

NOT. 2. Cum duobus substantivis singularibus diversi generis apponitur aliud substantivum plurale, dignioris generis ratio habetur: ut, Liv. Ptolemaeus & Cleopatra Reges Ægypti; i. e. Rex & Regina. Sic parentes mei, de patre & matre; Liberi mei, de filio & filia; Fratres mei, de fratre & sorore dicuntur.

SYLLEPSIS *personarum.*

SYLLEPSIS *personarum* est, quando substantivis diversæ personæ adiungitur verbum plurale, digniori personæ congruens.

Ea quoque *explicita* est vel *implicita*.

EXPLICITA est, cum personæ exprimuntur: ut, Cic. *Sustulimus manus & ego & Balbus.* Id. *Errastis, Rulle, vehementer, & tu & college tui.*

IMPLICITA est, cum personæ non exprimuntur: ut, Plaut. *Quem per urbem uterque defessi sumus quærere.* Id. *Dederim vobis consilium catum, Quod laudetis, ut ego opinor, uterque.*

Est & *Directa* vel *Indirecta*. **DIRECTA**: ut, Cic. *Ego & Cicero valemus.* **INDIRECTA**: ut, Id. *Ipse cum fratre Capuam ad Consulcs adesse iussi sumus.*

SYLLEPSIS *numerosum.*

SYLLEPSIS *numerosum* est, cum diversorum numerorum substantivis adjectivum vel verbum plurale adjicitur: ut, Virg. *Phrygii comites & letus Iulus Incedunt.* Id. *Dum fata Deusque sonabant, Vixi.* Curt. *Projectisque anniculo & literis.*

NOR. Ea nonnunquam & *indirectè* fit: ut, Tac. *Equites cum Æmilio subvenientes periculo ceteros exemere.*

PROLEPSIS.

PROLEPSIS est, cum toti subjiuntur partes, numeris aut personis à toto diversæ, verbo vel adjectivo non repetito. **NUMERIS**: ut, Liv. *Principes utrinque pugnam ciebant; ab Sabinis Mettius Curtius, ab Romanis Hostus Hostilius.* Sall. *Exercitus hostium duo, alter ab urbe, alter à Gallia, obstant.* **PERSONIS** [& numeris;] ut, Ter. *Ego vapulando, ille verberando, usque ambo defessi sumus.* Virg. *Boni quoniam convenimus ambo, Tu calamos inflare leves, ego dicere versus; i. e. Ego conveni, bonus inflare calamos; tu convenisti, bonus dicere versus.* Et sic in aliis.

Prolepsis etiam *explicita* est, vel *implicita*.

EXPLICITA est, in qua totum & partes exprimuntur: ut, Liv. *Consules, Sulpicius in dextro, Petilius in laevo cornu, consistunt.*

IMPLICITA est, in qua totum vel partes supprimuntur: ut, Virg. *Compulerantque greges Corydon & Thyrsis in unum, Thyrsis oves, Corydon distentas lætæ capellas; i. e. pastores [Thyrsis & Corydon.]* Ter. *Curemus equam uterque partem; tu alteram, ego item alteram; i. e. nos uterque, ego meam, tu tuam partem curemus.* Ovid. *Vestras quisque redite domos; i. e. vos redite domos, tu tuam, alius suam.*

CAP. II.

De PLEONASMO *ejusque speciebus.*

PLEONASMUS est, vocis unius vel alterius in oratione redundantia.

Estque præcipue, Nominis, Pronominis, Participii, Adverbii aut Conjunctionis.

1. Nominis: ut, Ter. *Hiscæ oculis egomet vidi.* Virg. *Sic ore locuta est.* Plaut. *Memorid memini.* Sic, *Ubique locorum, Nusquam gentium.* Item. *Vivere vitam, Servire servitatem, &c.*

2. Pro-

2. PRONOMINIS: ut, Hor. *Quid mihi Celsus agit?* Virg. *Ubi nunc nobis Deus ille magister.* Cic. *Illud quod supra scripsi, id tibi confirmo.* Plaut. *Pater tuus is erat frater patruclis meus.* Ter. *Fac me ut sciam.* Cic. *Hac me ut confidam faciunt.*
3. PARTICIPII: ut, Lucr. *Ennius aeternis exponit versibus edens.* Virg. *Postquam primus amor deceptam morte fefellit.*
4. ADVERBII: ut, Plaut. *Fraxensit prius.* Ter. *Olim isti fuit generi quondam questus apud seclum prius.* Virg. *Magis beatior.* Sic, *Nimis demiror, Infanum valde deamare, Itera mihi iterum, Kursus reverti,* ap. Plaut. *Ketro referri,* ap. Virg. *Multa concurrunt simul,* ap. Terent. &c.
5. CONIUNCTIONIS: ut, Plaut. *Etiā consultis verbis quoque.* Ter. *Itaque ergo amantur.* Cic. *Esi quamvis non fueris suaser.* Sic, *Quasi si, nisi si, Tamenetsi tamen.*
- Sub Pleonasmō comprehendi possunt, Parelcon, Polysyndeton, Hendiadys & Periphrasis.

P A R E L C O N.

PARELCON est, adjectio syllabica, vel particula aliqua, pronominibus, verbis vel adverbis sic addita, ut significationi eorum nihil, nisi fortē emphasis quædam, inde accedat. Talia sunt, 1. MET, TE, CE, pronominibus addita: ut, *Egomet, tute, hujusce.* 2. DUM, imperativis verborum adjectum: ut, *Agedum, memoradum, adestum,* &c. 3. SIS, iisdem imperativis addi solitum: ut, *Age sis, cave sis, vide sis,* &c. 4. NAM, interrogativis maximē adjunctum: ut, *Quisnam, ubinam, numnam,* &c. 5. QUAM in *Admodumquam, oppidoquam, sanequam, nimisquam,* & similibus. 6. AN in *fortassean; NE in Anne, numne,* &c.

P O L Y S Y N D E T O N.

POLYSYNDETON est conjunctionis, præcipuē copulativæ, redundantia: ut, Virg. *Unâ Euræque Notusque ruunt, creberque procellis Africus.* Cic. *Asia tam opima est & fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine passionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat.*

H E N D I A D Y S.

HENDIADYS (restius "Εν δια δυοῖν) est, cum quod re unum est, sic effertur, quasi duo essent: ut, Virg. *Pateris libamus & auro, pro pateris aureis.* Id. *Molemque & montes insuper altos Imposuit, pro molem altorum montium.* Sall. *Tum primum periculo atque negotiis compertum est, in bello plurimum ingenium posse, pro periculosis negotiis.* Liv. *Nisi à se prius Capitolium atque arx servata esset, pro arx Capitolii, sive Capitolina.*

P E R I P H R A S I S.

PERIPHRAISIS est, quâ rem unam pluribus verbis circumloquimur: ut, *Urbs Patavi, urbs Troja,* ap. Virg. pro *Patavium, Troja.* *Arbor fici, Olus atriplex,* ap. Colum. pro *ficus, atriplex.* *Res voluptatum,* ap. Plaut. pro *voluptates.* *Res cibi,* ap. Phædr. pro *cibus.* Sic, *Medicorum filii, pro Medicis; Teneri ovium fetus, pro agnis, Virg. Cæli lucida templa, Lucr. pro cælo.* Sic, Plaut. *Ut tu sis sciens, pro ut scias.* Ter. *Vos oratos volo, pro oro.* Id. *Si est,*

ut velit reducere uxorem, pro si vult reducere. Id. Faciam, ut tibi concedam: pro concedam tibi. Sic, *Habere sollicitum*, Cic. *Habere dubium*, Sall. *Habere tacitam*, Justin. pro *sollicitare*, *dubitare*, *tacere*; & innumera ejusmodi alii

CAP. III.

De ENALLAGE ejusque speciebus.

ENALLAGE est, vocum aut earum accidentium inter se, permutatio. Et autem varias sub se species continet: veluti, *Antimeriam*, *Enallagen stritiis dictam*, *Heterosin* & *Antiptosin*. Ad *Enallagen* quoque referri possunt *Synesis*, *Anacoluthon*, *Hellenismus* & *Archaismus*.

ANTIMERIA.

ANTIMERIA est, unius partis orationis pro altera positio. Per hanc autem figuram omnes orationis partes alie pro aliis ponuntur: Veluti,

- I. Nomen (1.) Pro pronomine: ut, Hor. *Si quid in Flacco viri est*, pro in me ipse enim Flaccus, sive Horatius, loquitur. (2.) Pro verbo. Plaut. *Tu merx est*, *tua indicatio est*, pro *tuum est indicare*. Liv. *Utrum è republica sit necne*, *vestra existimatio est*, pro *vestrum est existimare*. (3.) Pro participio. Virg. *Populum latè regem*, pro *regnantem*. Id. *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora*, pro *sibilantia*. Sic, *Gnara se peti*, pro *sciens*, ap. Plin. *Corusta fulmina molitur dextrâ*, pro *coruscantia*, interprete Servio, ap. Virg. (4.) Pro adverbio: ut, Plaut. *Nisi cotidianus sesquiopus conficeris*, pro *nisi quotidie*. Sall. *Illi haud timidi resistunt*, pro *haud timide*. Ovid. *Quique erat in falsa plurimus ore Deus*, pro *plurimum*. Huc refer & illa, *Horrendum clamat*, *Immane sonat*, *Acerba tuens*, *Multa gemens*. Vid. supra, p. 39. (5.) Pro interjectione. Ter. *Quid tua, malum! id refert*. Virg. *Navibus, infandum amissis*. Vid. Part. I. p. 118.
- II. Pronomen (1.) Pro nomine: ut, *suus*, pro *unicuique proprius*, veluti in hoc Virg. *Mittunt sua thura Sobæi*: item pro *propitius*; ut, ap. Ovid. *Vota suos habuere Deos*. (2.) Pro conjunctione: ut, Cic. *Huic conjuncta beneficentia est, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellare licet*, pro *quam etiam*.
- III. Verbum (1.) Pro nomine: ut, Pers. *Nostrum istud vivere triste*, pro *nostra ista tristis vita*. Vid. supra, p. 56. (2.) Pro interjectione: ut, *Age*, hortantis; *apage*, averfantis; *amabo*, quaeso, *sodes*, blandientis, &c. (3.) Pro conjunctione: ut, *licet*, pro *quamvis*.
- IV. Participium (1.) Pro nomine: ut, *Amans*, pro *amatore*, passim; *Medentes*, pro *Medicis*, Lucr. *Volantes*, pro *avidus*; *natantes*, pro *piscibus*; *venantes*, pro *venatoribus*; *silentes*, pro *Manibus*, Virg. Sic, *conspectus*, pro *conspiciens*, Id. item, *illaudatus*, *immutus*, *invidus*; pro, *illaudabilis*, *immobilis*, *invincibilis*. (2.) Pro verbo: ut, Plin. *Torpedo octogenos fatus habens inveniatur*, pro *habere*. Liv. *Qui & qua petentes venissent*, pro *petere*, sive *petitum*. (3.) Pro adverbio: ut, Plaut. *Lubens secero ac solens*, pro *libenter & consuetè*.
- V. Adverbium (1.) Pro nomine: ut, Pers. *Aliud cras*, pro *alius dies crastinus*. Terent. *Sic vita erat*, pro *ta. is*. Id. *Ego huuc esse aliter credidi*, pro

pro, alium. Item in his, *Bene est, Recte est; pro, Bonum est, rectum est.*
 (2.) Pro pronomine *QUI*, cum præpositione aliqua, expressâ vel suppressâ: ut, *Plaut. Nunquam hominem quengquam conveni, unde abierim libentius*, pro à quo. *Id. Capiunt prædones navem illam, ubi vestrus fui*, pro quâ, sive in qua.
 (3.) Pro præpositione: ut, *Virg. Intus templo Divûm*, pro in. *Apul. Retro metas*, pro post vel pone. (4.) Pro conjunctione: ut, *Dum, jam, nunc*, adverbialia temporis, pro conjunctionibus, primum conditionali, alterum continuativâ, tertium adversativâ. Sic, *quando*, pro quoniam: simul geminatum, pro & &.

VI. Præpositio, (1.) Pro nomine: ut, *super*, pro *superstes*, in hoc *Virg. O mihi sola mei super Astyanactis imago.* (2.) Pro adverbio: ut, *ante, post, infra*; pro, *antea, postea, inferius.*

VII. Interjectio, pro nomine vel adverbio: ut, *Hei mihi*, pro *malum vel male mihi est.* *Væ tibi*, pro *magnum malum tibi fit.*

VIII. Conjunctio, pro adverbio: ut, *Ac, atque*, in significatione comparandi sive eligendi. *Sed* pro imò, ap. *Plaut. Habet gladium, sed duos.* *Si*, pro *an*, in hoc *Ter. Iisam, si domi est.*

ENALLAGE strictius dicta.

ENALLAGE strictius dicta est, quâ una vox pro alia ejusdem partis orationis, veluti, nomen pro nomine, verbum pro verbo, &c. ponitur. Hoc pacto,

I. In nomine Enallage fit,

1. Qualitatis: ut, (1.) Substantivum pro adjectivo: ut, *Exercitus victor*, pro *victorioso*; *scelus*, pro *scelesto*. Sic & abstractum pro concreto: ut, *conjugium*, pro *conjuges*, *Virg. Æn. ii. 579.* Sic, *matrimonia*, pro *uxoribus*. *Justin. iii. 3. 8. Servitia*, pro *servis*. *Sallust. Catil. 24. Amicitias tibi junge pares*, pro *pares amicos*, *Ovid. Trist. iv. 4. 44.* Sic, *Nobilitas*, pro *nobilibus*; *juventus*, pro *juvenibus*; *vicinia*, pro *vicinis*, vulgò dicantur. (2.) Adjectivum pro substantivo: ut, *Cic. Possum falli, ut humanus*, pro *ut homo*. Sic & concreta, pro abstractis: ut, *verum, bonum, equum*; pro *veritas, bonitas, aequitas*. (3.) Proprium pro appellativo: ut, *Senec. Omne tempus Clodios, non omne Catones fert*; i. e. *omne tempus fert homines improbos, non omne autem viros probos.* *Mart. Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones*; i. e. *Sint munifici patroni, non deerunt boni poëta.* (4.) Appellativum pro proprio: ut, *Urbs*, pro *Roma*; *Philosophus*, pro *Aristotele*; *Orator*, pro *Cicerone*.

2. Speciei: ut, (1.) Primitivum pro derivativo: ut, *Dardana arma*, pro *Dardania*, *Laticem Lyæum*, pro *Lyæium*, ap. *Virg.* (2.) Derivativum pro primitivo: ut, *Ter denis navibus ibant*, pro *ter decem*. *Juven. Cum jam sextâ cervice feratur*, pro *sex cervicibus*.

3. Figuræ: ut, (1.) Simplex pro composito: ut, *avus*, pro *abavus*; *nepos*, pro *pronepos*. (2.) Compositum pro simplice: ut, *consceleratus*, pro *sceleratus*.

II. In Pronomine Enallage fit,

1. Significationis: ut, cum relativa & reciproca inter se permutantur, de quo p. 13.

2. Speciei; (1.) Primitivæ pro derivativa: ut, *Frequentia vestrum, Voluntas vestrum*; pro *vestra*. *Labor mei, tui*; pro, *meus, tuus*. (2.) Derivativæ pro primitiva: ut, *Desiderium tuum, Odium tuum*, pro *tui*. *Vid. p. 12.*

3. Figuræ, (1.) Simplicis pro composita: ut, *Quis*, pro *aliquis*. (2.) Compositæ pro simplice: ut, *Tibimet*, pro *tibi*; *Memet*, pro *me*, ap. *Senec. Agam. v. 798. & Oedip. v. 847. ubi met planè redundat.*

III. In Verbo Enallage fit,

1. Generis: ut, (1.) Activum pro passivo: ut, Virg. *Nox humida coeli Præcipitat, pro præcipitatur. Liv. Jam verterat Fortuna, pro versa erat.* [Ni in his potius est Ellipsis pronominis se statuere.] (2.) Passivum pro activo: ut, Virg. *Placitam Paci nutritor olivam, pro nutri.* Colom. *Cacumina virgarum, ne luxurientur, mutilato, pro luxurient.*

2. Speciei: ut, (1.) Primitivæ pro derivativa: ut, Ter. *Pellere fores pro pulsare.* Plaut. *Qui Syracusis habet, pro habitat.* Virg. *Cernere ferro pro certare.* (2.) Derivativæ pro primitiva: ut, *Madesco, tepefco, servesco* & similia, ap. Poëtas; pro *mades, tepeo, serveo.* Item, *Dulscare exercitum. Agitare latitiam, Obsecrare periculis;* pro, *ducere, agere, objicere,* ap. Sall. *Imperito, pro impero,* ap. Lucret. *Dormito, pro dormio,* ap. Cic.

3. Figuræ: ut, (1.) Simplicis pro composita: ut, Virg. *Mæstumque thymum Mittite, pro omittite.* Cic. *Ponit personam amici, cum induit judicium pro deponit.* Sic *colere,* ap. Liv. xxiv. ult. pro *incolere.* *Scindere,* ap. Plaut. Bacch. iv. 9. 130. pro *exscindere.* *Servare,* ap. Virg. Geo. i. 335. pro *obscervare,* &c. (2.) Compositæ pro simplici: ut, *Deprecor,* ap. Justin. xi. 9. pro *precor.* *Retine me,* ap. Ter. Heaut. iii. 4. 23. pro *tene.*

IV. In Participio à quibusdam Enallage statuitur significationis, (1.) Activa pro passiva: ut, Virg. *Tondenti barba cadebat, pro tonso.* Id. *Volventibus annis, pro volutis.* Sic, *vehens,* pro *eo qui vehitur,* Cic. *Gignentia, pro iis quæ à terra gignantur,* Sallust. (2.) Passivæ pro activa: ut, Virg. *Tum breviter Dido, vultum demissa, profatur.* Ovid. *Albentes laniata comas;* pro, *demittens lanians.* * At in prioribus Ellipsis est pronominis *me, te, vel se;* in posterioribus, præpositionis *ad, vel quod ad.*

V. In Adverbio Enallage fit, (1.) Ratione significationis: ut cum adverbia loci & temporis inter se permutantur: ut, *ubi, pro quando; ibi, pro tunc; hinc, pro ab eo tempore,* &c. Item, cum illa qualitatis, *benè & malè, pro valde, quod intendendi est, ponuntur:* ut, Cic. *Sermo benè longus.* Plaut. *Malè cum metuo.* Sic cum numerus certus ponitur pro incerto: ut, *Milites audiri, i. e. sapissimè, O terque quaterque beati, i. e. maximè beati.* (2.) Ratione figuræ: ut, cum *quò, quâ, pro quocunque, quâcunque,* adhibentur.

VI. In Præpositione denique & Conjunctione Enallage fit, cum aliæ pro aliis ponuntur: ut, Cic. *Ad judicem agere, pro apud.* Ter. *Gratum esse adversus aliquem, pro erga.* * Sic, *Et, pro etiam; si, pro quamvis; dum, pro dummodo, &c.*

HETEROSIS.

HETEROSIS est, cum unius ejusdemque vocis Accidentia alia pro aliis ponuntur. Ea autem in Nomine, Pronomine & Verbo præcipuè locum habent.

I. In Nomine & Pronomine Heterosis fit,

1. Generis, (1.) Neutri, pro masculino: ut, Ter. *Ego quoque unà pereos, quod mihi est carius, vel mihi sum carior.* (2.) Neutri, pro feminino: ut, Ter. *Vel virtus tua me, vel vicinitas, Quod ego in propinqua parte amicitia pu- to, Facit, &c.* Plin. *Nube gravidâ candicante, quod vocant tempestatem albam, pro quam.* * Sed in his Ellipsis potius est vocis negotium.

2. Numeri, (1.) Singularis pro plurali: ut, *Romanus, Scotus, Gallus;* pro, *Romani, Scotti, Galli, &c.* Item, *hostis, miles, eques, pedes;* pro *hostes, milites, equites, pedites.* (2.) Pluralis pro singulari: ut, *Colla, corda, ora, peflora, & alia plurima* ap. Poëtas. Ter. *Cur in his ego te conspicio regionibus, pro in hac regione.* Sic *liberi de una sobole:* Nos & noster, pro ego & meus.

3. Casuum, quæ ANTIPTOSIS dicitur, de qua mox.

III. In Verbo Heterosis fit,

1. Modi, (1.) Indicativi, pro subjunctivo: ut, Virg. *Et si non altum late jactaret*

jaſſaret odorem, *Laurus erat*, pro eſſet. *Hor.* *Me truncus illapſus cerebro Suſtulerat*, pro ſuſtulſſet. Pro Imperativo: ut, *Cic.* *Tu hoc ſilebis*, pro ſile. Pro infinitivo: ut, *Plaut.* *Verum ego illum, quanquam violentus eſt, ſpero mutari poſteſt*, pro poſſe. (2.) Subjunſtivi, pro indicativo: ut, *Plaut.* *Debetis velle que velimus*, pro volumus. *Sall.* *Ubi ſocordia te atque ignavia tradideris, nequidquam Deos implores*, pro implorabis. Pro imperativo: ut, *Ter.* *Quieſcas*, pro quieſce, & ſic paſſim. (3.) Imperativi pro indicativo: *Virg.* *Si ſatura gregem ſuppleverit, aureus eſto*, pro eris. 4. Infinitivi pro imperf. indicativi: ut, *Ter.* *Facile omnes perſerre ac pati*, pro perſerebat ac patiebatur. Pro ſubjunſtivo: ut, *Liv.* *Bona cenſuerunt reddi*, pro ut redderentur. *Virg.* *Stabant orantes primi tranſmittere curſum*, pro ut primi tranſmitterent.

2. Temporis, (1.) Præſentis, pro imperfecto: ut, *Ter.* *Tu ſi hic ſis, aliter ſentias*: pro, eſſes, ſentires. Pro præterito: ut, *Plaut.* *Quamdudum in portum venis?* pro veniſti. *Id.* *Hunc cenſebat te eſſe, cum vocat ad prandium*, pro vocavit. Sic paſſim in narrationibus: ut, *Ter.* *Effertur, imus*, pro elatus eſt, ivimus, &c. Pro futuro: Vel modi ejuſdem; ut, *Plaut.* *Quam mox navigo Epheſum*, pro navigabo. *Cic.* *Nunc quidem non dubito quin, quoad planè valeas, te neque navigationi, neque via committas*, pro commiſſurus ſis. *Id.* *Cato affirmat, ſe vivo; illum non triumphare*, pro triumphaturum eſſe. Vel diverſi: ut, *Sall.* *Quem neque gloria, neque pericula excitant, nequidquam hortèrè*, pro hortaberis. *Virg.* *Eloquar, an ſileam?* pro eloquar an ſilebo? (2.) Imperfecti pro præſentis: ut, *Cæſ.* *In eo itinere perſuadet Caſſico, ut regnum in ſua civitate occuparet*, pro occupet. Pro pluſquamperfecto: ut, *Sall.* *Neque diutiùs Numida reſiſtere quiviſſent, ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congreſſu facerent*, pro feciſſent. (3.) Perfecti, pro præſentis: ut, *Virg.* *Magnus ſi pectore poſſet Excuffiſſe Deum*, pro excutere. Pro pluſquamperfecto: ut, *Id.* *Jam flamma tulerint, inimicus & hauſerit enſis*; pro, tuliſſent, hauſiſſet. Pro futuro: ut, *Liv.* *Si hoc benè fixum omnibus deſtinatumque in animo eſt, vicifiſis*, pro vincetiſis: vel, tam certa futura eſt veſtra victoria, quàm ſi jam extitiſſet. Huc pertinent & Comica iſta, *Perii, occidi, actum eſt de me*. Sic & perfectum ſubjunſtivi pro futuro indicativi, in talibus. *Ter.* *Si paululum modò quid te fugerit, ego perierim*, pro peribo. *Virg.* *Nec vos arguerim, Teucri*, pro arguam. *Ter.* *Laceres, quemquam naſta ſis*, pro nanciſceris, vel naſta fueris. (4.) Pluſquamperfecti pro imperfecto: ut, *Curt.* *Si ſaniora conſilia pati potuiſſet, contentus patrio cederet alieni imperii ſinibus*, pro poſſet. (5.) Futuri ſimplicis pro præſentis: ut, *Ter.* *Verbum hercle hoc verum erit*, pro eſt. Et, modo diverſo, ut, *Ter.* *Sic me Dii amabunt*, ut, &c. pro *Sic me Dii ament*. (6.) Futuri exacti, pro ſimplicis: ut, *Cic.* *Reſpiráro, ſi te videro*; pro, reſpirabo, ſi te videbo. Pro imperativo: ut, *Virg.* *Luant peccata; neque illos Juveris auxilio*, pro juvato, vel juves.

3. Numeri, (1.) Singularis, pro plurali: ut, *Sall.* *Quæ loca Numidia appellatur*, pro appellantur. (2.) Pluralis, pro ſingulari: ut, *Cic.* *Eodem anno Moloni Rhodio, dedimus operam*, pro dedi.

4. Perſonæ, (1.) Primæ pro tertia indefinite poſita: ut, *Curt.* *Aberat ea regio L. ſtadia ad aditu quo Ciliciam intramus*, pro homines intrans, vel Cilicia intratur. (2.) Secundæ, pro prima, cum quis ſeipſum alloquitur tanquam alium: ut, *Ovid.* *Impia quid dubitas Dejanira mori?* pro ego dubito. Pro tertia indefinite poſita: ut, *Ter.* *Fidelem baud fermè mulieri invenias virum*, pro quis inveniat. (3.) Tertiæ, pro prima: ut, *Ter.* *Si quis me quaeret ruſus*. *Da.* *Præſto eſt*, pro præſto ſum, nam ipſe loquitur.

ANTIPTOSIS.

ANTIPTOSIS eſt, caſus pro caſu poſitio: ut,

- I. Nominativus, (1.) Pro accus. Hor. *Uxor invidi Jovis esse nescis*, pro *te et uxorem*. (2.) Pro vocat: ut, Virg. *Adsis letitie Bacchus dator*, pro *Baccho*.
- II. Genitivus, (1.) Pro nominat. Plin. *Canum degeneres*. Liv. *Expediti militum*, pro *canes, milites*. (2.) Pro dativo: Sall. *Corporis & fortuna bonorum ut initium, finis est*. Liv. *Ut civitates Asia, qua Attali stipendiaria fuissent Eumeni vestigal penderent*; pro, *bonis, Attalo*. (3.) Pro accusat. cum ad: Sall. *Ne alium putarent ac Numantie cognitus esset*. Liv. *Classis viginti ferme navium Rhegii stabat*: pro, *ad Numantiam, ad Rhegium*.
- III. Dativus, (1.) Pro nom. Virg. *Cui nunc cognomen Iulo*, pro *Iulus*. (2.) Pro genit. Ovid. *Cui dextra trifideis Ignibus arinata est*, pro *cajus*. (3.) Pro accusat. Mart. *Nobis non licet esse tam disertis*, pro *disertos*. Et cum ad: u. Virg. *It clamor caelo*, pro *ad caelum*. (4.) Pro ablat. cum a vel ab: u. Virg. *Negue cernitur ulli*, pro *ab ullo*.
- IV. Accusativus, (1.) Pro nominat. Plaut. *Meam uxorem, Libane, nescis qualis fiet*; pro *nescis qualis sit uxor mea*. Ter. *Illam ut vivat, optant*: pro *optant ut ille vivat*. Cic. *Rem vides quomodo se habeat*; pro, *vides quomodo res se habeat*. (2.) Pro dativo: Sall. *Ut arma sui quisque stantes incumbere pro armis suis*. Apul. *Timore hoc inani perfuncti longe pejores inbasimus laqueos*; pro, *pejoribus laqueis*. (3.) Pro ablat. Virg. *Omnia Mercurio simili pro [in] omnibus*. Plaut. *Ego illum audiui in amore habere*, pro *in amore*.
- V. Vocativus, pro nom. Virg. *Quibus Hector ab uris Expectate venis*, pro *exspectatus*.
- VI. Ablativus, (1.) Pro dat. Sall. *Aliquo negotio intentus*, pro *alicui negotio*. Virg. *Hæret pede pes*, pro *pedi*. (2.) Pro accus. Ovid. *Sæpe suo victor levi in hoste fuit*, pro *in hostem*.

SYNOPSIS.

SYNOPSIS est, quando structura non ad vocem, sed ad sensum sive intellectum refertur. Estque triplex.

I. Generis tantum: ut, Ter. *Scelus postquam iudicatus est virginem*, pro *scelus*. Liv. *Capita conjurationis virgis casti*, pro *principes*. Id. *Latium Capua que agro multasti*, pro *Latini & Campani*.

II. Numeri tantum: ut, (1.) In collectivis, qualia sunt, *populus, plebs, turba, pars, manus, juvenus, &c.* Liv. *Clamor inde concursusque populi, mirantium quid rei esset*. Ovid. *Thura ferant, placentque novum pia turba Quirinum*. Virg. *Pars epulis onerat mensas*. (2.) In partitivis, qualia, quisque, uterque, neuter, &c. ut, Liv. *Missi confestim honoratissimus quisque ex patribus*. Sall. *Uterque cum illo graves inimicitias exercebant*. Plaut. *Ut caveres, neuter ad me iretis cum querimonia*.

III. Utriusque simul: ut, Sall. *Pars in crucem asti, pars bestiis obiecti*. Liv. *Ha ingens turba circumfusi fremebant*. Stat. *Subeant Tegæa juvenus Auxilio tardæ*.

NOTA. Nonnunquam ad idem nomen collectivum numeri singularis referuntur duo verba, alterum singulare, alterum plurale: ut, Virg. *Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ, Et molem mirantur equi*. Id. *Undique visenda studio Trojana juvenus Circumfusa ruit, certoni que illudere capto*. Sic in ille Sall. *Familia nostra cum populo Romano bello Carthaginiensi amicitiam instituit*. — *Quorum progeniem vos, P. C. nolite pati frustra à vobis auxilium petere*, — verbo singulari instituit, ad adjectivum plurale quorum, transitur.

SYNOPSIS quoque in explicitam & implicitam distingui potest.

EXPLICITA est, in qua substantivum clarè exprimitur, cui adjectivum vel verbum ita redditur, ut non cum eo, sed cum alio, cui idem est sensus, conveniat: ut in exemplis prædictis.

IMPLICITA est, in qua substantivum non exprimitur, sed in adjectivo antecedente continetur: ut, Ter. *Id mea minimè refert, qui sum natus maximus*: ubi qui refertur ad ego, quod in mea includitur. Cic. *De hereditate Preciana, quæ quidem mihi magno dolori est (valde enim illum amavi) hoc velim cures*: ubi per illum intellige Precium, quod in Precianus continetur.

ANACOLUTHON.

ANACOLUTHON est, cum consequentia antecedentibus non coheret: ut, Ter. *Nam nos omnes, quibus est alicunde aliquis obiectus labor, Omne quod est interea tempus, priusquam id rescitum est, lucro est*: ubi nihil est cum quo conveniat illud, *Nos omnes*: Auctor autem inceptit, quasi dicturus esset, *lucro habemus*: finivit, quasi dixisset, *nobis omnibus*. Sic Varro, *In Arcadia scio me esse spectatum suum, quæ præ pinguetudine carnis non modò surgere non posset; sed etiam ut in ejus corpore forex, exesâ carne, nidum fecisset, & peperisset mures*. Pro, *sed etiam adeo pinguem, ut in ejus corpore, &c.*

HELLENISMUS.

HELLENISMUS (qui & GRÆCISMUS) est, quo Auctores, à Latina consuetudine recedentes, Græcos imitantur. Estque duplex, *Analogicus & Syntacticus*.

HELLENISMUS *Analogicus* est, quo nomina Latina Græco more terminantur vel fiunt. Prioris generis sunt, *Helene, Crete, Nympha, &c.* pro, *Helena, Creta, Nympha*. Item, *Antipho, Demipho, Milo*; pro, *Antipho, Demipho, Milo, &c.* Posterioris sunt: In prima declinatione, gen. sing. *auras*. In secunda, gen. sing. *Orpheos*, dat. *Orphei*, accus. *Orphea*. In tertia, gen. sing. *Pallados*, accus. *Pallada*: dat. plur. *Troasîn*, accus. *Troadas*. De quibus omnibus in Etymologia abundè diximus.

HELLENISMUS *Syntacticus* est, quo Syntaxis à communi Latinorum ratione discrepans, ad Græcorum consuetudinem conformatur. Is autem multiplex ac varius est: præcipuè verò locum habet in his & similibus;

1. Cum nominibus substantivis diversi generis adjectivum neutrum adjungitur: ut, Cic. *Omnium rerum mors est extremum*. Virg. *Triste lupus stabulis*. De quibus supra p. 2.

2. Cum certis nominibus adjectivis & verbis genitivus additur: ut, *Præstans animi, Degener virtutis, Flavus comarum, &c.* Item, *Abstine irarum, Desine querelarum, &c.* De quibus p. 17 & 27.

3. Cum verbis certandi, distandi, cœundi, arcendi, dativus subjicitur. Vid. p. 35.

4. Cum accusativus (pro nominativo) verbo, quod ad totam orationem subsequenter refertur, jungitur: ut, Plaut. *Ego te faciam ut miser sis*. Id. *Quo leto censes me ut peream potissimum*.

5. Cum verbo infinito ESSE, ac similibus, nominativus pro accusativo apponitur: ut, Ovid. *Acceptum refero versibus esse nocens, pro me esse nocentem*. Pers. *Postquam destituit esse Mæonides*, i. e. somnare desit se esse Homerum. Hor. *Patiarque vel inconsultus haberi*, i. e. me inconsultum haberi. Vid. p. 5.

6. Cum dativus, antecedenti respondens, pro accusativo, verbo ESSE & similibus adjungitur: ut, Mart. *Penelope licet esse tibi sub Principe Nerva*, pro *Penelopem*. V. Max. *Maximo tibi & civi & duci evadere contigit*, pro *maximum civem & ducem*. Vid. p. 5.

7. Cum nominibus adjectivis vel substantivis additur infinitivus, ubi Latina loquendi ratio alia est: ut, Hor. *Fruges consumere nati*, pro *ad fruges consumendas*. Sic, *Liber dignus legi*, pro *lectu*, vel *qui legatur*: *Amor cognoscere*, pro *cognoscendi*. Vid. p. 56 & 63.

8. Cum accusativus partis vel adjuncti adjectivis vel verbis subjicitur: ut,

ut, *Hor. Fractus membra. Virg. Picti scuta Labici. Id. Expleri mentem nequit. De qualibus dictum, p. 15 & 83.*

9. Cum neutra adjectivorum pro adverbis ponuntur: ut, *Hor. Persidum ridens. Virg. Acerba tuens; pro, perfide, acerbe. Vid. p. 39.*

10. A Græcis tractum & hoc genus Ellipseos, *Virg. Urbem quam statuer vestra est, pro urbs quam urbem. Item istud ejusd. Saxum antiquum, ingens campo qui fortè jacebat Limes agro positus, pro quod.*

11. Græcorum denique more dicta sunt hæc Horatiana, *Mammæ putres, Equina quales ubera; pro qualia. Et, Animæ quales neque candidiores Terra tulit, pro qualibus.*

NOT. Ad Hellenismum pleraque pertinent *Antiptoseos*, haud pauca & *Heteroseos*, (ut ex præcedentibus liquet) exempla.

ARCHAISMUS.

ARCHAISMUS est, loquendi ratio priscis usitata, sed meliori ævo penitus vel penè obsoleta. Is itidem duplex est, *Analogicus & Syntacticus.*

ARCHAISMUS *Analogicus* est, cum pro vocibus usitatis voces adhibentur exoletæ formæ: ut, *Anlai, pro aule; lacte, pro lac; sanguen, pro sanguis. Ejus anais causa; pro anis. Nihil ornati, nihil tumulti; pro, ornatûs, tumultûs. Mis, tis; pro, mei, tui. Olli, pro illi. Quis, quîsqum, gen. sem. Drint, pro dent. Expugnassere, impetrassere; pro expugnaturum, impetraturum esse. Capimus, pro ceperimus; adaxint, pro adegerint. Aperibo, audibis; pro aperiam, audies. Moriri, pro mori. Siem, pro sim. Fiat, pro sit. Here, quæse, donecum; pro, heri, quasi, donec. Nenn, pro non; endo, indu, pro in, &c. De quibus in parte prima.*

ARCHAISMUS *Syntacticus* est, cum constructio usu antiquata reducitur. Ejusmodi sunt;

1. Cum verbalia in IO cum casu sui verbi construuntur: ut, *Plaut. Quid tibi hanc curatio est rem? Vid. p. 58.*

2. Cum verba *Utor, abutor, fruor*, accusativum adsciscunt. *Vid. p. 48.*

3. Cum participia futura activa, ac præterita passiva, cum verbo ESSE, pro indeclinabilibus accipiuntur: ut, *Cic. Hanc sibi rem præsidio sperant futurum. Plaut. Justam rem & facilem esse oratum à vobis volo. Vid. Etym. p. 107.*

4. In *Absente nobis, Prasente testibus. Vid. supra p. 70.*

CAP. IV.

De HYPERBATO ejusque speciebus.

HYPERBATON est, cum consuetus verborum vel sententiarum ordo turbatur. Ejus species sunt, *Anastrophe, Hysteron proteron, Hypallage, Synchysis, Tmesis, Parenthesis & Hyperbaton strictius dictum.*

ANASTROPHE.

ANASTROPHE est, vocum, maximè præpositionum, præpostera collocatio: ut, *Celsus Cornelius, Pollio Asinius, prænomine postposito. Ovid. Quam face sustineo testa superba petam, pro face quam. Virg. Italiam contra, His accensa super, Spemque metumque inter dubii. Ter. I præ, sequar, pro præi. Virg. Collo dare brachia circum, pro circumdare. Luer. Principia terram Sol excoquit & facit are, pro arefacit.*

HYSTERON PROTERON.

HYSTERON PROTERON est, cum quod sensu posterius est priore loco ponitur: ut, *Ter. Valet atque vivit; pro, vivit & valet; naturâ enim prius est vivere*

vivere quam valere. Sic Virg. *Moriamur & in media arma ruamus*; pro, *in media arma ruamus & moriamur*. Id. *Postquam altos tetigit fluctus & ad equora venit*. At primum debuerat dicere, *Venit ad equora*; deinde, *tetigit fluctus*.

HYPALLAGE.

HYPALLAGE est, mutua casuum permutatio: ut, Virg. *Dare classibus Austros*; pro, *Dare classes Austris*, sive ventis. Id. *Necdum illis labra admovi*; pro, *Necdum illa labris admovi*. Cic. *Gladium vaginâ vacuum in urbe non vidimus*; pro, *vaginam gladio vacuum*.

SYNCHYSIS.

SYNCHYSIS est, confusus atque intricatus verborum ordo: ut, Hor. *Namque pilâ lippis inimicum & ludere crudis*; pro, *lippis & crudis*. Virg. *Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus Aras*; pro, *quæ saxa in mediis fluctibus Itali vocant Aras*. Tibull. *Vidi ego qui juvenem seros desisset amores*; pro, *Vidi ego juvenem, qui, &c.*

TMESIS.

TMESIS est, vocis compositæ intersectio, unâ vel pluribus aliis interjectis: ut, Virg. *Septem subiecta trioni Gens*, pro *septentrioni*. Id. *Jamque adeo super unus eram*, pro *supereram*. Ter. *Qua meo cunque animo lubitum est facere, pro quacunque*. Cic. *Per mihi, inquam, gratum feceris*, pro *pergratum*.

PARENTHESIS.

PARENTHESIS est, sententia sermoni, antequam absolvatur, interjecta: ut, Virg. *Tityre, dum redeo (brevis est via) pascere capellas*. Hor. *Cetera de genere hoc (adeo sunt multa) loquacem Delassare valent Fabium*.

HYPERBATON *strictius dictum*.

HYPERBATON *strictius dictum*, est verbi, quo sententia perficitur, longior dilatio: ut, Virg.

*Interea Reges: ingenti mole Latinus
Quadrijugo vebitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radii fulgentia cingunt,
Solis avi specimen: bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato crispans hostilia ferro:
Hinc pater Æneas Romana stirpis origo,
Sidereo flagrans clypeo & caelestibus armis;
Et juxta Ascanius magnæ spes altera Roma;
Procedunt castris.-----*

ubi inter nominativum *Reges* & verbum *Procedunt*, hemistichium ac totum septem versus interseruatur.

APPENDIX

De Virtutibus & Vitiis orationis.

Orationis præcipuæ VIRTUTES sunt, 1. *Puritas*. 2. *Perspicuitas*. 3. *Æqualitas*. 4. *Proprietas*. 5. *Suavitas*. 6. *Simplicitas*. Quibus singulis sua VITIA opposita sunt. Quamvis autem ex his virtutibus sola prima ad Grammaticam, cæteræ ad Rhetoricam propriè pertineant: nobis tamen haud ab re fore visum est, si singulas, vitæque cuique adversantia, hîc breviter perstringeremus.

I. PURITAS orationis postulat, ne quid regulis artis, vel rectè loquentium consuetudini officiat.

1. Regulis artis adversantur *Barbarismus & Solæcismus*.

BARBARISMUS est, usus vocis, aut omnino barbaræ: ut, *Riderus*, pro *equite*; *perla*, pro *unione*; *crostum*, pro *agello*, &c. aut Latinæ equidem sed, seriatione, inflexione,

inflexione, pronunciatione, vel alio quocunque modo, vitiosæ. **SCRIPTIONE** ut, *Autor*, pro *auctor*; *charus*, pro *carus*, &c. **INFLEXIONE**: ut, *cala*, pro *cali flavi*, pro *ficti*; *legebo*, pro *legam*, &c. **PRONUNCIATIONE**: ut, si quis *tibicen*, *culculus*, *rubrica*, penultimâ correptâ; aut, *adamantinus*, *philosophia*, *erudit*, eâ syllabâ productâ, pronunciet.

SOLOECISMUS est, vitiosa partium orationis constructio: ut, *Acuta gladius*, *adjuvare alicui*, *Non nega*, *Scribo cum calamo*.

2. Rectè loquentium consuetudini contraria est **INSOLENTIA**, cui subijciuntur *Archaismus*, *Neoterismus* & *Idiotismus*.

De **ARCHAISMO** supra diximus. Is autem tum vitiosus est, cùm præter modum & decorum, vel voces obsoletæ, vel antiquatæ vocum constructiones in scenam denuò revocantur.

NEOTERISMUS est, vocum phrasumve, optimis linguæ Latinæ ætatibus necdum adhibitæ, usus: ut, *brevarium*, pro *summario*; *usualis*, pro *solito* vel *vulgari*; *confiscare aliquem*, pro *bona ejus in fiscum redigere*. Sic Quintilianus ætate, *Plenum vino*, *incumbere rei*, *adulari alicui*, pro quibus melioris ævi scriptores *Plenum vini*, *incumbere in rem*, *adulari aliquem*, dicebant, ipso teste, introducta sunt.

IDIOTISMUS, qui & **PEREGRINITAS**, est, vocum Latinarum usus ad propriam aliarum linguarum consuetudinem conformatus. Est autem multiplex latèque diffusum hoc vitium; continet etiam speciatim, *Hebraismus*, *Scoticismus*, *Anglicismus*, *Gallicismus*, omnesque eos loquendi modos, per quos homines, præsertim rudiores, suæ cujusque linguæ sive idiomatis consuetudine abrepti, a nativâ Latinæ loquendi ratione decurrant: in quos etiam viri doctissimi interdum nec opinantes prolabantur.

II. **PERSPICUITAS** orationis postulat, ut ea clara facilisque intellectu sit. Et contraria est **AMPHIBOLOGIA**, quæ est oratio constructionis ambiguitate obcurata: ut in illo oraculi ad Pyrrhum, *Aio te, Æacida, Romanos vincere posse*.

III. **ÆQUALITAS** orationis in eo consistit, ut ne plus minusve dicatur, quàm res exigit. Plus dicit **TAUTOLOGIA**, i. e. inanis ejusdem rei per verba diversa repetitio: ut, *Ipse egomet venio. Exultans redeo, gaudensque revertor*. Item & **PERISSOLOGIA**, i. e. adjectio superflua, sine ullâ vi rerum: ut, *Ibant quæ poterant, quæ non paterant non ibant*. Minus dicit **TAPINOSIS**, cùm infra rei magnitudinem subsidit oratio: ut, *Saxea verruca in summo montis vertice*.

IV. **PROPRIETAS** voces aptas poscit, & rei respondentes. Huic virtuti opponitur **ACYROLOGIA** vel **CATACHRESIS**, i. e. impropria vocis usurpatio: ut, *Sperare*, pro *timere*. Juv. *Jam quartanam sperantibus agris*. Virg. *Vir gregis ipse caper decraverat*. Abusive, inquit Servius, nam *vir* sive *maritus* tantum hominum est.

V. **SUAVITAS** *Euphoris* gaudet, i. e. gratâ auribus literarum vel vocum compositione. Huic **CACOPHATON** opponitur, quæ est injeunda & malè sonans literarum positio vel repetitio: ut, *conlaudo*, *conrigo*: pro, *collaudo*, *corrigo*. Virg. *Sola mihi tales casus Cassandra canebat*: ubi ea syllaba sæpius iteratur. Item **CACOSYNTHETON**, quæ est indecens verborum structura: ut, Virg. *Versâque juvenem Terga fatigamus bastâ*.

VI. **SIMPLICITAS** denique orationis exigit, ut nihil ei insit affectati. Huic adversatur **CACOEZELIA**, i. e. nimium elegantiz studium: ut, Ovid. *Aureus axis erat, item aureus, anrea summa Curvatura rota, radiorum argenteus ordo*.

De ordine Grammaticæ Resolutionis, deque Interpunctionum notis & usu, quæ hîc vulgò adjici solent, in Rudimentis nostris, quantum tironibus suffecerit, diximus.

GRAMMATICÆ

L A T I N Æ

INSTITUTIONUM

Pars Tertia,

De ORTHOGRAPHIA.

ORTHOGRAPHIA est ea Grammaticæ pars, quæ literarum naturam & affectiones, rectamque aded scribendi rationem docet.

LITERA est minima pars vocis articulatæ quæ scribi potest individua.

In *Orthographia*, sive de literis doctrina, quinque potissimum sunt tractanda. 1. De literarum Numero & Divisione. 2. De ipsarum Accidentibus. 3. De Scriptura. 4. De Pronunciatione. 5. De literarum in syllabas Digestione.

C A P. I.

De Literarum Numero & Divisione.

LITERÆ apud Latinos usitatæ sunt quinque & viginti, A, B, C, D, E, F, G, H, I, Jod, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, U, Vau, X, Y, Z. Ex quibus K, Y & Z in vocibus origine Græcis tantum adhibentur.

Literæ dividuntur in *Vocales & Consonantes.*

VOCALIS est, quæ plenum per se sonum edit.

Suntque sex, A, E, I, O, U, Y.

CONSONANS est, quæ non nisi vocali juncta plenum sonum exprimit.

Consonantes autem sunt decem & novem, nimirum reliquæ literæ omnes præter vocales; B, C, D, F, G, H, J, K, L, M, N, P, Q, R, S, T, V, X, Z.

Consonantes, vel Simples sunt: vel Duplices, sive Compositæ.

SIMPLES sunt omnes, præter duas, X & Z.

Hæ autem DUPLICES idè appellatur, quòd duarum consonantium vim habeant. X enim valet CS, ut, *dux*, pro *dues*, unde genitivus *ducis*; vel GS, ut, *Rex* pro *Regs*, unde genitivus *Regis*. Z verò valet DS, ut, *Zona*, pro *dsona*.

Simplices rursus Consonantes dividuntur in Mutas & Semivocales.

MUTÆ sunt novem, B, C, D, G, J, K, P, Q, T: sic dictæ, quòd absque vocali socia nullum sonum edant.

SEMIVOCALES sunt octo, F, H, L, M, N, R, S, V: sic nominatæ, quòd ad vocales propius accedant, atque absque earum adminiculo aliquo modo pronunciari possint.

Ex *Semivocalibus*, quatuor, L, M, N, R, LIQUIDÆ appellantur, eò quòd in pronunciando quasi liquecant, h. e. aquæ instar facillè celeriterque fluant, seu proferantur.

Quatuor autem, F, H, S & V, SPIRANTES dici possunt, idè quòd cum spiritu quodam pronuncientur. H enim est flatus *gutturalis*, S *dentalis*; F & V *labiales* sunt.

C A P. II.

De Literarum Accidentibus.

LITERIS præcipuè accidunt septem, 1. *Ordo.* 2. *Figura.* 3. *Compositio.* 4. *Cognatio.* 5. *Mutatio.* 6. *Pro integris vocibus positio.* 7. *In numeris notandis usurpatio.*

1. Ad Literarum ORDINEM pertinet inquirere, cur A, verbi gratiâ, primo loco, Z ultimo constitutur. Cujus rei quamvis aliqua ratio reddi possit: quia tamen ordo literarum plerumque arbitrarius, ac apud varias gentes varius est; supervacaneus nobis futurus videtur, atque ad nullum usum comparatus labor, anxie de eo subtiliterque disquirere.

II. Respectu FIGURÆ, seu FORMÆ, literæ bifariam distinguuntur:

1. In MAJUSCULAS, sive Literas *majoris figuræ*, A, B, C, D, E, F, G, H, I, J, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, U, V, X, Y, Z. Et MINUSCULAS, sive quæ *minore figurâ* pinguntur: a, b, c, d, e, f, g, h, i, j, k, l, m, n, o, p, q, r, s vel s, t, u, v, x, y, z. Illæ alio nomine *Quadrata*, *Unciales* & *Capitales*; hæ literæ *Inferioris formæ*, quibusdam & *Infractæ* appellantur.

2. In ROMANAS, sive quæ crassiore & perpendiculari formâ scribuntur: a, b, c, d, e, f, g, h, i, j, k, l, m, n, o, p, q, r, s vel s, t, u, v, x, y, z. Et ITALICAS, sive quarum ductus exiliores sunt & obliquiores: a, b, c, d, e, f, g, h, i, j, k, l, m, n, o, p, q, r, s vel s, t, u, v, x, y, z.

* De diverso harum omnium usu postea dicetur.

III. COMPOSITIO in vocalibus præcipuè spectatur. Ejus ratione *Vocales* vel *Simplices* appellantur, vel *Composita*.

SIMPLICES dicuntur, cum singulæ separatim suum sonum expriment: Vel aliter, cum tot, quot ipsæ sunt, syllabas efficiunt: ut, in *Aëdon*, *Caius*, *Poëta*, trisyllabis; *Menelaus*, *Tyndareus*, *Deiphobus*, tetrasyllabis.

COMPOSITÆ vocantur, cum duæ in unum sonum seu syllabam coalescunt.

Id autem dupliciter fit, 1. Cum prioris vocalis sonus liquefcit, & quasi evanescit: ut cum, præeunte *g*, *q*, vel *s*, sequitur *u* cum alia vocali, veluti in *sanguis*, *aqua*, *suadeo*. Vel 2. Cum utriusque vocalis sonus ex æquo ferè auditur. Et hæc *Vocalium compositio* alio nomine *Diphthongus* dicitur.

DIPHTHONGUS, aliter *Bivocalis* nuncupata, est sonus ex duarum vocalium sonis in unum junctis conflatus.

Diphthongi vulgò numerantur quinque; *e* vel *ae*, ut *etas* vel *ætās*; *æ* vel *oe*, ut *cæna* vel *coena*; *au*, ut *aurum*; *eu*, ut *euge*; *ei*, ut *hei*. Quibus à nonnullis, neque omninò præter rationem, tres aliæ adduntur: *ai*, ut *Maia*; *oi*, ut *Troia*; *ui* vel *yi*, ut *huic*, *harpuia* vel *harpyia*.

Ex *Diphthongis*, uti nunc pronunciantur, duæ *Improprie* sunt *ae* & *oe*, utpote in quibus prioris vocalis sonus non percipitur. Cæteræ *Proprie* sunt: in iis enim utriusque vocalis soni exaudiantur.

IV. COGNATIONE seu *Affinitate* quâdam inter se junctæ sunt, (1.) Literæ ejusdem classis: ut *Vocales* omnes *a*, *e*, *i*, &c. deinde *Consonantes*, & speciatim *Mutæ*, *b*, *c*, *d*, *v*. *Liquidæ*, *l*, *m*, *n*, *r*. *Spirantes*, *f*, *h*, *s*, *v*. (2.) Literæ ejusdem organi: ut *Gutturales*, omnes *vocales* & *b*. *Labiales*, *b*, *m*, *p*, *f*, *v*. *Dentales*, *d*, *n*, *t*. *Faucales*, *c*, *g*, *k*, &c.

V. MUTATIO *Litterarum* ex earum præcipuè cognatione fuit. Quæ enim affinis soni, vel ejusdem organi sunt, facilius aliæ in alias commutantur: ut, *e* in *i*; ut, *beri*, quasi, ornavit, navibus; pro quibus olim, *here*, *quase*, ornavet, navēbos, dixerunt: *o* in *e*, ut, *vorto*, *verto*; *o*ster, *ve*er: *u* in *i*; ut, *monumentum*, *monimentum*; *optimus*, *maximus*, posterius *optimus*, *maximus*. Sic *b* in *p*; ut, *apsens*, *pleps*, in antiquis inscriptionibus, pro *absens*, *plebs*: & contrà, *p* in *b*; ut, *absis* pro *apsis*, Græcis ἀψίς; *obsonium* pro *opsonium*, Gr. ὀψώνιον. Sic *quum*, vel *cum*; *quoi*, vel *cui*; *haud*, vel *haut*; ut innumeras alias *litterarum* inter se, inflexione, derivatione vel compositione factas, mutationes præteream.

VI. *Litterarum pro integris vocibus Positio* ad scripturæ compendium introducta est. Hoc pacto *Prænomina* Romana, quædam unâ literâ scribuntur: ut, *A.* notat *Aulus*, *C.* *Caius*, *D.* *Decimus*, *K.*

Keso, L. Lucius, M. Marcus, M' vel M. Manius, N. Numerius, P. Publius, Q. Quintus, T. Titus. Quædam scribuntur binis: ut, *Ap. Appius, Cn. Cnaus, Op. Opiter, Sp. Spurius, Ti. Tiberius.* Quædam ternis: ut, *Mam. Mamercus, Sex. Sextus, Ser. Servius, Tul. Tullus.* * In feminarum autem Prænominibus literam primam invertebant: ut C pro *Caia*, M pro *Marca*, I pro *Tita*.

Sic *F.* notat *Filius*, *N.* *Nepos*: ut, *M. F. M. N. Marci filius, Marci nepos.* Atque ita in aliis.

Itidem, *P. C.* notat *Patres conscripti*, *P. R.* *Populus Romanus*, *R. P.* *Res publica*, *S. C.* *Senatus consultum*, *U. C.* *Urbs condita*, *S. salutem*, *S. P. D.* *salutem plurimam dicit*, *S. P. Q. R.* *Senatus populusque Romanus*, *D. D. D.* *dat, dicat, dedicat*, *D. D. C. Q.* *dicat, dedicat, consecratque*, *H. S.* vel *L. L. S.* *valet sestertium*, quasi dicas duas asses & semissem, h. e. duas æris libellas & semissem. His adde *Imp.* pro *Imperator*, *Cos.* pro *Consul*, *Aug.* pro *Augustus*, & consonâ geminâtâ, *Imp.* pro *Imperatores*, *Coss.* pro *Consules*, *Augg.* pro *Augusti*, &c.

VII. Literæ ad numeros notandos apud Romanos adhibitæ erant quinque; *C. I. L. V. X.* Quarum valor & dispositio ita se habent:

<i>I</i> notat	1	<i>unum.</i>
<i>V</i>	5	<i>quinque.</i>
<i>X</i>	10	<i>decem.</i>
<i>L</i>	50	<i>quingenta.</i>
<i>C</i>	100	<i>centum.</i>
<i>IC</i>	500	<i>quingenta.</i>
<i>CIC</i>	1000	<i>mille.</i>
<i>ICIC</i>	5000	<i>quinque millia.</i>
<i>CCICIC</i>	10000	<i>decem millia.</i>
<i>ICICIC</i>	50000	<i>quingenta millia.</i>
<i>CCICICIC</i>	100000	<i>centum millia.</i>

NOT. 1. Veteres, ut *Plinius* observat, ulteriùs non processerunt. Quoties verò opus erat, numerum postremum repetebant, hoc modo, *CCICICIC*, *CCICICIC*, *bis centena millia*; *CCICICIC*, *CCICICIC*, *CCICICIC*, *ter centena millia*, &c.

NOT. 2. Ex horum compositione potest quivis alius numerus constitui. Sic *II.* notat *duo*, *III.* *tria*, *VI.* *sex*, *XV.* *quindecim*, *LXVII.* *sexaginta septem*, *CIC. IC.* *cc. XXVIII.* annum vertentem *Æræ Christianæ*, *millesimum septingentesimum vicesimum octavum*.

NOT. 3. Si minor numerus majori præponitur, indicio est tantundem majori adimi oportere. Itaque *IV.* valet *quatuor*, *IX.* *novem*, *XL.* *quadraginta*, *XC.* *nonaginta*, *IC.* *nonaginta novem*, &c.

NOT. 4. Recentiores pro *IC*, *V*, & pro *CIC*, *M*, frequentius usurpant.

C A P. III.

De Literarum Scriptura.

D rectam literarum *Scripturam*, quæ propriè *ORTHOGRAPHIA* est, duo in genere ac potissimum requiruntur. 1. Ut singulæ eâ figurâ, mole, proportionè ac concinnitate depingantur, ut optime scribentium consuetudo stabilivit. 2. Ut voces suis æque literis, non alienis, scribantur.

I. Et primum quidem, magna ex parte, Præceptorum dextrâ fortia, & optimorum exemplorum imitatione, rectius faciliusque, quam ullis regulis, addiscitur. Speciatim tamen proderit sequentes præceptiones hic observare:

1. Omnis linea seu versus scripturæ habere debet certam aliquam longitudinem, duabus parallelis imaginariis inclusam: intra quas ipsa literarum corpora, nonnullæ etiam & literæ integræ scribendæ sunt. Majusculæ verò, quæque apices aut appendices habent, sursum vel deorsum, pro cuiusque modulo vel figura, extra id spatium scribi debent: ut in vulgari hoc versu, quo omnes Alphabeti literæ continentur.

Gazifrequens Libykos duxit Karthago triumphos.

2. A Litera majuscula inchoare debent:

1. Nomina propria, & quæ inde deducta sunt: ut, *Moses*, *Homerus*, *Cicero*: item, *Mosaicus*, *Homericus*, *Ciceronianus*.

2. Voces novam periodum inchoantes.

3. Primæ versûs cuiusque literæ in carmine.

* His addunt nomina Artium: ut, *Grammatica*, *Rhetorica*: Dignitatum, ut, *Rex*, *Consul*; Festorum, ut, *Pascha*, *Pentecoste*: Et voces peculiarem aliquam vim sive Emphasin habentes.

3. Diversis à cæteris characteribus scribi debent:

1. Voces vel sententiæ ex auctore aliquo citatæ: item alterius linguæ vocabula.

2. Voces materialiter vel signanter positæ.

4. In initio & medio vocis *f* vel *s* scribi potest: in fine verò tantum.

5. Pars vocis ad aliam lineam pertinens notari debet signo coherentiae hoc modo — vel —. Hoc Grammatici *Hyphen*, *Typographetæ Divisionem* appellant.

6. Insignis periodus novum Paragraphum postulat, h. e. novam lineam, cujus initium exiguo spatiolo ab iniis reliquarum introrsum cedat.

7. Cum

7. Cùm duæ vocales, quæ aliàs diphthongum constituunt, duas syllabas faciunt, posteriori superponendum est hoc signum [·] quam *Dierasin* vocant: ut, *aër*, *poëta*, *Brisëis*: item cùm j & consonantes in vocales dissolvuntur: ut *iam* apud Plautum, pro *jam*; *silua*, ap. Horatium, pro *silva*.

8. Indeclinabilia cum declinabilibus concurrentia, & præpositiones sine casu positæ; discriminis causâ in ultima syllaba græci accentu notantur: ut, *malè*, *pejùs*, *pessimè*, *quàm*, *unà*, *antè*, *postè*, *infra*, &c.

9. Syllabæ contractæ notâ circumflexi gaudent: ut, *amâssent*, *fructûs* in genit. *deûm*, pro *deorum*. Item voces Apocopen passæ, ut, *ingeni*, pro *ingenii*. Item ablativi primæ declinationis cùm præpositio non exprimitur: ut in hoc Ovidii, *Et prior est curâ cunctis sepulta novâ*. At vocalis à fine Encliticæ vocis *ne* rejecta, hoc signum ['] , quem *Apostrophum* vocant, notatur: ut, *Egon'*, *ain'*, *viden'*, pro *Egone*, *aïsne*, *videſne*.

II. Altera rectæ scripturæ pars, quæ docet voces suis quasque literis scribere, duobus præcipuè fundamentis innititur, *Ratione* nimirum, & *Auctoritate*.

1. *Ratio* ab origine vocum petitur: quomodo derivatum sequitur formam primitivi. Sic, *gratia* scribitur per *t*, quia est à *gratus*; *audacia* per *c*, quia est ab *audax*, cujus genitivus *audacis*. Et contrà, primitiva cognoscuntur ex derivatis: quomodo *delicatus* scribimus, quia dicitur *delicatus*.

2. *Auctoritas* ex veterum usu trahitur, id est, eâ scribendi ratione, quæ reperitur in antiquis codicibus, nummis & inscriptionibus. Sic *caussa* gemino *ss*, non *causa*, scripsisse Ciceronem & Virgilium testatur Quinctilianus. Sic *Hadrianus* cum aspiratione, non *Adrianus*, scribendum ostendunt veteres nummi & inscriptiones. Itidem *carus*, non *charus*; *torus*, non *thorus*; *auctor*, non *author*; *justitia*, *propitius*, non *justicia*, *propicius*: Et *hiems*, *tirsis*, *silva*, *sidus*, *stilus*, potiùs cum Latina vocali, quàm cum Græca *hyems*, *tyro*, &c.: Et *secundus*, *felix*, *semina*, *fetus*, quàm *sæcundus*, *felix*, &c. libri veteres comprobant.

¶ Adversus Orthographiam peccatur tribus modis, *Additione*, *Detractione* & *Immutatione*. 1. *Additione*: ut *lachryma*, pro *lacryma*, *anchora*, pro *ancora*; *simulacrum*, pro *simulacrum*: in vet. libb. *thesaurus*, *formosus*, *hyemps*; pro *thesaurus*, *formosus*, *hyems* vel *hiems*. 2. *Detractione*: ut *Scola*, pro *Schola*; *carta*, pro *charta*; *cominus*, pro *comminus*. 3. *Immutatione*, quæ bifariam fit: Vel *Innovatione*: ut *cana*, pro *cæna*; *condicio*, pro *conditio*; *syncerus*, pro *sincerus*: Vel *Transpositione*: ut, *Mecenas* pro *Mecenas*; *lapidicina*, pro *lapicidina*.

C A P. IV.

De Literarum Pronunciatione.

Mendata literarum Pronunciatio, quæ aliter ORTHOEPIA dicitur, usu & imitatione doctorum virorum addiscenda est. c autem in genere observandæ sunt hæ regulæ.

1. C, ante a, o, u, & consonantes, pronunciari debet ut K: cado, conor, curro, clavis, Pyracmon, Cnidus, crus, Ctesipho: quasi kado, konor, kurro, klavis, Pyrakmon, Knidus, krus, Ktesi-
o. Ante e verò, i, y, & diphthongos æ & œ, pronuncianda est
ut s: ut, celer, cibus, cymba, Casar, cætus; quasi, seler, sibus,
emba, Sesar, setus.

2. T, sequente i & aliâ vocali, sonat ut c: ut, oratio, pruden-
tia, quasi oracio, prudencia. Excipe tamen quatuor vocum gene-
ra, in quibus t sonum suum retinet. 1. Voces à ti incipientes: ut,
Tira, Tios vel Tium, urbis nomen. 2. In quibus præcedit s vel x:
questio, mixtio. 3. Infinitivos paragogicos desinentes in er:
flectier, mittier. 4. Voces omnino Græcas: ut, politia, asphal-
on, herbæ nomen ap. Plin.

3. G, similiter ante a, o & u, & consonantes (ipsâ g quandoque
exceptâ) sonum eundem habet quem Græcorum Gamma, vel γ;
garus, Gorgones, gula, gloria, agmen, gnævus, gratus: quasi
arus, γoryones, γula, &c. At ante e, i, y, & (sequente e) ipsam
pronunciatur ut j consonans: ut, gemma, gigno, gyrus, agger;
quasi jemma, jigno jyrus, adjer. Excipiuntur voces quædam He-
braicæ: ut, Gethsemane, Gideon, Gilboa: item quædam Græcæ:
t, Gehenna, Gelanor, Gyges, gymnasium, gypsum: & Latinæ, gib-
ber, gilvus.

C A P. V.

De Literarum in Syllabas digestionem.

SYLLABA est unius vel plurium literarum sonus uno spiritu pro-
latus: ut, e-o, e-at, e-amus, fons, frons, stirps.

De recta literarum in Syllabas digestionem observandæ sunt regu-
læ sequentes.

1. Consonans inter duas vocales posita, pertinet ad postero-
rem: ut, a-mor, le-go, do-mi-nus.

2. Si

2. Si consonans geminetur, prior ad priorem, posterior ad posteriorem syllabam pertinet: ut, *il-le, an-nus, ter-ra.*

3. Consonantes quæ in initio vocis sociari non possunt, nec in medio conjungendæ sunt: ut, *ar-duus, por-cus*; quia nulla vox ab *rd* aut *rc* incipit.

4. Consonantes quæ principio vocis conjungi possunt, illæ nec in medio divelli debent: ut,

bd.	be-bdomas,
bl.	pu-blicus,
br.	li-bri,
ch.	ma-china,
chl.	co-chlea,
chn.	Ara-chne,
chr.	cen-chris,
chth.	1-chthyophagi,
cl.	Hiero-cles,
cm.	Pyra-cmon,
chm.	Mena-chmus,
cn.	cy-cnus,
cr.	simula-crum,
ct.	do-ctus,
dm.	A-dmetus,
dn.	Aria-dne,
dr.	Hy-dra,
fl.	cini-flores,
fr.	A-frica,
gl.	A-glaia,
gn.	Li-gnum,
gr.	ni-gredo,
mn.	omnis,
ph.	to-phus,
phl.	hypo-phlomis,
phr.	Eu-phrates,
pth.	na-phtha,
pl.	du-plus,
pn.	Thera-pne,
pr.	ca-prea,
ps.	scri-psis,
pt.	a-ptus,
rh.	Pyr-rhus,
sb.	Le-sbos,
sc.	pi-scis,
sch.	Æschylus,

quia dicitur

bdellium.
blandus.
brevis.
Charites.
Chloë.
χρόν, lanugo.
Chrysis.
Chthonius.
Clio.
κμντός, elaboratus.
Cneus.
crassus.
Ctesipho.
διδάω, domo.
δρυοπεπός, caliginosus.
drachma.
flos.
frater.
gloria.
gnatus.
gratus.
Mnemosyne.
pharetra.
Phlegon.
phrasis.
phthisis.
placidus.
pneuma.
præsul.
psittacus.
Ptolemaus.
rhetor.
σβέσις, extinctio.
scio.
schisma.

fcl.	<i>A-sclepiades,</i>	} quia dicitur }	sclopus.
scr.	<i>A-scras,</i>		scribo.
fm.	<i>barbari-smus,</i>		smaragdus.
fn.	<i>Bo-snia,</i>		sneida, Lat. barb. i.e. incisio.
fp.	<i>ve-spa,</i>		spatium.
sph.	<i>hemi-spharium,</i>		sphæra.
spl.	<i>a-splenum,</i>		splen.
spr.	<i>a-spretum,</i>		spretus.
sq.	<i>te-squa,</i>		squama.
st.	<i>pa-stor,</i>		stabilis.
sth.	<i>Demo-sthenes,</i>		Sthenelus.
str.	<i>ro-strum,</i>		stratus.
th.	<i>Clo-tho,</i>		thorax.
thl.	<i>A-thleta,</i>		thlaspi, herbæ nomen.
thr.	<i>a-thra,</i>		thronus.
tl.	<i>A-tlas,</i>		Tlepolemus.
tm.	<i>La-tmius,</i>		Tmolus.
thm.	<i>Ari-thmetica,</i>		
tn.	<i>Æ-tna,</i>		θνήσκω, morior.
thn.	<i>E-thnicus,</i>		
tr.	<i>pa-tria,</i>		trabs.

NOT. Quemadmodum *a-gnus* scribitur, ita & *a-gmen*, *te-gmen*: non quia vox ulla occurrit, quæ à *gm* incipiat; sed quia *a* in *a-go*, & *te* in *togo*, unde illa derivantur, syllabam faciunt. Similiter *do-ctrina* scribendum, non quòd ulla vox initio habeat *ctr*, sed quòd *do* syllabam constituat in *do-ctus*, unde *doctrina*.

EXCIPIUNTUR à regulis primâ & quartâ, voces compositæ, in quibus pars quæque ab altera est separanda: ut, *ab-utor*, *ob-ruo*, *in-ers*, *ab-strusus*, *dis-cors*, *ex-istimo*, *amphis-bana*, *dys-enteria*, *propter-ea*, *et-enim*, *quem-ad-modum*, *quam-ob-rem*, &c.

GRAMMATICÆ

L A T I N Æ

INSTITUTIONUM

Pars Quarta,

De PROSODIA.



PROSODIA est ea Grammaticæ pars, quæ Syllabarum quantitates & accentus, versuumque fabricandorum artificium tradit.

In Prosodia igitur de his tribus agendum est, 1. De Syllabarum quantitate. 2. De earundem Accentu. 3. De arte metrica, seu versuum structura & dimensione.

C A P. I.

De Syllabarum Quantitate.

QUANTITAS est Syllabæ affectio, quâ ejus tempus seu moram metimur.

Syllaba est brevis, longa, & communis seu anceps.

BREVIS Syllaba est, quæ uno tantum constat tempore, sive quæ celeriter pronunciatur; sic notata [^u vel v] ut, *për, in, piûs*. Vocatur etiam *correpta*, & *corripi* dicitur Syllaba quæ brevis est.

LONGA Syllaba est, quæ duobus constat temporibus, sive quæ in pronunciendo spatium exigit duarum brevium; sic signata [—]: ut, *mõns, rõs, fëlix*. Vocatur etiam *producta*, & Syllaba dicitur *produci*, quæ longa est.

COMMUNIS, sive ANCEPS Syllaba est, quæ in versu nunc brevis, nunc longa est: ut prior in *Atlas, patres*; media in *tenebra, volucris*.

Ratione Ordinis Syllaba etiam distingui solet; Si voces sint polysyllabæ (seu plurium quàm duarum syllabarum,) in *primam, mediam* vel *medias*, & *ultimam* seu *postremam*. Tertia autem à fine ante-

penultima dicitur; quæ ultimam præcedit, penultima vocatur. Si voces sint dissyllabæ, in priorem & posteriorem. 3. Monosyllabicæ voces ultimis Syllabis accensentur.

Quantitas Syllabæ est vel NATURALIS, sive à natura vocalis deducta: ut *re* in *resisto*, brevis, *de* in *depello*, longa: Vel ACCIDENTALIS, sive à naturali discedens per adventitiam causam: ut *re* in *refiti*, longa; quia sequuntur duæ consonantes; *de* in *deano*, brevis, propter accessum alterius vocalis.

Syllabarum quantitas duobus modis cognoscitur, i. *Regulis*. 2. *Auctoritate*.

Auctoritas est simile exemplum sive testimonium ex probato aliquo auctore adductum.

Auctoritate autem utimur, quando regulæ vel deficiunt, vel ignorantur.

Regulae sunt vel *generales* vel *speciales*. Hæ in certis quibusdam syllabis, illæ in omni syllaba locum habent.

REGULÆ GENERALES.

De VOCALI ante VOCalem.

1. **V**ocalem breviant aliâ subeunte Latini.

Vocalis ante aliam vocalem in vocibus Latinis brevis est: ut, *Deus, creavit, omnia*. Sic *mihi, nihil*: quia *h* in versu, adspiratio, non litera, censetur.

EXCEPTIONES.

2. Nî capit *r*, *fio* produc: & nomina quintæ *E* servant longum, si præsit *i*, ceu *speciei*.
Anceps ius erit patrio: sed protrahe *alius*,
Alterius brevia tantum: commune sit *ohe*.
Pompei, Cai produc, conformia jungens.
Dianam varia: longa *aër, dius* & *eheu*,
Et patrius primæ cum sese solvit in *ai*.

Exceptiones sunt septem.

1. *Fio* ubique primam producit, cum abest *r*; ut, *fibam, fiam*: ubi verò adest *r*, primam corripit; ut, *feri, ferem*.
2. Genitivi & dativi sing. quintæ declinationis vocalem penultimam *e* habent longam, quando inter duo *i* ponitur; ut, *diei, speciei*.
3. Genitivi sing. in *ius* in prosa longi sunt, in versu verò communes; ut, *unius, illius*. ✕ At *alius* penultimam semper longam, *alterius* semper brevem habent.
4. *Ohe* priorem habet communem.

5. *Pompei, Cai, & similes vocativi, penultimam producant.*
 6. *Diana prima communi profertur.*
 7. *Aër, dius & eheu priorem producant. Item, aulai, terrai,*
& similes genitivi prisci primæ declin. penultimam longam habent.

De vocali ante vocalem in Græcis.

3. Hic Græci variant, nec certâ lege tenentur.

De vocibus Græcis vix dari potest certa regula. In multis enim prior vocalis corripitur: ut in *Danaë, idea, sophia, Simois, Hyades*. In multis producitur: ut in *Lycaon, Cytherea, Sperchius, Achelous, Enyo*,

NOT. 1. Ex Græcis priorem vocalem præcipuè producant, 1. Desinentia in *ais, eis & ois*: ut, *Nais, Laïs, Briseïs, Cadmeïs, Latoïs, Minoïs*, 2. Excuntia in *eius & ois*: ut, *Nereüs, Priamëus, Achelëus, Minoëus*, 3. Terminata in *aon vel ion*: ut, *Machaon, Didymaon, Amphion, Ixion*, 4. Composita à *λαός*: ut, *Archelaus, Menelaus*. + Nec tamen hæc perpetua sunt: nam *Thebais* priorem vocalem corripit: ut & *Phaon, Iôn, Deucalion, Pygmalion*, cum multis aliis. Item secunda in *Nereides* est anceps: ut in *Orion & Geryon*.

NOT. 2. Accusativi in *ea* à nominativis in *eus*, sæpius corripiunt *e*: ut, *Orpheus, Saluoneus*: interdum producant, more Ionum, qui hæc scribunt per *n*, *Ilionëa, Idomenëa, &c.*

NOT. 3. Similiter & alia sunt producta, quæ per *n* vel *o* scribuntur: ut, *Deïphobus, Deïanira, Troës, heroicus, &c.* *Eous* primam habet ancipitem, quia Græcè *ἴος & ἰός*, *ἰός*, & *ἰός* scribitur.

NOT. 4. Quæ Græcè *ei* habent ante vocalem, Latinis ferè sunt porrecta: ut, *Æneas, Cassiopea, centaurea, Penelopea, Galatea, Laodicea, Medea*. Item, *Basilus, Darius, Eugenius, Clio, Elegia, Iphigenia, Antiochia, Alexandria, idololatria, litania, politia, &c.* Sed *chorea, platea, conopeum, & proprium Malca*, penultimam habent communem.

¶ In vocibus barbaris seu peregrinis quantitas plerumque ambigua est. Sic primam in *Baal* producit Prudentius, corripit Sedulius. *Abraham* penultima longâ profert Sidonius, brevi Arator. In *ael*: ut, *Israël, Michael, Raphael*, nunc productâ, nunc correptâ *a*, efferuntur.

De Vocali longa POSITIONE.

4. Si postponatur vocali consona bina, Aut duplex, longa est positu: sin utraque vocem Incipiat, rarò præeunti est ultima longa.

I. Vocalis ante duas consonantes, quarum utraque vel altera saltem in eadem sit voce, producitur: ut, *arma, perdidit, Errabas silva in magna*. Hæc vulgò POSITIO dicitur.

Ea quoque longa fit, cum in eadem voce postponitur una duplex consonans: ut, *axis, gaza*.

Pro duplici etiam Grammaticis censetur *j* consonans posita inter
as vocales: ut, *major, rejicio*. Sed hoc non habet locum in com-
positis à *jugum*: ut, *bijugus, quadrijugus*, quæ vocalem *i* corripunt.

II. Si vox præcedens in vocalem brevem desinat, & sequens à
tabus consonantibus, vel unâ duplici incipiat, rarò ea vocalis po-
sitione producitur: quanquam hoc interdum factum reperiatur; ut,
Virg. *Ferte citi flammæ, date tela, scandite muros*.

Juv. *Occulta spolia, & plures de pace triumphos*.

NOT. Tamen, in hoc posteriore exemplo, ut in plerisque aliis
æ huc adferuntur, syllabæ productionem, cæsura, de qua post-
tribui posse.

De MUTA & LIQUIDA.

Si mutæ liquida est subjuncta in syllaba eadem,
Quæ brevis antevenit vocalis, redditur anceps.
Hanc tamen in prosa semper breviare memento.
Sunt *l, r*, liquidæ, quæ rarò jungimus *m, n*.

Cùm muta & liquida in eadem syllaba ponuntur post vocalem,
naturâ brevem, vocalis ea in versu fit communis: ut prima in *a-
vis, Cyclopes*, media in *pharetra, volucris*.

Ovid. *Et primo similis volucris, mox vera volucris*.

Ad hanc POSITIONEM, quam vulgò DEBILEM vocant, tres mi-
nimùm conditiones requiruntur. 1. Ut muta præcedat liquidam:
nam si sequatur, hæc regula non habet locum: ut, in *arte, albus,
verba*. 2. Ut muta liquidam præcedens, in eadem syllaba sit, non
diversa: nam alioqui rursus regulæ nullus est locus: ut in *ab-luo,
ob-ruo, quam-ob-rem*. 3. Ut vocalis præcedens mutam cum liqui-
da, sit naturâ brevis: nam longa si sit, non potest corripi, sed
manet longa. Hinc semper longa est prima in *aceris & matris*,
quippe quod ea syllaba in *acer & mater* longa sit. Similiter &
penultima in *salubris, ambulacrum*, semper producitur; quia sunt
a *salus, salvis, & ambulatum*, quibus ea syllaba producta est.

NOT. Ex quatuor liquidis, duæ tantum, *l & r*, in vocibus Latinis
hanc positionem efficiunt; *m* verò & *n* non nisi in vocibus Græcis lo-
tum habet: ut, *Tecmessa, cygnus, Daphne, ichneumon, Progne, &c.*

De CRASI, seu CONTRACTIONE.

6. Vocale efficit semper Contractio longam.

Omnis syllaba, sive vocalis, ex duabus in unam contracta, na-
turâ est longa: ut, *cogo, ex coago; alius, ex alius; tibicen, ex tibiū-
cen; it, ex iit, &c.* Item, cùm duæ voces in unam contrahuntur:
ut, *sis, pro si vis; fodes, pro si audes; malo, pro magis volo; no-
lo, pro non volo*.

De discrimine inter Crasin, Synæresin & Synecphonesin posse dicetur.

De DIPHTHONGO.

7. Diphthongum produc in Græcis atque Latinis:

In Græcis semper: at PRÆ composita sequente

Vocali brevia; veluti *præit* atque *præustus*.

Diphthongus naturâ longa est, tam in vocibus Græcis quàm Latinis: ut, *Cæsar*, *fœnus*, *aurum*, *heus*, *omneis*, *Æneas*, *Eubæa*.

Exc. PRÆ, præpositio Latina, in compositis, sequente vocali ferè corripitur: ut, *præo*, *præustus*.

Virg. *Nec totâ tamen ille prior præunte carinâ.*

Id. *Stipitibus duris agitur sudibusque præustis.*

REGULÆ SPECIALES.

EX his aliæ ad primas & medias, aliæ ad ultimas Syllabas pertinent.

De Primis & mediis Syllabis.

De vocibus DERIVATIS.

8. Derivata tenent mensuram primigenorum;

Orta tamen brevibus, *sûspicio*, *regula*, *sedes*,

Secius, *humanus*, *penuria*, *mobilis*, *humor*,

Jumentum, *fomes*, primam producere gaudent.

Corripiunt sed *arista*, *vadum*, *sopor* atque *lucerna*,

Duxque ducis, *stabilisque*, *fides*, *ditioque*, *quasillus*,

Nata licet longis; quæ pluraque suggeret usus.

Derivata sequuntur quantitatem suorum primitivorum. Sic brevis est prima in *amicus*, *pavidus*, *avitus*, quia eadem brevis est in *amo*, *paveo*, *avus*: longa verò in *maternus*, *nativus*, *finitimus*, quia longa in *mater*, *natus*, *finis*. Similiter *legebam*, *legam*, *legerem*, &c. primam habent brevem, quia sunt à *lego*, cujus prima est brevis. Contrà *legeram*, *legerim*, *legero*, &c. primam habent longam, quia sunt à *legi*, cujus prima est longa.

Exc. I. Longa sunt a primitivis brevibus: *Suspicio*, à *suspico*; *regula*, à *rego*; *sedes*, à *sedco*; *secius*, à *secus*; *humanus*, ab *homo*; *penuria*, à *penus*; *mobilis*, à *moveo*; *humor*, ab *humus*; *jumentum*, à *juvo*; *fomes*, à *foveo*; & plura alia, quæ usus melius docebit.

Exc. II. Brevia à primitivis longis: *Arista*, ab *areo*; *vadum*, à *vado*; *sopor*, à *sopio*; *lucerna*, à *luceo*; *dux ducis*, à *duco*; *stabilis*,

abam, vel *supino statum*; *fides*, à *fido*; *ditio*, à *dis ditis*, vel
es; *qualis*, à *qualus*; & alia nonnulla usu discenda.

De vocibus COMPOSITIS.

Simplicium servant legem composita suorum,
Quamvis diphthongus vel vocalis varietur.
 At breviant *nihilum*, cum *pejero*, *dejero*, nec non
Veridicus, *fociis junctis*, & *semisopitus*.
Cognitus his addes, velut *agnitus*, *innubus*, atque
Pronubus: at longis *ambitus* mobile junges,
Imbecillus item: sed *connubium* variabis.

Composita sequuntur quantitatem simplicium ex quibus con-
 stat. Ita, in *perlego*, *relego*, e ante g, brevis est, quia in simplici
 ea vocalis corripitur: in præterito *perlegi*, *relegi*, longa est,
 in simplici *legi* producitur. Sic *improbus* penultimam corripit,
juris producit; quia prior in *probus* brevis, in *juris* longa est.
 Servatur etiam eadem quantitas, quamvis vocalis vel diphthongus
 teretur. Sic, *concido*, *incido*, à *cado*, penultimam corripunt: at,
scido, *incido*, à *cado*, eandem producant. Sic, in *irritus*, à *ra-*
 , media brevis, in *iniquus*, ab *aquus*, media longa; manente
 simplicium quantitate.

Exc. 1. Corripiuntur à simplicibus longis orta: *Nihilum*, à *ne-*
hilum; *pejero* & *dejero*, à *juro*; *veridicus*, *satidicus*, *causidicus*,
 similia in *dicus*, à *dico*; *semisopitus*, à *sopitus*; *cognitus* & *agni-*
 , à *notus*; *innubus* & *pronubus*, à *nubo*.

Exc. 2. Producantur à simplicibus brevibus: *Imbecillus* secun-
 longâ, nisi prima in *baculus* sit brevis: *ambitus* participium,
 ultimâ productâ, contra naturam supini *itum*, cui prima cor-
 ta est; quam potius sequitur substantivum *ambitus*, uti & ejus
 rivativum *ambitio*.

Exc. 3. *Connubium* à *nubo*, primâ longâ, secundam syllabam
 bet communem.

De compositis cum PRÆPOSITIONE:

o. Quam disjuncta dabat mensuram præpositura,
 Juncta tenet: subiens illam nisi litera mutet.

Præpositiones in compositione eandem quam extra compositio-
 nem quantitatem habent. Sic, *amitto*, *deduco*, primâ longâ; *abo-*
 , *perimo*, primâ brevi proferuntur; quia per regulas de ultimis
 illabibus postea tradendas, præpositiones a & de separatim positæ
 oducuntur; ab verò & per iidem positæ corripuntur. Similiter

in *contradico*, *supraſcriptus*, ſecunda longa; in *anteſero*, *prætere*, ſecunda eſt brevis, ob eandem rationem.

NOT. Tamen hic & ubique regulas ſpeciales generalibus cedere, nam præpoſitio in conſonantem deſinens, licet alioqui extra compoſitionem ſit brevis, acceſſu tamen alterius conſonantis ſit longa, ut, *admitto*, *percello*. Et contra, præpoſitio in vocalem deſinens, licet alioqui extra compoſitionem ſit longa, acceſſu tamen alterius vocalis ſit brevis: ut, *deoſculor*, *prohibeo*.

De PRO in compoſitis.

- II. Eſt PRO breve in Græcis, PRO longum ritè Latinis.
 At rape quæ *fundus*, *fugio*, *neptiſque*, *nepoſque*,
 Et *feſtum*, *fari*, *fateor*, *fanumque* creârunt.
 Hiſce *proſectò* addes, pariterque *procella*, *protervus*
 Atque *propago* genus, *propago* protrahe vitis.
Propino varia, verbum *propago*, *profundo*:
 Cum *pello*, *curo* genitis, *Proſerpina* junge.

PRO, præpoſitio Græca, pro ante, corripitur: ut, *Propheta*, *prologus*.

PRO, præpoſitio Latina, producitur: ut, *prædo*, *promitto*.

Exc. 1. In multis Latinis vocibus PRO breviatur: ut, *profundus*, *profugio*, *profugus*, *pronepos*, *proneptis*, *profeſtus*, *profari*, *proſiteor*, *profanus*, *proſectò*, *procella*, *protervus*, & *propago* cùm genus ſignificat; nam *propago*, cùm ad vites refertur, producitur.

Exc. 2. In quibuldam eſt anceps: ut, *propino*, *propago* verbum *profundo*, *propello*, *propulſo*, *procuro* & *Proſerpina*.

De SE, DI & RE in compoſitis.

- II. SE produc & DI, præter *dirimo* atque *diſertus*.

Eſt RE breve: at viduum perſonis protrahe *refert*.

I. SE & DI, præpoſitiones inſeparabiles, producantur: ut, *ſeparo*, *ſemotus*, *diduco*, *divello*.

Exc. *Dirimo* & *diſertus* DI corripunt.

II. RE, præpoſitio inſeparabilis, brevis eſt: ut, *remitto*, *repello*.

Exc. *Refert* impersonale, pro *utile eſt*, primam producit, aliter corripit. Utriuſque exemplum præbet hoc Ovidii;

Quid tamen hoc refert, ſi ſe pro claſſe Pelasga

Arma tuliffe refert.

NOT. In nonnullis præpoſitio RE producitur, conſonante ſequente geminata: quomodo *relligio*, *reppulſit*, *repperit*, apud Poëtâs frequenter legimus.

De Compositis SINE PRÆPOSITIONE.

3. Pars si componens fini prior *i* vel *o* donat,
Sit breve: *vaticinor* monstraverit, *Arctophylaxque*.

I. Voces, siue Latine siue Græcæ, priorem compositi partem in *i* terminantes, *i* corripiunt. Latine: ut, *omnipotens*, *agricola*, *vaticinor*, *significo*, &c. Græcæ: ut, *architectus*, *Iphigenia*, *dimeter*, *trimeter*, &c.

II. Voces, præcipuè Græcæ, priore compositionis parte in *o* exeuntes, *o* iidem corripiunt: ut, *Argonauta*, *Arctophylax*, *bibliotheca*, *Philosophus*, &c. item hæ Latine, *bardocucullus*, *sacrofanctus*, *hodie*, *duodecim*.

EXCEPTIONES.

14. I quibus est flexu mutabile jungito longis,
Quæque queunt sensu salvo divellier, addens
De quibus aut Crasis aliquid vel Syncopa tollit.
Idem masculeum produc, & *ubique*, & *ibidem*;
Huic dein agglomerans turbæ composita *diei*.
His *intro*, *retro*, *controque* & *quando* creata
(*Quandoquidem* excepto) benè junxeris, atque *alioquin*.

Quæque per *o* magnum scribuntur nomina Graiis.

A superiore regula variae sunt exceptiones.

I. Priorem compositi partem in *i* producunt,

1. In quibus *i* pro casibus variatur: ut, *quidam*, *quivis*, *quilibet*, *quicumque*, *quantivis*, *quanticunque*, *tantidem*, *unicuique*, *eidem*, *reipublica*, *qualicunque*,

2. Quæ separari salvo eodem sensu possunt: ut, *ludimagister*, *parvipendo*, *lucrificio*, *siquis*: vel aliter, *ludi magister*, *parvi pendo*, &c.

3. Quæ Crasin vel Syncopen sunt passa: ut, *tibicen*, pro *tibicen*; *biga* *triga*, *quadriga*, pro *bijuga*, *trijuga*, *quadrijuga*; *ilicet*, scilicet, pro *ire licet*, *scire licet*.

4. *Idem* pronomen masc. generis; nam neutrius est breve: item, *ubique*, *ibidem*. At in *ubivis* & *ubicunque* (ut in simplice *ubi*) est anceps.

5. Composita à *die*: ut, *biduum*, *triduum*, *meridies*, *pridie*, *postridie*. At *quotidie* & *quotidianus* secundam nonnunquam habent correptam.

II. Producitur prior compositi pars in *o*.

1. In Latinis, ex intro, retro, contro & quando compositis: ut, introduco, intramitto, introgredior, retrocedo, retrogradus, controversia, controuersus, quandoque, quodcumque. (At quandoquidem secundam habet breuem.) Quibus adde alioqui seu alioquin, cateroquin, utrobique.

2. In Græcis, quæ per Ω μέγα, sive v magnum, scribuntur: ut, Geometra, Minotauras, lagopus.

APPENDIX.

De illis sine præpositione compositis.

3. In a priore parte compositi exiuntia sunt longa: ut, quare, quapropter, quatenus, quocumque; item, trado, traduco, trans. Excipe eadem, nisi ablativi sit casus.

4. In e terminata corripuntur. In prima syllaba: ut, nefas, nefastus, nefandus, nefarius, neque, nequo; item, tredecimus, trecenti, equidem, selibra. In secunda; ut, ualedico, madesfacio, tepefacio, patefacio, & similibus. In tertia; ut, hyssemus, ejusemodi. Excipe primam in sedecim, femidum, nepus, nequus, nequitia, nequando, nemo, credo, memet, mecum, tecum, secum; item secundam in veneficus & videlicet.

5. In a, & y Græco, sinistra correpta sunt. In prima syllaba; ut, ducenti, dupondium. In secunda; ut, quadrupes, centuplum, Trejgena, cornupeta. Item, Polydorus, Polydamas, Polyphemus, doryphorus. Excipe judico, primam longam.

De prima in PRÆTERITIS dissyllabis.

15. Præterita assumunt primam dissyllaba longam.

Tolle bibit, scidit, & fidit, ac tulit, orta que do, sto.

Præterita dissyllaba habent priorem longam: ut, veni, vidi, vici.

Exc. Hæc sex priorem breuiant: Bibi, scidi à scindo, fidi à findo, tuli, dedi, steti.

De prima & secunda in PRÆTERITIS geminatis.

16. Præteritum geminans primam, breuiabit utramque,

Ut pario, peperit; vetet id nisi consona bina.

At quod cædo creat tardat, ceu pædo, secundam.

Præterita primam syllabam geminancia tam illam quàm sequentem corripunt: ut, cecidi, tetigi, pepuli, peperit, didici, tuiudi.

Exc. Cecidi à cædo, & pepedi à pædo, secundam habent longam; ut & ea in quibus duæ consonantes concurrunt: ut, seseelli, tendi, momordi.

De prima in SUPINIS dissyllabis.

17. Cuncta Supina tenent primam dissyllaba longam:

Præter nata sero, cico, lino, cum sino, sisto,

Quæ breuiant; eo, doque, ruo, quæo junde, reorque.

Supina

Supina dissyllaba priorem producant: ut, *casum, visum, motum*.
 Exc. *Satum* à *sero*, *titum* à *cico*, *litum* à *lino*, *situm* à *sino*,
zatum à *sisto*, *itum* ab *eo*, *daturum* à *do*, *rutum* à *ruo*, *quitum*, à
queo, *raturum* à *reor*, priorem corripiant.

NOT. *Statum* à *sto* priorem habere longam videtur; unde *statutus*, (& ejus
 composita *constitutus*, &c.) *stamen*, & *Statius*, viri nomen, primâ longâ. At
statum à *sisto* videtur priorem corripere; unde *status* us; *status* a-um; *statio*,
statuo, *stabilis*, *stabulum*, *stator*, *atum*, & alia quædam his orta, primâ brevi.

De prima in aliis PRÆTERITIS & SUPINIS polysyllabis.

8. Cætera præsentis mensuram verba reservant.

Excipe sed *posui positum*, *genui genitumque*,

Et *potui*; quæ dant quoque *solvo* & *volvo* supina.

Alia præterita & supina polysyllaba tantam habent primam
 quanta est prima præsentis. Ita, *vocavi* & *vocatum* primam cor-
 ripiunt; *clamavi* & *clamatum* primam producant; quia *voco* bre-
 vem, *clamo* longam eam syllabam habent.

EXCIPE quæ a præsentis producto primam corripunt, *posui*, *po-*
situm, à *pono*; *genui*, *genitum*, à *gigno*; *potui*, à *possum*; *solu-*
tum, *volutum*, à *solvo*, *volvo*.

De penultima in SUPINIS polysyllabis.

19. Præ *tum* vocalem polysyllaba cuncta Supina

Producant, *atum* quibus, *etum* finis, & *utum*:

Ivi præterito veniens sociabis & *itum*.

Cætera corripies in *itum* quæcunque residunt.

1. Supina polysyllaba in *atum*, *etum* & *utum*, exeuntia, ha-
 bent penultimam longam: ut, *amatum*, *deletum*, *minutum*.

2. Supina in *itum* à præteritis in *ivi* venientia penultimam hanc
 producant: ut, *cupivi*, *cupitum*; *petivi*, *petitum*; *polivi*, *politum*.

3. At supina in *itum* ab aliis quibuscunque præteritis descen-
 dentia, penultimam corripunt: ut, *cubui*, *cubitum*; *monui*, *mo-*
nitum; *abolevi*, *abolitum*; *bibi*, *bibitum*; *credidi*, *creditum*, &c.

De penultima PARTICIPIORUM in *Rus*.

20. In *rus* Participi semper penultima longa est.

Participia in *rus* penultimam semper producant: ut, *amatu-*
rus, *habiturus*, *victurus*, *ausurus*.

De Crementis Nominum.

CREMENTUM nominis est excessus obliqui casus in syllaba vel
 syllabis supra nominativum.

1. Si genitivus singularis par fuerit nominativo numero syllabarum, nullum erit crementum: ut, *Musa, Musa; vates, vatis; dominus, domini.*

2. Sin longior fuerit unâ syllabâ, tum penultima genitivi crementum erit: ut, *Rex, regis; sermo, sermonis; interpres, interpretis.*

3. Crementum genitivi reliquorum casuum utriusque numeri norma est: ut, *sermo, sermonis, sermoni, sermonem, sermone, sermones, sermonum, sermonibus:* in quibus o semper longum est.

✠ Excipe *bobus*, de quo postea.

NOT. *Iter, supellex*, & composita à caput literis ps finita, duplici augentur cremento in singulari, *itineris, supellestilis, anceps ancipitis*. Dativus etiam & ablativus tertiæ in *ibus*, bina plerumque crementa habent: ut, *regibus, hominibus, &c.* Voces autem prædictæ iis in casibus habent tria, *itineribus, supellestilibus, ancipitibus.*

De SINGULARI nominis CREMENTO.

CREMENTA 1, 4 & 5 Declinationum.

21. Vocalis numero coëat nisi bina priore,
Calibus obliquis non crescunt nomina primæ,
Nec quæ quarta dedit, dedit aut inflexio quinta.

In prima, quarta & quinta declinatione nullum fit numero singulari incrementum, nisi ubi vocalis aliam præcedit: ut, in prima, *aulai, pictai*; in quarta, *anuis, anui*; in quinta, *rei, speciei*. De quarum omnium quantitate supra diximus reg. 1 & 2.

CREMENTA secunda Declinationis.

22. Quæ sequitur primam tantum producit *Iberi*.

Crementa secundæ declinationis corripuntur: ut, *tener, teneri; vir, viri; satur, saturi.*

Exc. At *Iber, Iberi*, & ejus compositum, *Celtiber, Celtiberi*, penultimam produciunt.

* De genitivo crescente in *ius* diximus supra reg. 2.

CREMENTA tertia Declinationis.

A

23. Semper A curtat *atis* ternæ: fit *dogmatis* index.

Nomina in A tertiæ genitivi crementum in *atis* corripiant: ut, *dogma, dogmatis; poema, poematis.*

O

24. O breviabit *inis*: sed porriget *enis* & *onis*.

Mensuram variant at in his gentilia quædam.

1. *Inis* ab *O* corripitur: ut, *cardo*, *cardinis*; *virgo*, *virginis*.
 2. *Enis* & *onis* ab *o* producuntur: ut, *Anio*, *Anienis*; *Cicero*, *Terentius*.

3. Nomina gentilia quantitatem variant. Pleraque enim genitivum corripiunt: ut, *Macedo*, *Macedonis*; *Saxo*, *Saxonis*. Sic *Argones*, *Senones*, *Teutones*, seu *Teutoni*, *Vangiones*, *Vascones*, penultimâ brevi. *Brittones* Juvenali corripitur, Martiali producitur. *Sueffones*, *Vettones*, penultimam habent longam: quibus adiacent *Burgundiones*, *Eburones*.

NOT. Si Græca in *on*, *n* amittant, servant in obliquis quantitatem quam prius habuerant: ut, *Agamemnon* vel *Agamemno*, *Agamemnonis*, penultimâ brevi; *Demipho*, vel *Demipho*, *Demipho*, penultimâ longâ. Vid. mox. reg. 28.

I, C.

4. *I* breve mittit *itis*. Sed ab *ec* producitur *ecis*.

1. Nomina in *I*, à *meli* composita, corripiunt clementum *itis*: *Hydromeli*, *Hydromelitis*.

2. In *ec* producunt *ecis*: ut, *halec*, *halecis*; *Melchisedec*, *Melchisedecis*.

D.

5. In *D* clementum breve nomina pauca tulerunt.

In *D* clementum corripiunt: ut, *David*, *Davidis*; *Bogud*, *Bogudis*.

NOT. Poëtæ Ecclesiastici penultimam in *Davidis* sæpius produciunt.

L

6. *AL* mas curtat *alis*: sed neutrum protrahit *alis*.
Elis cum *Solis* produc; reliquis brevialis.

1. Masculina in *AL* corripiunt genitivum in *alis*: ut, *sal*, *salis*; *Hannibal*, *Hannibalis*.

2. Neutra in *AL* producunt *alis*: ut, *animal*, *animalis*.

3. *Sol* producit *Solis*: item nomina in *EL* Hebraica genitivi penultimam habent longam: ut, *Michaël*, *Michaëlis*; *Daniel*, *Danielis*.

4. Reliqua in *L* clementum corripiunt: ut, *vigil*, *vigilis*; *Consul*, *Consulis*.

N.

7. *ON* nimis incertum est: *EN* *inis* rape: cætera produc.

1. De nominibus in *on* vix dari potest certa regula. Multa enim genitivi penultimam producunt: ut, *Helicon*, *Heliconis*; *Chiron*, *Chironis*. Multa corripiunt: ut, *Actæon*, *Actæonis*; *Memnon*, *Memnonis*.

2. In

2. In EN breviant inis: ut, *tibicen, tibicinis; flumen, fluminis*.
 3. Cætera in EN penultimam producunt: AN *anis*: ut, *Titanis*: EN *enis*: ut, *Siren, Sirenis*: IN *inis*, ut, *delphin, delphinis*: YN *ynis*: ut, *Phorcyn, Phorcynis*.

R.

29. *Aris* ab AR neutro produc: sed demito *bacchar*.
Par cum compositis, *jubar* his cum *nectare* jungent.
Protrahe Nar Naris, furis, veris, Recimeris,
Byzer, Ser, & Iber, in ter Græcum, æthere dempto.
Oris ab OR longum est: cum neutris corripit Græc.
Arboris & memoris brevies, indictaque cuncta.

1. *Aris* ab AR neutri generis producitur: ut, *calcar, calcaris*.
 Exc. At hæc neutra *aris* corripiunt: *bacchar, baccharis; jubar, jubaris; nectar, nectaris*: item adjectivum *par, paris*, cum suis compositis, *impar, imparis; dispar, disparis, &c.*

2. Hæc in R finita genitivum producunt, *Nar, Naris*, fluvii nomina; *fur, furis; ver, veris; Recimer, Recimeris*, viri proprium.
Byzer, Byzeris; Ser, Seris; Iber, Iberis, & in secunda, Iber, Iberis populorum nomina.

3. Græca in *ter* producunt *teris*: ut, *crater, crateris; character, characteris*.

Excipe *ather, atheris*, penultimâ brevi.

4. *Oris* ab OR producitur: ut, *amor, amoris; timor, timoris*.
 Exc. (1.) Neutra: ut, *marmor, marmoris, aquor, aquoris*.
 (2.) Græca in OR: ut, *Hæstor, Hæstoris; Rhetor, Rhetoris*. (3.) *Arbor, arboris*, femininum; & *memor, memoris*, adjectivum.

5. Reliqua in R non dicta genitivi penultimam corripiunt: *Aris*, masc. gen. ut, *Cæsar, Cæsaris; Hamilcar, Hamilcaris; lalaris*.
 Ea *eris* cujuscunque generis: ut, *aër, aëris, mulier, mulieris; cadaver, cadaveris; iter, olim itiner, itineris; verberis* a inusitato nominativo *verber*.
UR uris: ut, *vultur, vulturis; murmur, murmuris*.
YR yris: ut, *martyr, martyris*.

A S

30. *Atis* ab AS tardant, *anatis* nisi, quæque Latina.
 Cætera, sed *vassis* dempto, correpta dabuntur.

1. Nomina in AS Latina producunt clementum genitivi in *atis*: ut, *pietas, pietatis; Macenas, Macenatis*.

Excipe *anas, anatis*, quod penultimam corripit.

2. Alia nomina in AS genitivi clementum habent breve: ut, *Græca in adis, atis & anis*: ut, *Pallas, Palladis; artocreas, artocreatis*.

itis; Melas, Melanis, fluvii nomen. 2. Vas, vadis; mas, maris.
 et vas, vasis, primam producit.

E S.

ES patrium breviat: demas *locuplesque quiesque*,
 Et *mansues, heres, merces*, & Græca per *etis*.

ES breviat penultimam genitivi: ut, miles, militis; seges, segetis;
 obsidis; Ceres, Cereris; pes, pedis.

EXCIPIUNTUR, locuples, locupletis; quies, quietis; mansues, man-
 tis; heres, heredis; merces, mercedis.

Item nomina Græca quæ habent *etis*: ut, lebes, lebetis; Tha-
 thaletis, &c.

I S.

Corripit IS crescens patrium: sed porrige *gliris*,
 Et quod Romuleum genitivum format in *itis*.
 Et *Psophis, Crenis, Nesis*, Græcumque quod in dat.

In IS crescentia genitivi penultimam corripunt: ut, lapis, la-
 tis; Phyllis, Phyllidis; cinis, cineris; sanguis, sanguinis.

Exc. 1. Glis, Gliris, penultimâ longâ. 2. Latina quæ habent *itis*:
 ditis; lis, litis; Quiris, Quiritis; Samnis, Samnitis. † At
 varis, Charitis, Græcum, penultimam corripit. 3. Penultimam
 am producant, Psophis, Psophidis, urbis; Crenis, Crenidis,
 ymphæ; Nesis, Nesidis, insulæ, nomina. Et 4. Græca in *is*,
 æ per *in* etiam finiuntur: ut, Salamis, vel in, Salaminis.

O S.

OS patrii crementa dedit producta: sed aufer
 Quæ tria correptis gaudent, *bos, compos, & impos*.

OS crementum genitivi producit: ut, nepos, nepotis; flos, floris;
 flos, custodis.

Exc. Tria crementum habent breve, *bos, bovis; compos, com-
 tis; impos, impositis*.

U S.

US crementa rapit: sed in *uris, & utis, & udis*,
 Quod præit *u* longum est: *Ligus* hinc at tolle,
pecusque,
Intercusque. Gradus medius producit US oris.

In US terminata genitivi crementum corripunt: ut, corpus;
 corporis; vellus, velleris; tripus, tripodis.

Exc. 1. Quæ habent *udis, uris* aut *utis, u* penultimæ produ-
 cunt: ut, incus, incudis; jus, juris; salus, salutis.

✠ At hæc tria corripiuntur, *Liguris* à *Ligus*, vel *Ligur*; *pecudis* ab inusitato *pecus* vel *pecudis*; *intercutis* ab *intercus*.

Exc. 2. Comparativa in US crementum produciunt: ut, *melioris*, &c. servatâ scil. masculini vel feminini quantitate, *melior melioris*.

Y S.

35. YS celerabit *ydos*: sed tardè proferet *ynis*.

1. YS breviat crementum in *ydis* vel *ydos*: ut, *chlamys*, *chlamydis* vel *-ydos*.

2. YS crementum in *ynis* producit: ut, *Trachys*, *Trachynis*.

BS, PS, MS.

36. Consona cùm præit S, patrii penultima curta est. Hinc *Cyclops*, *seps*, *gryps*, *Cercops*, *plebs*, *aufes*, & *hydrops*.

Nomina in S, præcedente consonâ, finita, genitivi penultimam corripiunt: ut, *cælebs*, *cælibis*; *Lelaps*, *Lelapis*; *Dolops*, *Dolopis*; *inops*, *inopis*; *auceps*, *aucupis*; *hiems*, *hiemis*: item, *anceps*, *ancipitis*; *biceps*, *bicipitis*, & similia à *caput* composita, in quibus utrumque genitivi crementum breve est.

Exc. Hæc penultimam habent longam: *Cyclops*, *Cyclopis*, *seps*, *sepis*; *gryps*, *gryphis*, *Cercops*, *Cercopis*, *populus*; *plebs*, *plebis*; *hydrops*, *hydropis*.

T

37. T breve crementum patrii per *itis* sibi poscit.

In T finita crementum genitivi in *itis* corripiunt: ut, *caput*, *capitis*; *sinciput*, *sincipitis*; *occiput*, *occipitis*.

X

38. Præ *gis* vocalem rapit X. Producito *lex*, *rex*.

EX *icis* abbreviat, *vibex* nisi. Cætera produc.

Præter *abax*, *smilax*, *atraz*, cum *dropace*, & *anthrax*, [colaxque

Fax, & *Atax*, *climaxque*, *panaxque*, *styraxque*,

Quæque *phylaxque*, *coraxque* creant, & cum *necesse*, rectis [fornix

Orba suis, *vicis*, atque *precis*; cum *appendice*,

Coxendix, *chænixque*, *Cilix*, *natrixque*, *calixque*,

Pix, & *onyx*, *illix*, *histris*, cum *mastiche*, *varix*,

Quei

Queis Erycis, filicis, salicis, laricisque, nivisque,
Cappadocis, calycis, cum Naryce, præcoce nectes:
Adde ducis, pariterque crucis, nuce cum truce junctis,
At patrio variato Syphax, cum Bebyce, sandix.

1. Nomina in X, genitivum in gis facientia, vocalem ante g corripunt: ut, *harpax, harpagis*, i. e. verticillus; *aquilex, aquilegis*; *Biturix, Biturigis*; *Allobrox, Allobrogis*; *conjux, conjugis*; *Phryx, Phrygis*.

Exc. At producuntur, *lex, legis*; *rex, regis*. Quibus adde *coccyx, coccygis*; &, cujus nominativus vix jam in usu est, *frux, frugis*.

2. Corripitur item icis ab EX: ut, *vertex, verticis*; *pontifex, pontificis*. ✕ Unum producitur, *vibex, vibicis*: nisi potius rectus sit *vibix*.

3. Cætera in X genitivi crementum producunt. In AX: ut, *pax, pacis*; *fornax, fornacis*. In EX: ut, *halex, halecis*; *vervex, vervecis*. In IX: ut, *radix radicis*; *cicatrix, cicatricis*. In OX: ut, *vox, vocis*; *velox, velocis*. In UX: ut, *lux, lucis*; *Pollux, Pollucis*. In YX: ut, *Bombyx, bombycis*, *Ceyx, Ceycis*.

Exc. 1. Ex his multa corripuntur;

(1.) In AX: *Abax, abacis*, i. e. abacus; *smilax, smilacis*; *Atrax, Atracis*, fluvii & urbis nomen; *dropax, dropacis*, unguenti genus; *anthrax, anthracis*, i. e. carbo; *sax, facis*; *Atax, Atracis*, Galliæ fluvius; *climax, climacis*, scala, & schema Rhetoricum; *panax, panacis*, & ejus compositum *opopanax, opopanaxis*; *styrax, vel storax, storacis*, gummi genus; *colax, colacis*, parasitus: item, composita à *phylax & corax*; ut, *Arctophylax, Arctophylacis*; *Nomophylax, Nomophylacis*, i. e. legum custos; *nycticorax, nycticoracis*, i. e. corvus nocturnus vel noctua; *phalacrocorax, phalacrocoracis*, corvus aquaticus.

(2.) In EX: *Nex, necis*; & recto carentia vicis & precis: item, *sœnifex, sœnifecis*; *resex, resecis*, in regula haud memorata, & *supellex, supellectilis* in cremento secundo.

(3.) In IX: *Appendix, appendicis*; *fornix, fornicis*; *coxendix, coxendicis*; *chœnix, chœnicis*, mensuræ nomen; *Cilix, Cilicis*, populus; *natrix, natricis*, serpens aquaticus; *calix, calicis*; *pix, picis*; *illix, illicis*, quod aves illicet; *hystrix, hystricis*; *mastix, mastichis*, resina lentisci arboris; *varix, varicis*, vena plus æquo intumescens; *filix, filicis*; *salix, salicis*; *larix, laricis*; *nix, nivis*.

(4.) In OX: *Cappadox, Cappadocis*, populus; *præcox, præco-*
cis, præmaturus.

(5.) In UX: *Dux, ducis*; *crux, crucis*; *nux, nucis*; *trux, trucis*.

(6.) In YX: *Onyx, onychis*; *Eryx, Erycis*, montis & viri nomen;

calyx,

calyx, *calycis*, *gemma floris*; *Naryx*, *Narycis*, oppidum Locrorum, aliter *Narycia* appellatum.

Exc. 2. Hæc tria genitivi crementum habent commune; *Syphax*, *Syphācis* vel *Syphācis*; *sandyx*, *sandicis* vel *sandicis*; *Bebryx*, *Bebrycis* vel *Bebrycis*. ✕ At *Syphacis* penultima producta, *Bebrycis* eā correpta, rectius efferuntur.

De PLURALI NOMINIS CREMENTO.

39. Pluralis casus, si crescit, protrahit A, E,
Et simul O. *Bubus* dempto, sed corripit I, U.

A, E, O, in crementis pluralibus producantur: ut, *Musarum* rerum, *dominorum*.

I & U corripuntur: ut *artibus*, ab *ars*; *artibus*, ab *artus*.

✕ *Bubus* tamen, seu *bobus*, propter Crasin (est enim ex *bovis* contractum) producit.

De Crementis Verborum.

CREMENTUM verbi est, cum aliqua ejus pars secundam personam singularem præsentis Indicativi activi, syllabâ unâ vel pluribus excedit.

1. Si igitur verbum huic secundæ personæ æquale sit, nullum erit crementum: ut, *amas*, *amem*.

2. Sin verbum longius sit unâ syllabâ, unum habebit crementum: ut, *amamus*, *amatis*, quorum penultima crementum est nam ultima nunquam dicitur crementum.

3. Si verbum duabus syllabis excedat, duo erunt crementa ut, *amabamus*, *amabatis*. Si tribus, tria: ut, *amaverimus*, *amaveritis*. Si denique quatuor, totidem erunt crementa: ut, *audis*, *audiebamini*.

4. In verbis deponentibus fingenda est vox activa, ad quam verborum crementa dirigantur: ut, *conatur* unum habet crementum, *conabatur* duo, *conaremini* tria; quia si secunda personæ vocis activæ foret, ipsa esset *conas*.

5. Ultima syllaba (ut modò diximus) nunquam dicitur crementum: prima verò est, si norma ipsa sit monosyllaba. Sic in *damus*, *fletis*, *scires*, prima syllaba crementum est; quia *das*, *fles*, *scis*, monosyllaba sunt.

A in CREMENTIS verborum.

40. A verbum crescens auctu producit in omni.
Excipe crementum *dare* primum quod breve poscit.

A in omni verborum cremento producitur: ut, *stabam, amam, legebamus, audiebamini*. Sic, *bibamus, veneramus*.

Exc. Do ejusque composita primæ conjugationis A in primo cremento corripunt: ut, *damus, dabunt, dare*: item, *circundamus, venundabo, &c.* penultimâ brevi.

* In aliis autem crementis verbi *do*, ut & in primo cremento compositorum ejus tertiæ conjugationis, A producitur: ut, *dabamus, dederatis, credamus, &c.*

E in CREMENTIS verborum.

1. E quoque producunt verba incrementia: verum Prima E corripunt ante *r* duo tempora ternæ. Rere sit & reris longum, beris at bere curtum. Semper E corripitur præ *ram, rim, roque* locatum. Curtat & interdum *steterunt dederuntque* Poëta.

E in omnibus verborum crementis longum est: ut, *amemus, amaremus, amavissetis; docebam, docerem; legebat, legerunt; audiemus, audivère, &c.*

Exc. 1. E ante *r* breve est in primo cremento in quovis præsentis & imperfecto tertiæ conjugationis: ut, *legeris* vel *legere* in præsentis Indic. pass. *legere* in Infinitivo act. & Imperativo pass. *legerem* & *legerer* in imperfecto Subjunct. act. & pass.

✠ Reris tamen & rere, tam in tertia, quam in aliis conjugationibus, producitur: ut, *legereris, legerere; amareris, amarere; docereris, docerere, &c.*

Exc. 2. Beris & bere ubique corripitur; ut, *amaberis, amabere*, in prima; *doceberis, docebere*, in secunda; & apud priscos, *largibere, experibere*, in quarta.

Exc. 3. E ante *ram, rim, ro*, cæterisque personis inde fluentibus, breve est: ut, *amaveram, amaverim, amavero, docueram, eram, fueram, potero, potuero, &c.*

NOT. Poëtæ in præterito Indicativi *e* ante *runt* interdum corripunt: ut,

Virg. *Obstupui, steteruntque coma, et vox faucibus hæsit.*

Hor. *Di tibi divitias dederunt, artemque fruendi.*

I in CREMENTIS verborum.

42. Corripit I crescens verbum: sed deme *velimus, Nolimus, simus*, quæque his fata cætera; jungens Ivi præteritum, prima incrementaque quartæ. Præterito curtabis *imus* tamen undique: vates Exacto variant *rimus ritisque* futuro.

I in quovis verborum cremento corripitur: ut, *amabimus, docebitur, legimus, cupitis, aggredimur*: item in omnibus crementis quartæ præter primum: ut, *audimini, audiremini, audiebamini*.

Exc. 1. Hæc I longum habent; *simus, velimus, nolimus*, cum aliis personis ab his deflexis, eorumque compositis: ut, *sitis, velitis, volitis, nolito, nolitote, malimus, malitis, possimus, possitis* &c.

Exc. 2. I ante *vi* in præteritis semper producit: ut, *petivi, quasivi, audivi*: iidemque in aliis personis, *petivisti, quasivit, audiverunt*, &c.

Exc. 3. Primum crementum quartæ conjugationis longum est: ut, *audimus, auditis, auditur, audito, audirem, audire, ibam, ibo, sciremus, scirent*, &c.

✠ At *imus* in omni præterito, etiam quartæ, corripitur: ut, *juvimus, vidimus, fecimus, venimus*, in cremento primo: *amavimus, adolevimus, pepercimus, munivimus*, in secundo.

NOTANDUM igitur in verbis quartæ, quorum præsens & præteritum voce concurrunt, penultimam præsentis esse longam, *venimus, reperimus*: præteriti autem brevem, *venimus, reperimus*.

APPENDIX, *Rimus* & *ritis* in præteritis Subjunctivi semper corripuntur: in futuris verò ejusdem, quæ exacta vocant, à Poëtis nonnunquam producuntur: ut,

Catull. *Dein cum millia multa fecerimus*, vers. Phaleuc.

Ovid. *Cum maris Ionii transferitis aquas*. — pentam.

O & U in CREMENTIS verborum.

43. O produc verbis crescentibus; U breve profer.

O in verborum crementis semper producit: ut, *amatote, facitote*.

U in eorundem crementis corripitur: ut, *sumus, possumus, volumus*.

APPENDIX.

De aliarum quarundem PRIMARUM ac MEDIARUM SYLLABARUM quantitate.

I. **P**atronymica masculina in IDES vel ADES, penultimam ferè corripunt: ut, *Priamides, Atlantiades*. ✠ Excepe formata à nōminibus in *eus*; ut, *Pelides*: item, *Belides, Lycurgides, Amphiarades, Iapetionides*, quæ eam producunt.

II. Patronymica, iisque cognata, in AIS, EIS, ITIS, OIS, OTIS, INE & ONE, penultimam ferè producunt: ut, *Achais, Ptolemais, Chryseis, Æneis, Menipbitis, Oceanitis, Minois, Latois, Icariotis, Nilotis, Nerine, Acrifione*. ✠ *Thebais* tamen & *Phocais* penultimam habent brevem, *Neris* communem.

III. Adjectiva in ACUS, ICUS, IDUS, IMUS, penultimam plerumque habent brevem: ut, *Ægyptiacus, demoniacus; academicus, aromaticus, callidus*.

callidus, lepidus; finitimus, legitimus: item superlativa, pulcherrimus, fortissimus, optimus, maximus, &c. + Excipe, Meracius, opacus; amicus, apricus, pudicus, mendicus, possicus; fidus, infidus; bimus, trimus, quadrimus, patrimus, matrimus, opimus; & superlativa duo, imus, primus.

. Adjectiva in ALIS, & pleraque omnia in ANUS, ARUS, IVUS, ORUS, OSUS, penultimam producant: ut, *conjugalis, dotalis, montanus, urbanus; amarus, avarus; astivus, fugitivus, canorus, decorus; arenosus, pruinosus.*

+ At barbarus, opiparus, corripunt.

. Adjectiva in ILIS verbalia penultimam corripunt: ut, *agilis, facilis, fusilis, scissilis, utilis, &c. +* At derivata à nominibus penultimam ferè producant: ut, *anilis, civilis, herilis, &c.* Quibus adde *exilis, subtilis: item* mensium nomina, *Aprilis, Quintilis, Sextilis.* * Excipe *humilis, parilis, &c.* cujus incerta origo est, *similis.* + Cæterum omnia in ATILIS, sive à verbis, sive à nominibus deducta, penultimam correptam efferuntur: ut, *plicatilis, versatilis, volatilis, fluvialis, saxatilis, umbratilis.*

I. Adjectiva in INUS, à rebus animatis descendunt, & possessionem significantia; item distributiva numeralia, propria & gentilia, penultimam producant: ut, *Agninus, caninus, leporinus; Binus, trinus, quinus; Albinus, Cratinus, Justinus; Alexandrinus, Latinus, Venusinus, &c.* Huc adde adjectiva quædam animales actiones proximè respicientia: ut, *adulterinus, festinus, gelatinus, genivinus, libertinus, mediastinus, opinus & inopinus, pauperinus, peregrinus, supinus: Item* adjectiva loci; ut, *collinus, marinus, vicinus: Et à nominibus tempus significantibus deducta: ut, matutinus, vespertinus: Ac postremò hæc pauca, quæ sub certam classem redigi vix queant, Austrinus, Caurinus, cisterninus, clandestinus, repentinus.*

VII. Adjectiva in INUS, à rebus inanimatis, i. e. plantis, arboribus, lapidibus & aliis materiam ferè significantibus; item ab adverbis temporalibus, aut à substantivis quatuor anni tempestates notantibus, derivata, penultimam corripunt: ut, *Amaracinus, crocinus, hyacinthinus; cedrinus, faginus, oleaginus; adamantinus; amethystinus, smaragdinus; corallinus, cristallinus, murrhinus; crastinus, diutinus, perendinus, pristinus, serotinus; Earinus, oporinus, chimærinus, therinus: item, annotinus, bornotinus.* Quibus adde *bombycinus, elephantinus*, in quibus non animalia ipsa, sed materia serica & eburnea proximè respici videntur.

VIII. Deminutiva in OLUS, OLA, OLUM, & ULUS, ULA, ULUM, penultimam semper corripunt: ut, *urceolus, filiola, musæolum; lectulus, ratiuncula, corculum, &c.*

IX. Adverbia in TIM penultimam producant: ut, *oppidatim, diestim, viritim, tributim.* + Excipe tamen *assatim & perpetim; item statim*, quod à sequioris XVI Poëtis male producitur.

X. Denominativa Latina in ACRUS, ANEUS, ARIUS, ATICUS, ORIUS: item verbalia in ABILIS; & in ATILIS undecunque derivata, antepenultimam producant: ut, *cretaceus, testaceus; momentaneus, subitaneus; cibarius, herbarius; aquaticus, fanaticus; censorius, messorius; amabilis, revocabilis; pluvialis, plicatilis, &c.*

XI. Adjectiva in ICIUS, quæ à nominibus veniunt, i antepenultimæ corripunt: ut, *gentiliculus, patricius, tribunicius.* [Excipe *novicius* seu *novitius.*] At quæ à supinis vel participiis descendunt, i antepenultimæ producant: ut, *adventitius, commendaticius, suppositicius, &c.*

XII. Verba desiderativa in URIO antepenultimam (quæ in secunda & tertia persona penultima est) corripunt: ut, *esurio, esuris, esurit; parturio*
parturis,

parturis, parturit. Alia in URIO, eam syllabam producunt, *ligurio, agurio, scaturio, scaturis.*

XIII. In vocibus peregrinis, i. e. Hebraicis, Syriacis, Scoticis, Gallicis &c. primæ & mediæ syllabæ plerumque ancipites sunt, nisi in regula generales impingatur: ut in, *Amen, Abel, Allelaja, David, Dromondus, atsonus, Turnebus.*

¶ Quarum primarum vel mediarum syllabarum quantitas sub prædictâ regulâ non cadit, ea à Poëtarum ulu, exemplo & auctoritate petenda est, certissima omnium regulâ.

De ultimis Syllabis.

A in fine.

44. CASIBUS A flexum brevia. Sed protrahe sextum
Et quintum, Græco quando hic de nomine
in AS fit.

Casibus haud flexum produc. *Ita, cum quia & eja*
Et putà non verbum subduxeris, *hallelujaja.*

Curta quoque interdum, *contra, ultra, & ginta*
creata.

I. A finalis in vocibus per casus declinatis corripitur: ut, *Musa, templa, Tydea, lampada.*

Exc. 1. Ablativus primæ in A longa est, *hâc Musâ, hoc Æneâ.*

Exc. 2. Vocativus etiam à nominibus Græcis in AS producitur, ut
ô Æneâ, ô Palla, à nominativis, Æneas, Pallas.

II. A finalis in vocibus non declinatis per casus, i. e. in verbi
& particulis, producitur: ut, *ama, frustra, præterea, erga, intra.*

Exc. 1. Hæ particulæ, *ita, quia, eja, & putà* adverbialiter pos-
tum, ultimam corripiunt: quorum exemplo Sidonius, *halleluja*
ultimâ brevi extulit.

Exc. 2. Præpositiones *contra & ultra*, ut & numeralia in *ginta*
correpta interdum repertiuntur: at meliores scriptores ea producunt.

E in fine.

45. E brevia. Primæ produc, & nomina quintæ
Cum natis. Adde pluralia cuncta: secundæ
Induperativum socians. Monosyllaba, demptis
Encliticis ac syllabicis, quoque longa repones.
Adde à mobilibus flexus quæcunque secundi
Manârunt, summi que gradus adverbia quævis.
Sed *benè* cum *malè* corripies, *infernè, supernè.*
Productis *ferme* atque *ferè* jungantur, & *obe.*

In E finita brevia sunt: ut, *nate, cubile, patre, curre, nempe, ante.*

Exc. 1. Producuntur omnia primæ & quintæ declinationis: ut, *Illope, Anchise, fide*: item, *fame*, quia olim quintæ erat. Sic *die*, & adverbia ab iis composita, *quare, hodie, pridie, postridie, cotidie.*

Exc. 2. Item nomina singulari carentia: ut, *ceto, mele, Tempe.*

Exc. 3. Item imperativi singulares secundæ conjugationis: ut, *ce, mane.* ✕ Sed *cave, vale & vide*, inveniuntur interdum sinâ correptâ.

Exc. 4. Monosyllaba etiam longa sunt: ut, *me, te, se.* ✕ Expiuntur tamen conjunctiones encliticæ, *que, ne, ve*: item syllabæ adjectiones, *pte, ce, te*: ut, *suapte, hujusce, tute.*

Exc. 5. Longa præterea sunt adverbia à nominibus secundæ declinationis manantia: ut, *placide, pulchrè, valdè*, quod ex *validè*, &c. item omnia adverbia superlativi gradus: ut, *doctissimè, fortissimè, clementissimè.* ✕ At *benè, malè, supernè, infernè*, ultimam habent correptam.

Exc. 6. Longa denique sunt, *fermè, ferè & ohe.*

I in fine.

46. I longum pono. Vocitantem corripe Græcis.

His tamen at ternus dabitur crescentibus anceps.

Sic variato *mihî, tibi* cum *sibi*: sed magè curtis

Vult *ibi*, vultque *cui, nisi, mox ubi*, cum *quasi*, jungi.

Sicuti sed breviant, cum *necubi, sicubi, vates.*

In I terminata longa sunt: ut, *domini, Mercuri, patri, fructui, mei, amavi, doceri, audi, heri.*

Exc. 1. Corripiuntur vocativi Græci: ut, *Alexi, Amarylli.*

Exc. 2. Dativi Græci crescentes tertiæ declinationis variantur.

Sic in *Minoidi* Catullus, in *Palladi* Statius ultimam corripiunt: in *Thesidi* autem idem Catullus, in *Paridi & Tyndaridi* Propertius producant.

Exc. 3. Communia etiam sunt *mihî, tibi, sibi.* Item, *ibi, cui* dissyllabum, *nisi, ubi, & quasi*: quæ multò tamen frequentius corripiuntur.

NOT. *Sicuti, necubi & sicubi* semper correpta leguntur.

O in fine.

47. O commune loces. Dabis at monosyllaba longis,
Græcaque ceu *Dido*, ternum sextumque secundæ,
Et patrium Græcum, atque adverbia nomine nata,
Quò

Quò jungens & eò. Variant at denuò, serò, Mutuò, postremò, verò: modò sed breve pones. Sæpiùs ambo, duo, scio corripe, & illicò, & imò, Et cedo da signans, ego queis homo, cum citò, jung Sunt aliis variata Gerundia, longa Maroni. Ergò pro causa produc; secus editur anceps.

O in fine commune est: ut, *leo, virgo, amo, disco, quando.*

Exc. 1. Monosyllaba longa sunt: ut, O, do, sto, pro.

Exc. 2. Græca feminina in O exeuntia itidem sunt longa: ut *Dido, Sappho.*

Exc. 3. Item dativi & ablativi secundæ declinationis: ut, *Damino, Deo.*

Exc. 4. Item genitivi Græci à nominibus Atticæ dialecti in ω ut, *Androgeo, Atho.*

Exc. 5. Producuntur denique adverbia à nominibus orta: ut *certò, crebrò, falsò, meritò, paulò, &c.* item, *quò, eò, & eorum composita, quòvis, quòcunque, adèò, idèò.* Quibus adde, *illèò, idcirchè, citrò, intrò, retrò, ultrò.*

✠ At hæc adverbia, *denuò, serò, mutuò, postremò, verò, sæpiùs* quidem producuntur, interdum correpta reperiuntur. * *Modò cum compositis, quomodo, dùmmodo, postmodo, brevia sunt.*

Exc. 6. Rectius etiam corripuntur, *ambo, duo, scio, nescio, illico, imò, cedo, pro dic vel da, ego, homo & cito.*

Exc. 7. Gerundia in o Virgilius semper producit: sed alii nonnunquam corripunt: ut, *faciendo, vigilando.*

Exc. 8. *Ergò pro causâ* longum est, pro igitur anceps.

U & Y in fine.

48. U semper longis, sed Y raptis jungere oportet.

1. In U finita longa sunt: ut, *vultu, cornu, Panthu, dictu, diu.*

2. In Y brevia sunt: ut, *Moly, Tiphy.*

B in fine.

49. Corripe B Latium: peregrinum at tendere malim.

B in fine breve est: ut, *ab, ob, sub.*

Exc. Barbara rectius producuntur: ut, *Job, Jacob, Aminadab.*

C in fine.

50. C produc, præter nec, donec: sed variabis

Hic benè pronomen: fac verbum jungimus isti.

In C longa sunt: ut *ac, sic, illuc*.

Exc. 1. *Nec & donec* corripuntur.

Exc. 2. *Hic* pronomen variatur; ut & verbum *fac*, nisi pro correpto *face* legendum.

D in fine.

1. D breve ponatur. Variare at Barbara possis.

D finale breve est: ut, *ad, apud, quid, illud, sed,*

Exc. Barbara variari possunt: ut, *Benadad, David, Bogad.*

L in fine.

2. L breve sit. Cum *sol, sal, nil*, tolluntur Hebræa.

L in fine corripitur: ut, *tribunal, fel, vigil, pol, consul, procul.*

Exc. *Sol, sal & nil* producuntur: item pleraque nomina Hebræica; ut, *Nabal, Daniel, Saül.*

M in fine.

3. M nunc vocalis perimit: rapuere vetusti.

M in fine priscis temporibus corripiebatur, neque à sequente vocali, ut jam fit, elidebatur: ut, *Ennius,*

Insignita ferè tum millia militum octo.

Quod in compositione remansit: ut, *circum eo, circumago.*

N in fine.

4. N produc. Demas EN *inis* dans, quæque priore Græca per ON casus numero tenuere secundæ;

Et quartum casum, si sit brevis ultima recti.

Sin quoque pluralis ternæ conjunge Pelasgum:

Forſitan, in, forſan, tamen, an, viden' insuper addens.

N finale producitur: ut, *en, splen, quin, ſin, non.* Sic in nominibus Græcis masculinis & femininis: ut in *Titan, Siren, Salamin, Phorcyn*: item in *Aſſæon, Lacedæmon*, & similibus quæ per *o* scribuntur: item in accusativis Græcis primæ, à nominativis in *as, es, & e* longis venientibus: ut, *Ænean, Anchisen, Calliopen.* Denique in genitivis pluralibus: ut, *Cimmeriôn, epigrammatôn.*

Exc. 1. Nomina in EN habentia *inis* in genitivo corripuntur: ut, *carmen, crimen, numen.*

Exc. 2. Item nomina in ON singularis numeri, quæ Græcis per *o* parvum scribuntur, & Latinis sunt secundæ declinationis: ut, *Ilion, Erotion, Pylon.*

R

Exc.

Exc. 3. Item accusativi Græci nominum quorum nominativus est brevis: ut, *Majan*, *Æginan*, *Orpheon*, *Alexin*, *Ibin*, *chelyn Ityn*. Et dativi plurales Græci in *fin*: ut, *Arcafin*, *Troasfin*.

Exc. 4. Denique & hæc voces particulares, *an*, *in*, *forjan*, *forfitan*, *tamen*, *attamen*, *viden*'.

Not. 1. Vulgò addunt *dein*, *proin*, *exin*, pro *deinde*, *proinde*, *exinde*, per Apocopen syllabæ *de*, dicta. At de his nulla satis proba adfertur auctoritas.

Not. 2. Ut *viden*', ita cætera, quæ particulam *ne* per Apocopen mutilam habent, corripuntur etiam volunt; ut, *scin*', *audin*', *nosin*', *nemon*', &c. At de plerisque res incerta videtur. *Nosin*' quidem (si rectè se habent recentiores Editiones) corripit Ovidius in Epist. Medæ: at *nemon*' Horatius bis producit. Reliquis in carmine (nisi cum sequitur consonans) tutius abstinere puto.

R in fine.

55. R brevis. Produc cujus dat patrius eris:
Addito *Iber*, *aër*, *æther*. Sit *Celtiber* anceps.
At *par*, *far*, *lar*, *Nar*, quoque *cur*, *fur*, adjice longis.

In R terminata corripuntur: ut, *calcar*, *Hamilcar*, *imber*, *pater*, *vir*, *cor*, *Heclor*, *turtur*, *martyr*; *precor*, *mittier*, *semper*, *prater*.

Exc. 1. Græca, & si quæ alia sunt, quæ genitivum faciunt per *eris* penultimâ longâ, producuntur: ut, *crater*, *stater*, *ver*, *Recimer*, *-eris*. Item, *Iber*, quod *eri* in secunda, vel *eris* in tertia, penultimâ productâ, habet: Et *aër*, *æther*, quæ genitivi penultimam corripunt. ✠ *Celtiber* tamen ab *Iber* compositum, anceps invenitur.

Exc. 2. Producuntur etiam hæc monosyllaba; *par*, cum compositis, *compar*, *dispar*, *impar*; *far*, *lar*, *Nar*, *cur* & *fur*.

AS in fine.

56. AS produc. Patrio sed *adis* quod flectit, *anasque*,
Sit breve: plurales ternæ quibus addito quartos.

In AS finientia longa sunt: ut, *mas*, *vas*, *Thomas*, *pietas*, *gigas*, *mensas*, *amas*, *legas*, *foras*.

Exc. 1. Græca, quorum genitivus exit in *adis*, brevia sunt: ut, *Arcas*, *lampas*, *Ilias*, *-adis*. Quibus adde Latinum *anas*, *anatis*.

Exc. 2. Item Accusativi plurales Græci tertiæ declinationis: ut, *craterras*, *Cyclopas*, *heroas*, *Troas*.

ES in fine.

57. Ponitur ES longum. Pluralia corripe Græca
Quæ crescunt; velut *es* de *sum*: *penes* additur illi;
Cum neutris; & quæ patrii penultima curta est
Ternæ. Tolle *Cres*, *paries*, *aries*, *abies*, *pes*.

ES in fine longum est: ut, *Alcides, Circes, quies, sermones, ames, doces, leges, audies, offies.*

Exc. 1. Nominativi & vocativi plurales nominum Græcorum in singulari crescentium corripuntur: ut, *Amazones, Arcades, Delianes, Naiades, gryphes, Phryges, &c.*

Exc. 2. Corripitur etiam *es* à *sum*, cum compositis, *abes, ades, res, &c.* item præpositio *penes*.

Exc. 3. Item neutra in ES Græca: ut, *cacoëthes, hippomanes, &c.*

Exc. 4. Denique & Latina in ES tertiæ declinationis, in quibus genitivi crescentis penultima corripitur: ut, *ales, hebes, obfes, &c.*

+ Ex his tamen producuntur, *Ceres, paries, aries, abies, &c.* cum compositis, *bipes, tripes, alipes, sonipes.*

IS in fine.

8. IS brevior. Verùm plurales protraho casus;
ISque quod in patrio mutatur in *itis*, & *inis*,
Aut *entis*; *gratisque, foris, glis, vis* quoque, nomen
Seu verbum fuerit: sicut & persona secunda
Protrahit IS, quoties *itis* plurale reponit.
In subiectivi *ris* est commune futuro.

IS in fine corripitur: ut, *turris, Jovis, militis, adspicis, credis, magis, cis.*

Exc. 1. Omnes casus plurales in IS producuntur: ut, *pennis, armis, nobis, vobis; omnis, urbis, pro omnes, urbes.*

Exc. 2. Nominativus in IS longus est, quando genitivus exit in *itis, inis* aut *entis*: ut, *lis, Samnis, Salamis, Simois.*

Exc. 3. Longa iidem sunt adverbia *gratis* & *foris*; ut & *glis* nomen, & *vis* tam nomen quàm verbum.

Exc. 4. Longæ denique sunt secundæ personæ singulares, quando eadem personæ plurales exeunt in *itis* penultimâ longâ: ut, *audis, nescis, abis, possis.*

Exc. 5. *Ris* in futuro Subiectivi variatur: ut, *dixeris* ultimâ brevi,

Hoc. *Dixeris egregiè, notum si callida verbum*

Reddiderit junctura novum.————

dederis ultimâ longâ,

Ovid. *Da mihi te placidum, dederis in carmina vires.*

Nisi hoc posterius cæsuræ (de qua postea) sit tribuendum.

OS in fine.

59. OS produc. Patrius brevis est, & *compos* & *impos*,
Osque *offis* præbens. Rectos breviato secundæ
(O nisi det patrius:) neutra his dein addito Graiûm.

OS finale longum est : ut, *flos, nepos, honos, custos, heros, Minos, viros, bonos, nos.*

Exc. 1. Genitivus Græcus in OS breviatur : ut, *Arcados, Tethyos, Tereos.*

Exc. 2. Brevia etiam sunt *compos, impos* & *os offis*, cum composito *exos*.

Exc. 3. Breves iidem sunt nominativi & vocativi Græci in OS secundæ declinationis : ut, *Claros, Tenedos, Lesbos, Asopos.*

✠ At quæ juxta dialectum Atticam genitivum faciunt in *o*, producuntur : ut, *Androgeos, Nicoleos.*

Exc. 4. Neutra denique Græca brevia sunt : ut, *chaos, melos, epos.*

US in fine.

60. US correpta datur. Monosyllaba cum genitivis Ternæ vel quartæ produc : numerique secundi In quarta primum, quartum, quintumque ; & in *uris*, Dumve *utis* patrius, vel in *udis*, & *untis*, odissime est ;
Aut quintus fit in *u* ; longus tum rectus habetur.
Ergo produces venerabile nomen Iesus.

US in fine corripitur : ut, *annus, bonus, tempus, vetus, impetus, tuus, illius, fontibus, sensibus, rebus, dicimus, legemus, intus, penitus, tenus.*

Exc. 1. Monosyllaba producuntur : ut, *grus, sus, thus, mus.*

Exc. 2. Item genitivi tertiæ declinationis : ut, *Clius, Sapphus, Mantus.*

Exc. 3. Producuntur etiam genitivi quartæ, & in plurali ejusdem declinationis nominativi, accusativi & vocativi : ut, *fructus, manus.*

Exc. 4. Item nomina quæ genitivum faciunt in *uris, utis, udis*, penultimâ longâ ; & in *untis* & *odis* : ut, *tellus, virtus, incus, Amathus, tripus.*

Exc. 5. Postremò quæ vocativum in *u* finiunt : ut, *Panthus.* 6 *Panthu.* Sic Iesus, sacrosanctum Redemptoris nostri nomen, *us* producit.

YS in fine.

61. YS junges brevibus. *Tethys* reperitur at anceps.
Longaque sunt rectis aliter quæ casibus YN dant.

In YS finita brevia sunt : ut, *Capys, chelys, chlamys.*

Exc. 1. *Tethys* interdum ultimam habet longam.

Exc.

Exc. 2. Quæ nominativum aliter in YN formant, longa sunt ;
Gortys, Phorcys, Trachys.

T in fine.

2. T breve semper erit: nisi quondam Syncopa tardet.

T in fine breve est: ut, *caput, amat, ut, et.*

Exc. Nonnunquam propter Syncopen vel Crasin producitur: ut,
Juven. Magnus civis obit, & formidatus Othoni.

Virg. Dum trepidant, it hasta Tago per tempus utrumque.
ibi obit & it præteriti sunt, pro obiit, iit.

NOT. In priore exemplo syllabæ productio etiam Cæsurae imputari potest.

De ULTIMA versûs SYLLABA.

3. Ultima cujusque est communis Syllaba versûs.

Ultima cujuscunque versûs syllaba est communis. Hoc igitur pacto, pro longa poni potest brevis: ut in hoc hexametro Virgilii,

Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aquor;

Sextus enim pes Spondeus est, qui ex duabus longis constat. Et contra, pro brevi poni potest longa: ut in hoc Sapphico Horatii.

Crescit occulto velut arbor avo.

ultimus enim pes Trochæus est, qui constat ex longa & brevi.

C A P. II.

De Syllabarum Accentu.

ACCENTUS est pronunciandi ratio, quâ syllaba vel attollitur vel deprimitur. Is alio ac proprio magis nomine TONUS appellatur.

TONI sive ACCENTUS sunt tres, *Acutus, gravis & circumflexus.*

ACUTUS est qui syllabam acuit, seu attollit: ac notatur lineolâ obliquâ à sinistra in dextram ascendente, hoc modo [']: ut, *dóminus.*

GRAVIS est qui syllabam gravat, seu deprimit: ac signatur lineolâ obliquâ à sinistra in dextram descendente, hoc modo [^]: ut, *doctè.*

CIRCUMFLEXUS est qui syllabam partim attollit partim deprimit, cum longiore mora eam pronuncians. Signum ejus ex superiorum notis conflatur, hoc modo [^]: ut, *amâre.*

ACCENTUUM REGULÆ.

I. Monosyllaba vox naturâ longa circumflectitur: ut, *flôs, spês, â, è.* At si brevis, aut positione tantum longa sit, acuitur: ut, *vir, pax, mên.*

II. In

II. In dissyllabis posterior semper gravatur. Prior autem, si naturâ fuerit longa, & brevis sequatur, circumflectitur: ut, *Rôma, floris*. Aliàs acuitur: ut, *homo, parens, insons*.

III. In polysyllabis, si penultima longa sit, & ultima brevis, circumflectitur penultima: ut, *Românus, Imperâtor, Justinianus*. Si utraq;e, penultima atque ultima, longæ sint, prior acuitur: ut, *parêntes, amavêrunt, rhinocerôtes*. Si penultima brevis sit, acuitur antepenultima: ut, *dôminus, Virgilius, Constantinôpolis*. Cæteræ omnes syllabæ in polysyllabis gravantur.

EXCIPE à præcedentibus regulis voces encliticas, *que, ve, ne*, quæ accentum suum in ultimam syllabam vocum quibus connectuntur, rejiciunt: ut, *âmat, amâtque, amâtve, amâtne*. Sic Virg. *Lacrymânsque, geménsque*. Id. *Hyrcanisve, Arabisve*. Ovid. *Culpétne, probétne*.

NOT. Accentus nota nusquam terè nisi differentię causâ apponi solet. Sic adverbia, *aliquò, continuò, palàm, doctè, unà*, & similia, notantur ultimâ gravi: ablativi primæ: ut, *poëtâ, gloriâ*, & genitivi quartæ: ut, *fructus, tumultus*: item, *nostrum & vestrum* à rectis *nos & vos*, & ergò pro *causa*, ultimâ circumflexâ scribuntur. Quidam & Syncopen vel Synæresin passâ circumflectunt; ut *amâsse, flêsti, damnâritis, dis, dêrunt*. In cujusmodi vocibus interdum id fit, discriminis causâ: ut in nominativo *nostrâs*, pro quo olim *nostratis* dixerunt. Eadem ratio & genitivorum in *i* per Apocopen mutilatorum: ut, Hor. *Pompili regnum, Tarquini fasces*; pro *Pompilii, Tarquinii*.

C A P. III.

De Arte Metrica.

ARS METRICA est metrorum seu versuum fabricandorum & mensurandorum notitia. Unde & alio nomine VERSIFICATORIA dicitur.

VERSUS est legitima pedum compositio, certo numero modoque definita. Ita dicitur, quòd eo constituto ad alterius principium vertamur.

PES est numerosa duarum pluriumve syllabarum definitæ quantitatis constitutio.

De PEDIBUS.

PEDES usitatiores his versibus continentur.

Pyrrhichius geminis brevibus velociter instat.
Spondeus longis voluit constare duabus.
Syllaba longa brevi subiecta vocatur *Iambus*.
 Quod si longa brevem præcesserit, esto *Trocheus*.
Dactylus efficitur longâ brevibusque duabus.
 At geminis fertur brevibus longâque *Anapæstus*.
 Tres breviat *Tribrachys*, totidem longatq; *Molossus*.
Amphibrachy longam mediam brevis ambit utrinque
Amphimacroq; brevem longa hinc circumdat & illinc.
Bacchius curtâ gaudet longisque duabus.
Antiquebacchius pes huic contrarius esto,
 In quo subjicitur binis brevis unica longis.
 Vult *Procleusmaticus* brevibus constare quaternis.
 Longa duæque breves & longa creant *Choriambum*.
 Hoc genus ampla cohors superest; quos versibus edi
 Cum vix ritè queant, memorabit sermo solutus.

Pedes vulgò recensentur viginti & octo.

Ex his alii *SIMPLICES* sunt, ut dissyllabi & trisyllabi: alii *COMPOSITI*, ut tetrasyllabi.

PEDES DISSYLLABI sunt quatuor.

1. *Pyrrhichius* constat ex duabus syllabis brevibus, *vv*: ut, *Deus*.
2. *Spondeus*, ex duabus longis, *--*: ut, *omnes*.
3. *Iambus*, ex brevi & longa, *v-*: ut, *pios*.
4. *Trocheus*, qui & *Choreus*, ex longa & brevi, *-v*: ut, *servat*.

PEDES TRISYLLABI sunt octo.

1. *Dactylus*, ex longa & duabus brevibus. *-vv*: ut, *carmina*.
2. *Anapæstus*, ex duabus brevibus & longa, *vv-*: ut, *animos*.
3. *Tribrachys*, ex tribus brevibus, *vvv*: ut, *melius*.
4. *Molossus*, ex tribus longis, *---*: ut, *delectant*.
5. *Amphibrachys*, ex brevi, longa & brevi, *v-v*: ut, *honore*.
6. *Amphimacer*, seu *Creticus*, ex longa, brevi & longa, *-v-*: ut, *insito*.
7. *Bacchius* ex brevi & duabus longis, *v--*: ut, *dolores*.
8. *Antibacchius*, ex duabus longis & brevi, *--v*: ut, *pelluntur*.

PEDES TETRASYLLABI sunt sedecim.

1. *Procleusmaticus*, ex quatuor brevibus, seu duobus *Pyrrhichiis*, *vvvv*: ut, *hominibus*.

2. *Dispon-*

2. *Dispondeus*, ex quatuor longis, seu duobus Spondeis, --- ut, *infinitis*.
3. *Choriambus*, ex longa, duabus brevibus & longa, seu Trochæo & Iambo, -v v- : ut, *nobilitas*.
4. *Antispastus*, ex brevi, duabus longis & brevi, seu Iambo & Trochæo, v--v : ut, *Alexander*.
5. *Diiambus*, ex brevi, longa, brevi & longa, seu duobus Iambis, v-v- : ut, *severitas*.
6. *Dichoreus*, ex longa, brevi, longa & brevi, seu duobus Trochæis, -v-v : ut, *permanere*.
7. *Ionicus à majore*, ex duabus longis & totidem brevibus, sive ex Spondeo, & Pyrrhichio --vv : ut, *calcaribus*.
8. *Ionicus à minore*, ex duabus brevibus & totidem longis, seu Pyrrhichio & Spondeo, vv-- : ut, *properabant*.
9. *Epitritus primus*, ex brevi & tribus longis, seu Iambo & Spondeo, v--- : ut, *voluptates*.
10. *Epitritus secundus*, ex longa, brevi & duabus longis, seu Trochæo & Spondeo, -v-- : ut, *pœnitentes*.
11. *Epitritus tertius*, ex duabus longis, brevi & longa, seu Spondeo & Iambo, --v- : ut, *discordias*.
12. *Epitritus quartus*, ex tribus longis & brevi, seu Spondeo & Trochæo, ---v : ut, *fortunatus*.
13. *Paon primus*, ex longa & tribus brevibus, seu Trochæo & Pyrrhichio, -vvv : ut, *temporibus*.
14. *Paon secundus*, ex brevi, longa & duabus brevibus, seu Iambo & Pyrrhichio, v- vv : ut, *potentia*.
15. *Paon tertius*, ex duabus brevibus, longa & brevi, seu Pyrrhichio & Trochæo, vv-v : ut, *animatus*.
16. *Paon quartus*, ex tribus brevibus & longa, seu Pyrrhichio & Iambo, vvv- : ut, *celeritas*.

De VERSÛS in genere CONSTITUTIONE.

In Versu generatim tria sunt spectanda, *Cæsura*, *Depositi*, & *Dimensio*.

De CÆSURA.

CÆSURA est cum post perfectum pedem superest syllaba vocem finiens. Sic vocatur à *cadendo*, quia sic cæditur sive secatur vox, ut posterior ejus pars sit initium pedis sequentis.

Cæsura species sunt quatuor, *Triemimeres*, *Penthemimeres*, *Hepthemimeres* & *Ennemimeres* : Latinis, *Semiternaria*, *Semiquinaria*, *Semisepthenaria* & *Seminovenaria*. Nomen nascitur à loco quem possident in versuum dimensione : Veteres enim versus frequenter per

et semipedes metiebantur. Hoc pacto omnes à voce *ἡμισυς*, i. e. *dimidius*, contractè *ἡμι*, unde Lat. *semi*, & *μέρος*, i. e. *pars*, sunt denominatæ. Præfixâ autem, pro loco quem quæque in versu tenet, voce numerali, *τρεῖς*, tres; *πέντε*, quinque; *ἑπτὰ*, septem; *νῆε*, novem, aliæ ab aliis distinguuntur.

TRIEMIMERES igitur est, cùm post primum pedem, seu duos semipedes, relinquitur syllaba vocem finiens, sive semipes tertius.

PENTHEMIMERES est, cùm post duos pedes, seu quatuor semipedes, relinquitur syllaba, seu semipes quintus.

HEPTHEMIMERES est, cùm post tres pedes, seu sex semipedes, relinquitur syllaba, seu semipes septimus.

ENNEMIMERES est, cùm post quatuor pedes, seu octo semipedes, relinquitur syllaba, seu semipes nonus.

Vel aliter: *Triemimeres* est quæ in tertio semipede, sive in syllaba post primum pedem relicta, consistit, *Penthemimeres* quæ in quinto semipede, sive in syllaba post pedem secundum. *Hepthemimeres*, quæ in septimo semipede, seu in syllaba post pedem tertium. *Ennemimeres* denique, quæ in nono semipede, seu in syllaba post pedem quartum. Ubi notandum, semipedem, sive dimidium pedis, unâ syllabâ longâ, æquè ac duabus brevibus, constitui: quoniam illa (ut alibi diximus) his tempore seu quantitate æqualis est.

Tres priores *Cæsura* concurrunt in hoc versu Virgilii,
Silvestrem tenui Musam meditaris avenâ.

Universæ autem in isto,

Ille latus niveum molli fultus hyacintho.

Harum Cæsurarum duplex est effectus:

1. Versui conciliant gratiam & suavitatem, dum voces inter se aptè connectunt.
2. Syllabam naturâ brevem sæpè producunt, in primis post pedem secundum & tertium.

Post primum: ut, Virg.

Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.

Post secundum: ut, Id.

Omnia vincit amor, et nos cedamus amori.

Post tertium: ut, Id.

Dona dehinc auro gravia, sectoque elephanto.

Post quartum: ut, Id.

Gravis homo insectos linquens profugus hymenæos.

DE DEPOSITIONE.

DEPOSITIO (quæ & CLAUSULA dicitur) est dimensionis terminatio, ex qua versûs abundantia, plenitudo aut defectus cognoscitur.

Ratione igitur depositionis, versus est vel *Acatalecticus*, vel *Catalecticus*, vel *Brachycatalecticus*, vel *Hypercatalecticus*.

1 ACATALECTICUS est, cui nihil aut deest aut superest in dimensione, sive cui iusta & plena est pedum requisitorum mensura: ut in hoc Iambico dimetro.

Musa Jovis sunt filia.

2. CATALECTICUS est, cui deest in fine syllaba: ut,

Musa Jovem caneant.

3. BRACHYCATALECTICUS est, cui totus pes in fine deest: ut,

Musa Jovis gnata.

4. HYPERCATALECTICUS est, cui una vel duæ syllabæ supra justam mensuram redundant: ut,

Musa sorores sunt Minerva. Item,

Musa sorores Palladis lugent.

Hic etiam HYPERMETER dicitur, de quo postea.

De DIMENSIONE.

DIMENSIO (quæ vulgò SCANSIO appellatur) est versûs in suos pedes distinctio.

Ea autem duobus modis fit: vel per MONOPODIAM, cùm singuli pedes separatim sumantur, ut in hexametris & pentametris: vel per DIPODIAM, cùm bini pedes in dimensione conjunguntur, ut Græci in Iambicis & Trochaicis facere solent; quemadmodum infra dicitur.

In versibus scandendis observandæ sunt hæ sex Figuræ, Synalæpha, Ecthipsis; Synaresis, Diæresis; Systole & Diastole.

De SYNALOEPHA & ECTHIPSIS.

2. Vocalem Synalæpha, Ecthipsis & in quoque tollit, Altera cùm voci est vocalis prima sequenti.

SYNALOEPHA.

SYNALOEPHA est cùm vocalis vel diphthongus in fine vocis alicujus, propter vocalem vel diphthongum à qua vox sequens incipit, dimetiendo absorberetur sive eliditur, ut in his Virg.

Terra antiqua potens armis atque ubere gleba.

Quidve moror, si omnes uno ordine habetis Achivos.

Dardanida insensu pœnas cum sanguine poscunt.

In quibus terra, atque, si, uno, ordine, ultimam vocalem, Dardanida, ultimam diphthongum, propter vocales sequentium vocum initiales (h enim pro nulla censetur) inter scandendum amittunt; hoc modo,

Terr' antiqua potens armis atqu' ubere gleba.

Quidve moror s' omnes un' ordin' habetis Achivos.

Dardanid' insensu pœnas cum sanguine poscunt.

NOT. 1: Synalæpha interdum negligitur: Et 1. quidem regulariter: ut in Interjectionibus, ô, heu, ah, proh, va, vah, hei: ut,

O pater, ô hominum Divûmque aterna potestas! Virg.
 Hen! ubi pacta fides? ubi qua jurare solebas? Ovid.
 Ah! ego non possum tanta videre mala. Tibull.

Quod etiam observare licet in Iô, apud Ovid.

Et bis Iô Arethusa, Iô Arethusa, vocavit.

O autem interdum corripitur: ut, Virg.

Te Corydon, ô Alexi: trahit sua quemque voluptas.

2. Per licentiam: ut in his Virgilio,

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Posthabita coluisse Samo: hic illius arma.

Stant & juniperi & castanea hirsuta.

Hic, qui Latinis HIATUS, Græco nomine DIALOEPE, dicitur, haud temere in versu admittendus est. Rarissimè autem fit, si vocalis præcedens sit brevis: ut in hoc ejusd.

Et vera incessu patuit Dea. Ille ubi matrem.

NOT. 2. Vocales longæ & diphthongi, quando non eliduntur, fiunt communes.

Breves redduntur: ut in his Virgilio,

Insula Ionio in magno, quas dira Celeno.

Credimus? an, qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.

Victor apud rapidum Simoënta sub Illo alto.

Longæ manent, ut in istis ejusdem,

Ante tibi Eoa Atlantides abscondantur.

Amphion Dircaus in Actæo Aracyntho.

Lamentis gemituque & femineo ululatu.

Interdum eodem in versu & brevis & longæ occurrit exemplum, ut Id.

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. Et,

Glanco, & Panopea, & Inoo Melicerta.

ECTHLIPSIS.

ECTHLIPSIS est, cum M finale cum præcedenti vocali eliditur, propter sequentem vocalem: ut,

Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est. Ovid.

O curas hominum! ô quantum est in rebus inane! Persf.

Ubi ferendum, hominum, quantum, in cum prævia vocali, propter vocales in vocum sequentium initiis consistentes, deperdunt, hoc modo:

Leniter ex merito quicquid patiare ferend' est.

O curas homin', ô quant' est in rebus inane!

NOT. 1. Prisci M literam cum vocali interdum servabant: ut,

Corporum officium est quoniam premere omnia deorsum. Lucr.

NOT. 2. Olim etiam per Ecthlipsin elidebatur S: ut,

Vicinus ô socii, & magnam pugnavimu' pugnam. Enn.

Tum laterali' dolor, certissimu' nunciu' mortis. Lucil.

NOT. 3. Utraque & Synalœpha & Ecthlipsis etiam invenitur in extrema versûs syllaba; ubi elisio fit à vocali versûs sequentis: ut,

Sternitur infelix alieno vulnere, cœlumque

Adspicit, & dulces moriens reminiscitur Argos. Virg. Et,

Jamque iter emensi, turres ac tecta Latinorum

Ardua cernabant juvenes, muroque subibant. Id.

Tales versus ideo hypermetri dicuntur, quòd post legitimum pedum numerum restet syllaba, ad principium sequentis versûs deferenda, hoc modo, qu' *Adspicit*, & *r' Ardua*.

Alia de SYNALOEPHA & ECTHLIPSI observationes.

1. Mollius incidunt hæ Figuræ in syllabam longam: ut,

Tum quoque nil fecit, nisi quod facere ipse cœgi. Ovid.

Postquam introgressi, & coram data copia fandi. Virg.

Sed durius longa incidit in brevem: ut in hoc Catulli;

Troja nefas! commune sepulchrum Europæ Asiæque.

2. Synalœpha suavitatem habet singularem, si in eadem vocali fiat: ut,

Ille ego qui quondam gracili modulatus avenâ. Virg.

Ergo omnis longo solvit se Teueria luctu. Id.

3. Cavendum, ne quod ex collisione resultet horridius atque asperius sonet: ut,

Quis me uno vivit felicior, aut magis est me. Catull.

Quod quum ita sit, nolim statuas me mente malignâ. Id.

4. Nec crebræ debent esse elisiones, nec temere plures quàm duæ in uno versu, præcipuè Elegiaco: quod genus laudatur, cum molliter in aures infuit. Ut contrâ Heroico plures Synalœphæ gravitatem interdum ac majestatem conciliant: imò gratiam alicubi & suavitatem: ut in hoc Virg.

Phyllida amo antè alias: nam me discedere flevit.

At horrorem contrâ incutit: ut cum idem de Polyphemo ait,

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Et alibi,

Tela inter media, atque horrentes Marte Latinos.

5. Nec temere initio versûs faciendâ elisio: ut, Hor.

Nam ut ferulâ cadas meritum majora subire.

Quamquam Virgilius non sine ratione ac venustate id fecerit: ut,

Si ad vitalam spectes, nihil èt quod pocula laudes.

6. Durius quoque elisio fit initio sexti pedis heroici: ut in his,

Loripadem rectus derideat, Æthiopem albus. Juv.

Nunquid de Dacis audisti? nil equidem, ut tu. Hor.

7. Item post penthemimerem pentametri: ut in illo Propertii,

Hereulis, Antaïque, Hesperidumque comes.

8. Heroicus durius ferè elisionem patitur extremo quinti pedis: ut in hoc Catulli,

Difficile est longum subito deponere amorem.

9. Item postremo dactylo pentametri, nisi id magno cum judicio fiat: ut in hoc Ovid.

Quadrifidos cerne sæpe resistere equos.

De SYNÆRESI & DIÆRESI.

Syllaba de binis conflata *Synæresis* esto.

Distrahit in geminas resoluta *Diæresis* unam.

SYNÆRESIS.

SYNÆRESIS est duarum syllabarum ejusdem vocis in unam contractio.

Ejus species sunt duæ, *Synæresis* propriè dicta, & *Synecphonesis*.

SYNÆRESIS propriè dicta est, in qua dux vocales manentes in diphthongum coalescunt, ex. gr. *ae* in *e*; ut, *Phathon* pro *Phæthon*; *ei* in *ei*, ut in genitivis, *Thesei*, *Orphei*, *Persei*, dissyllabis, *Achillei*, *Ulysssei*, *Oilei*, trissyllabis. Sic *oi* in *proinde* dissyllabo; *ui* in *huic*, cui, monosyllabis, &c.

Cum te flagranti dejectum fulmine Phathon. Varro.

Notus amor Phadra, nota est injuria Thesei. Ovid.

Proinde tona eloquio, solitum tibi. ——— Virg.

Filius huic contrâ, torquet qui sidera mundi. Id.

SYNECPHONESIS (alio nomine EPISYNALOEPE, & SYNIZESIS) est cum ex duabus in eadem voce vocalibus, altera pronuncians aborbetur seu eliditur: ut in *aureâ*, *Junio*, dissyllabis; quoad, monosyllabo.

Aurei percussum virgâ, versumque venenis. Virg.

Nos miranda quidem, sed nuper Consule Junio. Juv.

Heredes voluit: quoad vixit, credidit ingens. Hor.

Præcipuè autem per *Synecphonesin* elidi solent *E* & *I*.

I. Et *E* quidem (1.) Ante *a*: ut in *mea*, *ea*, monosyllabis, apud Comicos; *antebac*, eadem dissyllabis; *anteambulo*, *alvearia*, tetrasyllabis.

Quod si forte fuisse antebac eadem omnia credas. Lucr.

Unde eademque viâ sanguisque animusque feruntur. Virg.

Sum comes ipse tuus, tumidique antecambulo Regis. Mart.

Seu lento fuerint alvearia vimine texta. Virg.

(2.) Ante aliud *e*: ut in *deest* monosyllabo; *decreo*, *decret*, *prebendo*, *vehemens*, dissyllabis.

Vilis anticorum est annona, bonis ubi quid deest. Hor.

Divitis uber agri, Troiae opulentia detrit. Virg.

Prædere quæ possis oculorum lumine aperto. Lucr.

Vehemens & liquidus puroque simillimus amni. Hor.

(3.) Ante *i*: ut in *dein*, *dehinc*, monosyllabis, *deinde*, *deinceps*, *aureis*, *ferrei*, *anteit*, dissyllabis; *anteire*, *anteactus*, trissyllabis.

Dein clamore pari concurritur, & vice teli. Juv.

Deinde torus junxit, nunc ipsa pericula jungunt. Ovid.

Ferreique Eumenidum thalami, & discordia demens. Virg.

Te semper anteit dira necessitas. Alcaic. Hor.

Ergo anteire mctus, juvenemque extinguere pergis. Flacc.

Nam si grata fuit tibi vita anteacta priorque. Lucr.

(4.) Ante

(4.) Ante *o*: ut in *meo, eo*, monosyllabis, apud Comicos; eodem, eosdem alveo, seorsum, deorsum, dissyllabis; *Euristheo*, graveolens, trisyllabis.

Uno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore. Virg.

Eosdem habuit secum, quibus est elata, capillos. Prop.

Cum refluit campis, & jam se condidit alveo. Virg.

Nam per aquas quacunque cadunt atque aëra deorsum. Lucr.

Et seorsum varios rerum sentire colores. Id.

Rege sub Euristheo, fatis Junonis iniquæ. Virg.

Inde ubi venere ad fauces graveolentis Averni. Id.

(5.) Ante *u*: ut in *meus, meum, eum*, quæ rursus Comicis monosyllaba.

II. I similiter absorbetur, (1.) Ante *a*: ut in *omnia* dissyllabo, *vindemiator*, *semianimis*, tetrasyllabis.

Bis patria cecidere manus, quin protinus omnia. Virg.

Vindemiator & invictus, tui saepe viator. Hor.

Cedit semianimis Rutulorum calcibus arva. Virg.

(2.) Ante *e*: ut in *victus*, dissyllabo, *semiermis*, trisyllabo.

Quis sudor victis, & quam mulus undique membris. Hor.

Semiermæque manum sternendam objecerat hosti. Sil.

(3.) Ante *allad i*: ut in *di, diis, ii, iis*, monosyllabis; *idem, iisdem*, dissyllabis; *denariis*, trisyllabo.

Di meliora velint: quamquam non ista precanda. Ovid.

Præcipitatur aquis, & aquis nox surgit ab isdem. Id.

Denariis tamen hoc non emo, Basse, tribus. Mart.

(4.) Ante *o*: ut in *semihomo*, *fluviorum*, trisyllabis.

Semihominis Caci focies quam dira tenebat. Virg.

Fluviorum Rex Eridanus, camposque per omnes. Id.

(5.) Ante *u*: ut in *totius*, dissyllabo; *promontorium*, tetrasyllabo.

Magnanimosque duces, totiusque ex ordine gentis. Virg.

Inde legit Capricas, promontoriumque Minervæ. Ovid.

III. *O* interdum ante aliud *o* absorptum invenitur: ut *cohonesto*, trisyllabo ap. Attium, *coolucrint, cooperiunt*, tetrasyllabis, ap. Lucr. ii. 1060, & vi. 490.

IV. *U* ante alias vocales nonnunquam eliditur: ut in *tua, sua, tuo, suo, dua* monosyllabis apud Comicos; *suapte, patrui*, dissyllabis; *duellica*, trisyllabo. Quanquam in his *u* eodem modo quo in *suadeo, fectus*, & in Anglicis,

Two, Well, &c. pronuncianda videatur.

Et simili ratione animalia suapte vagari. Lucr.

Nocturnique canum gemitus, & limina patrui. Stat.

Lanigera pecudes, & equorum duellica proles.

¶ Ad *Synecphonesin* quoque refertur, cum, vocalibus *i* & *u* in consonantes *jod* & *vau* mutatis, duæ syllabæ in unam contrahuntur: ut in *genva, tenuis*, dissyllabis; *arjetat, tenvia, abjete, pitvita*, trisyllabis; *parjetibus, Nasidjennus*, tetrasyllabis; pro *genva, tenuis, arietat*, &c.

Propterea quia corpus aqua naturaque tenuis. Lucr.

Genva labant, gelido concrevit frigore sanguis. Virg.

Arjetat in portas & duros objice postes. Id.

Velleraque ut soliis depestant tenvia Seres. Id.

Ædificant sectaque intexunt abjete costas. Id.

Præcipue

Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est. Hor.

Parjetibusque premunt artibus, & quatuor addunt. Virg.

Ut Nasidæni iuvit se cæna beati. Hor.

NOT. 1. Nonnunquam Synalæpha & Synecphonesis concurrunt: ut in Virg.

Uno eodemque tulit partu, paribusque revinxit

Serpentem spiris.---Scand. *Un' o-demque tu-lit.*

NOT. 2. In his vocibus, Huic, cui, Dii, Dîs, iidem, iisdem, dein, deinde, proinde, deest, deeam, deessem, deero, deesse, antecubulo, anteit, antebac, semihomo, semianimis, & paucis aliis, syllabarum contractio, quam divilio, apud optimos Poëtas frequentior est.

Differt Crasis à Synecresi & Synecphonesi, quod hæc propriè in carmine, illa etiam in prosa locum habeat.

DIÆRESIS.

DIÆRESIS (quæ & DIALYSIS dicitur) est unius Syllabæ in duas dissolutio.

Ea tripliciter fit:

I. Cum diphthongus in duas syllabas distrahitur: ut *aulai*, *audi*, pro *aula*, *aura*; *Orpheus*, *Perseus*, *Troia*, trisyllaba; *Naias*, *Harpyias*, tetrasyllaba.

Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Virg.

Et finitur in Andromeda quam Perseus armis. Manil.

Misit infestos Troia ruinis. Sapphic. Senec.

Ægle Naiadum pulcherrima, jamque videnti. Virg.

Circumsistentes reppulit Harpyias. pentam. Rutil.

II. Cum consonantes *jod* & *vau* in vocales *i* & *u* resolvuntur: in *silua*, *soliuit*, trisyllabis; pro *silva*, *solvit*; *subiecta*, tetrasyllabo, pro *subjecta*.

Aurarum & silua metu. Glycon. Hor.

Quod zonam soliuit diu ligatam. Phaleuc. Catull.

Si qua ferventi subiecta Cancro est. Sapphic. Senec.

* Hæc figura in compositis verborum *solvo* & *volvo* in primis sequens: ut,

Stamina non ulli dissolvenda Deo. { pentam. } Tib.

Debuerant fusos evoluisse suos. { } Ovid.

III. Cum *u*, quæ alioquin post *g*, *q* & *s* evanescit, à sequente locali divulsa plenè exprimitur: ut in *aqua*, *suetus*, *suasit*, *Suetos*, trisyllabis; *relanguit*, *reliquas*, tetrasyllabis.

Quæ calidum faciunt aqua tactum atque vaporem. Lucr.

Cum mihi non tantum furesque feraque sueta. Hor.

Atque alios alii inrident, Veneremque suadent. Lucr.

Fundat ab extremo flavos Aquilone Suetos. Lucan.

Imposito fratri moribunda relanguit ore. Ovid.

Reliquas tamen esse vias in mento patentes. Lucr.

De SYSTOLE & DIASTOLE.

4. *Systola* præcipitat vocales ritè trahendas.
Protrahit huic adversa *Diastola* corripiendas.

SYSTOLE.

SYSTOLE est syllabæ alioquin longæ correptio. Sic Poetæ primam nonnunquam in *Orion* corripunt: ut,

Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion. Virg.
quàmvis Græcis Ὠρίων per *o* magnum scribatur, ac propterea eam syllabam naturâ habeat longam: ut,

Sævus ubi Orion hybernis conditur undis. Id.

Eâdem ratione videtur Horatius posteriorem in *palus* corripuisse:

Regis opus: sterilisve diu palus, aptaque remis.

Aliis enim omnibus ea syllaba producit. Virg.

Limoſoque palus obducit pascua junco, &c.

Huc refer & cùm syllaba positione longa, alterâ consonante extrita, fit brevis: ut, *obiciis*, pro *objicis*; *adicit*, pro *adſicit*.

Cur obiciis Magno tumulum, manesque vagantes. Lucan.

Si quid nostra tuis adicit vexatio rebus. Mart.

DIASTOLE.

DIASTOLE (quæ & ECTASIS vocatur) est syllabæ alioquin brevis productio: ut, *Priamides*, *Arabia* primâ longâ; *Macedonia* longâ secundâ.

Atque hic Priamides: Nihil ô tibi, amice, relictum. Virg.

Et domus intacta te tremit Arabia. Propert.

Qui clypeo, galeâque, Macedoniâque sarissâ. Ovid.

Primam autem in *Priamides* & *Arabia* naturâ brevem esse ostendunt eorum primitiva, *Priamus* & *Arabs*, quibus hæc syllaba semper corripitur. *Macedonia* quoque secundam corripere docet *Macedo*, cui semper brevis penultima est.

Huc pertinet & cùm syllaba brevis geminatione consonantis fit longa: ut in *relligio*, *relliquia*, *repperit*, *reppulit*, *rettulit*, & similibus cum *re* compositis; pro *religio*, *reliquia*, &c.

Tantum relligio potuit suadere malorum. Lucr.

Troas relliquias Danaûm, atque immitis Achillei. Virg.

Et res heredem repperit illa suum. Ovid. &c.

Sic *Porſenna*, n geminata: ut,

Nec non Tarquinium ejeſtum Porſenna jubebat. Virg.

Aliter enim penultimâ brevi est: ut,

Cernitur effugiens ardentem Porſena dextram. Sil.

De SYSTOLE & DIASTOLE Observationes.

Systoles & Diastoles usus, five debitæ syllabarum quantitatis mutatio, dupliciter fit: Vel 1. Ex necessitate metrica. Vel 2. Ex licentia poetica.

NECESSITATE METRICA à recta syllabarum quantitate receditur, cum ejus quo utimur carminis genus vocem non recipit genuinâ ipsius quantitate retentâ. Tum enim, si non suppetat vox alia æquè elegans aut ad significandum apta, necessitate metri cogimur mutare syllabæ quantitatem, potius quàm obscurâ aut frigidâ circumlocutione uti.

Inter casus autem necessitatis metricæ, duo sunt præcipui :

1. Cum plures quàm duæ breves concurrunt, maximè in hexametro & pentametro, tunc enim ex his aliqua produci potest. Prima : ut in *Arabius, Asiacus, Italia, Philosophus, Polydamus, Priamides, pugilibus, Siculides, &c.* Secunda : ut in *Cunicula, cuniculus, cuticula, febricula, Lemuria, Theophilus, &c.* Tertia : ut in *Bonifacius, Hilarion, Macedonia, &c.*

2. Cum syllaba ex se brevis inter duas longas inclusa, versum ingredi nequit, nisi producat : ut secunda in *delibutus, imbecillus matricida, parricida, vaticanus, &c.*

1. LICENTIA POETICA est, cum à debita syllabæ mensura absque necessitate receditur. Huic tribuenda est correptio penultimæ genitivorum *unius, illius, & similibus* : item productio ejusdem syllabæ in *tenebra, volucris, locuples*. Ut alia usu observanda omittam.

NOT. 1. Major hæc longè apud Græcos, quàm apud Latinos, licentia est. NOT. 2. Summâ hic circumspectione & modestiâ opus, & inventis potius quàm inveniendis (ut monet Servius) utendum.

APPENDIX.

Prædictis Figuris adjungi possunt ex quæ diffionis appellantur ; *Prosthesis, Epenthesis, Paragoge, Aphæresis, Syncope, Apocope, Antithesis & Metathesis*, de quibus in prima parte pag. 120 & 121 egimus. Hæ enim tam Prosodix quàm Etymologiæ sunt communes ; pleræque etiam in illa quàm hac usitatiorcs.

PROSTHEISIS : ut, *eduram pro duram* ap. Virg. Geo. iv. 145.

EPENTHESIS : ut, *Mavors, navita, Timolus, alituum* ; pro *Mars, nauta, Tmolus, alitum*.

PARAGOGE : ut, *avellier, curarier, dicier, &c.* pro *avelli, curari, dici*.

APHÆRESIS : ut, *tenderant*, pro *tetenderant*, ap. Senec. Herc. fur. v. 538. Sic *brevist, opust, similist*, ap. Plautum ; pro *brevis est, opus est, similis est, mutilato verbo est*.

SYNCOPE : ut, *oraclum, vinculum, calda, valdius, aspris, repostus, extinxem, surrexe, &c.* pro *oraculum, vinculum, calida, validius, asperis, repostus, extinxissem, surrexisse*.

APOCOPE : ut, *Antonî, Patavî, tugurî* ; pro *Antoniî, Patavii, tugurii, &c.*

ANTITHESIS : ut, *alli, ollis* ; pro *illi, illis*.

METATHESIS : ut, *pistris* ; pro *pristis*.

His addi possunt *Anastrophe & Tmesis*, metri plerumque gratiâ adhibitæ.

ANASTROPHE : ut, *dare circum*, ap. Virg. Æn. ii. 792. erit *super*, ap. Ovid. Fast. v. 600. facit *are*, ap. Lucr. vi. 692. pro *circumdare, supererit, arefacit*. Sic Virg. *Jovis cum fulmina contra, &c.* Id. *Transira per remos, &c.*

TMESIS : ut, Virg. *Que mecumque vocant terra*, Id. *Super tibi erunt*. Lucr. *Dum re non sit tamen opse* ; pro *quacunque, supererant, reapse*. Cre-

bra est eidem Lucretio interpositio copulativæ quæ: ut, conque-globata, conque-gregantur, disque-sipatis, inque-gravescent, perque-plicatis, praterque-feruntur, proque-voluta, seque-gregari, rareque-facit, &c.

De CARMINE, variisque CARMINUM GENERIBUS.

CARMEN est concinna versuum in unum systema congeries. Differunt igitur *carmen* & *versus*, ut totum & pars. *Carminis* enim appellatio toti poemati convenit; *Versus* autem sunt partes sive lineæ carmen constituentes.

Carminum genera magis usitata sunt, *Hexametrum*, *Pentametrum*, *Asclepiadæum*, *Glyconium*, *Sapphicum*, *Adonium*, *Phalæucium*, *Pherecratium*, *Iambicum*, *Scazon*, *Anacreonteum*, *Trochaicum*, *Anapesticum*: quibus addi potest carmen quod *Horatianum* appellatur.

Carmen HEXAMETRUM.

5. Hexametrum carmen pedibus sex constat: eorum Dactylus est quintus; sextam sibi vult regionem Spondeus: reliquisque locis consistit utervis. Quinto etiam admittit rerum gravitas Spondeum.

Carmen HEXAMETRUM, sive HEROICUM, constat sex pedibus: quorum quintus est Dactylus, sextus Spondeus: quatuor verò priores indiscriminatum sunt vel Dactylus, vel Spondeus: ut,

Aut prodesse voiant, aut delectare Poëta. Hor.

Tu nihil invitâ dicas faciasve Minervâ. Id.

Intonsi crines longi cervice fluebant. Tibull.

Qui versus sic scanduntur:

1.	2.	3.	4.	5.	6.
<i>Aut pro-</i>	<i>desse vo-</i>	<i>lunt aut</i>	<i>dele-</i>	<i>ctare Po-</i>	<i>ëta.</i>
<i>Tu nihil</i>	<i>invi-</i>	<i>tâ di-</i>	<i>cas faci-</i>	<i>asve Mi-</i>	<i>nervâ.</i>
<i>Inton-</i>	<i>si cri-</i>	<i>nes lon-</i>	<i>gâ cer-</i>	<i>vice flu-</i>	<i>ebant.</i>

Interdum quintâ regione ponitur Spondens; unde & versus SPONDIACUS dicitur: quando sciz. vel rei alicujus gravitas atque amplitudo, vel tarditas, vel ingens moeror, vel simile quid, declaratur: ut,

Cara Deum soboles, magnum Jovis incrementum. Virg.

Proximus huic, longo sed proximus intervallo. Id.

Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit. Id.

Hic versus in quarta ferè sede Dactylum habet; sæpiusque finitur voce tetrasyllabâ: ut in exemplis allatis videre est:

Interdum tamen, aliter invenimus: ut in his Virg.

Aut leves ocreas lento ducunt argento.

Saxa per, & scopulos, & depressas convalles.

Cum sociis, natoque, penatibus & magnis Dis.

NOT. 1. Vulgò docent in versu hexametro alios nonnunquam, præter Da-
ctylum & Spondeum, pedes reperiri : ut Procleusmaticum in hoc Virg.

Herent parietibus scæle, postesque sub ipsos.

Et Anapæstum in hoc ejusdem.

Fluviorum Rex Eridanus, camposque per omnes.

Verùm in his, parietibus quatuor syllabarum est, fluviorum trium, per
Synæphonelin, ut suprà docuimus, p. 142.

NOT. 2. Quidam volunt & Tibrachyn, lambum & Trochæum in hexa-
metro interdum locum habere : ut in his Virg.

Olli serva datur, operum haud ignara Minervæ.

Desine plura puer, & quod nunc instat agamus.

Ferte citi flammæ, date tela, scandite muros.

Atque in duobus prioribus, ultima in datur & puer, alioquin brevis, vi
cæturæ fit longa : ut suprà ostensum, pag. 137. In postremo exemplo
tela posteriorem habet productam; propter duarum consonantium, licet
in diversa voce, accessum.

NOT. 3. Dactylum denique postremâ nonnunquam sede collocari quidam
existimant : ut in his ejusd.

Inseritur verò ex factu nucis arbutus horrida.

Et steriles platani.———

Nec tantùm Rhodopè miuantur & Ismarus Orphea.

Sed in prioris versûs sine legendum horri ; syllaba autem da cum sequen-
tis versûs initio per Synalæphen jungenda est, hoc modo : *arbutus | hor-
ri- | d' Et steri- | les. plata. | ni, &c.* In altero autem exemplo, *Orphea*,
in duas syllabas contractum proferendum est.

De Carmine HEXAMETRO Observationes.

I. 1. Hexametris venustatemi conciliat Dactylorum & Spondeorum vicissi-
tudo : ut,

Ludere quæ vellem calamò permisit agresti. Virg.

Pinguis & ingrata premeretur caseus urbi. Id.

2. Extra hanc pedum alternationem, suavius ferè sonant quæ Dactylis
quàm quæ Spondeis abundant, ut,

Tityre, tu patula recubans sub tegmine fagi. Virg.

Adspicis ut veniant ad candida tella columba. Ovid.

3. Gratiора sunt illa in quibus plures sunt Cæsuræ, sive pedes non ex
integris sed interfectis vocibus constantes : ut,

Romanos rerum dominos gentemque togatam. Virg.

Infandum, Regina, jubes renovare dolorem. Id.

Infelix Priamas furtim mandorat alendum. Id.

4. Ut fastidio tamen occurratur, & cæsuræ & pedum adhibenda varic-
tas : ut: Virg.

Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox.

Involvens umbrâ magnâ terramque polumque,

Mymidomumque dolos : fusi per manâ Teucri

Conticuere : sopor fessos complectitur artus.

5. Magnæ virtutis est, si versûs ita rebus accommodentur, ut pro re-
rum diversitate, nunc Spondei, nunc Dactyli præferantur. Ita multis
Spondeis malleorum tractandorum difficultas, & fabrorum inde tarditas
egregiè depingitur hoc versu Virgilli,

Illi inter sese magnâ vi brachia tollunt.

Latini gravitas & constantia, isto ejusd.

Olli sedato respondit corde Latinus.

Cunctatio Fabii reipublicæ Romanæ salutaris, illo Æn. vi.

Unus qui nobis cunctando resistuit rem.

Contrâ, incitatus equi cursus multis Dactylis ita repræsentatur, Æn. viii.

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

Rapidus item columbæ volatus sic, Æn. v.

Radit iter liquidum, celeres neque commovet alas.

Sic effrenis ventorum & tempestatis impetus aliquoties continuatis initio duobus Dactylis exhibetur, Æn. i.

Quâ data porta ruunt.———

Incubuerè mari,———

Unâ Eurysque Notusque ruunt,——

Intonuere poli.———

II. *Contrâ, in hoc genere versuum, duriores censentur;*

1. *Qui desinunt in vocem monosyllabam: ut,*

Prælia rubricâ picta aut carbone; velut si. Hor.

Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, & Id.

Exc. 1. *Si præcedat altera monosyllaba: ut,*

Principibus placuisse viris, non ultima laus est. Hor.

Ne qua meis esto distis mora, Juppiter hæc stat. Virg.

Exc. 2. *Si particularis quædam gratia versui inde accedat: ut,*

----- Procumbit humi bos. Virg.

----- Et mole sua stat. Id.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Hor.

2. *Qui pluribus vocibus dissyllabis terminantur: ut,*

Injano posuere; velut silvis ubi passim. Hor.

Semper, ut inducar, blandos offers mibi vultus. Tibull.

3. *Qui voce plurium quàm trium syllabarum finiuntur: ut,*

Augeantur aliæ gentes, aliæ minuantur. Lucr.

Quisquis luxuriâ, tristive superstitione. Hor.

Exc. 1. *Si versus Spondiacus sit, de quo suprâ.*

Exc. 2. *Si nomen sit proprium: ut,*

Amphion Diræus in Aethæa Aracyntho. Virg.

Hirtacida ante omnes exit locus Hippocoontis. Id.

Quarum quæ formâ pulcherrima Dælopeiæ. Id.

Exc. 3. *Si singulari affectui exprimendo inserviat, vel aliter nativæ quædam venustas hoc in loco voci insit: ut,*

Per connubia nostra, per inceptos hymeneos. Virg.

Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi. Id.

Sed versus ejusmodi, quia singulare judicium desiderant, Poëtarum lectione melius discantur.

4. *In quibus nulla vel rara cæsura est: ut,*

Roma mænia terruit impiger Hannibal armis. Enn.

Has res ad te scriptas, Luci, misimus, Æli. Lucil.

Sive quod Appula gens, seu quod Lucania bellum. Hor.

Poste recumbite, vestraque pectora pellite tonsis. Enn.

5. *In quibus nimis crebræ aut asperæ sunt elisiones: ut,*

Primum nom inquiram, quid sit furere hæc: si erit in te. Hor.

Illam ancillam ego amo ante alias, atque ipsi ero amandus.

6. *Vitandi denique sunt Rithmi, seu versus Leonini: etiam nec Poëtar principes eos semper effugerint: ut,*

Trajicit, I vertis virtutem illudc superbis.

*Si Troja fatis aliquid restare putatis. Ovid.
Ipse ego librorum video delicta meorum. Id.*

Carmen PENTAMETRUM.

6. Pentametrum vult quinque pedes: pes tertius esto
Semper Spondeus, quartus quintusque Anapæstus:
In reliquis Spondeus erit, vel Dactylus, ut vis.
Sic alii scandunt: Pes primus, five secundus,
Dactylus aut Spondeus erit: cæsura subibit
Longa: locos reliquos geminus mox Dactylus
implet:

Altera subsequitur metrum cæsura coronans.

Carmen PENTAMETRUM quinque habet pedes, quorum duo
primi promiscuè sunt Dactyli vel Spondei, tertius semper Spon-
deus, quartus & quintus Anapæstus: ut

Natura sequitur semina quisque sua. Propert.

Carminibus vives tempus in omne meis. Ovid.

Qui versus sic metiendi sunt,

1.	2.	3.	4.	5.
Natu-	ra sequi-	tur se-	mina quis-	que sua.
Carmini-	bus vi-	ves tem-	pus in o-	mnem meis.

Alii, & frequentius, sic metiri solent: Versu nimirum in duo
hemistichia diviso, priore duobus locis vel Dactylum vel Sponde-
um sine discrimine statuunt, unà cum cæsura, seu syllaba longa:
posteriore autem duos Dactylos, cum altera cæsura, seu syllaba
communi hoc modo:

1.	2.	$\frac{1}{2}$	3.	4.	$\frac{1}{2}$
Natu-	ra sequi-	tur	semina	quisque su-	a.
Carmini-	bus vi-	ves	tempus in	omne me-	is.

Versus pentameter hexametro subjunctus carmen Elegiacum
constituit: sic dictum ab ἔλεγος, i. e. lamentatio, quia primum
adhiberi solitum sit lamentationi funebri: unde (quod & exempli
loco sit) illud Ovidii,

*Flebilis indignos, Elegeia, solve capillos,
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit!*

De PENTAMETRO & ELEGIACO Observationes.

1. In pentametro prius hemistichium integrâ voce finiendum est, ut
cæsura penthemimeres locum habeat: Nam vitiosum est quod cæ-
surâ caret: ut,

Hæc quoque nostra sententia mentis erat. Diomed.

2. Durè fit in penthemimeri elisio : ut in his Catulli,
Mi misero eripuisti omnia nostra dona.
Illum affligit odore, iste perit podagra.
Troja virum & virtutum omnium acerba cinis.
 Quos versus præterea duriores reddunt in aliis pedibus Synalæphæ vel
 Ecclipses : maximè in illo ejusdem,
Quam modò qui me unum atque unicum amicum habuit.
3. Neutrum hemistichium aptè monosyllabo terminatur : ut in his Catulli,
O di, reddite mi hoc pro pietate mea.
Aut facere, hac à te distaque factaque sunt.
 Si tamen alterum monosyllabum antecedit, aut à voce præcedente e-
 lidatur, in vitio non est : ut in his Ovidii,
Magna tamen spes est in bonitate Dei.
Premia si studio consequar ista, sat est.
Invitis oculis litera lecta tua est.
4. Pentameter optimè clauditur voce dissyllabà : quales plerique Ovidi-
 ani. Interdum & tetrasyllabà, vel pentasyllabà ; ut,
Maxima de nibilo nascitur historia. Propert.
Pomæque non notis legit ab arboribus. Tibull.
Lis est cum forma magna pudicitia. Ovid.
Contactum nullis ante cupidinibus. Propert.
- Rariùs trisyllabà : ut,
Et caput impositis pressit amor pedibus. Propert.
Quolibet ut saltem rure frui liceat. Id.
5. Leonini quoque, ut in hexametro, hic vitandi : quales illi Ovidii,
Quærebant flavos per nemus omne favos.
Hoc mihi quod prodest, si tibi, lector, abest.
 Si tamen non nisi postremæ utriusque hemistichii syllabæ consonent,
 tantum abest ut id pro vitioso habeatur, ut non parum quoque gratiæ
 versui inde accedat : ut,
Huc ades, & nitidas casside solve comas. Ovid.
Fulmineo celeres dissipat ore canes. Id.
Pluminis ad liquidas forte sedemus aquas. Buchan.
- Idemque de hexametris ejusmodi censendum : ut,
Quamvis multa meis exiret victima sepiis. Virg.
Primus Idumeas referam tibi, Mantua, palmas. Id.
Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icarium nomina fecit aquis. Ovid.
6. In Elegiacis hexametri leniùs fluere debent, quàm cùm soli ponuntur.
7. Solet unumquodque distichon absolvere sententiam, aut saltem in cola
 definire. At omninò rarum est, nec facile imitandum, ut commatis e-
 jusdem vox una ad præcedens, altera ad sequens distichon pertineat.

Carmen ASCLEPIADÆUM.

7. Vult Asclepiadis carmen Spondeon habere
 Principio : binos hinc rite capit Choriambos :
 Pyrrhichius sequitur, quo non velocior ullus.
 Vel sic : Spondeus fit primus, Dactylus alter :
 Syllaba longa subit ; post Dactylus ordine duplex.

Carmen ASCLEPIADÆUM quatuor constat pedibus, Spondeo scilicet duobus Choriambis, & Pyrrhichio : ut,

1.		2.		3.		4.
Mace-		nas atavis		edite re-		gibus. Hor.

Alii sic metiuntur, ut primo loco habeat Spondeum, secundo Dactylum, cum cæsura seu syllaba longa, tertio & quarto Dactylum, hoc modo :

1.		2.		$\frac{1}{2}$		3.		4.
Mace-		nas ata-		vis		edite		regibus.

NOT. in hoc genere :

1. Pedes singuli singulis vocibus venustè absoluntur : ut,
Quassas, indocilis pauperiem pati. Hor.
Magnum pauperies opprobrium, jubet. Id.
2. Vitiosè primus Choriambus vel cæsura vocem mediam dirimit : ut, in hoc Horat.

Non incendia Carthaginiis impie.

Nisi Æthiopsis ibi vel Synalæpha locum habeat : ut,

Exegi monumentum ære perennius. Hor.

Auditam moderere arboribus fidem. Id.

Vel sit vox composita : ut in illo ejusd.

Dum flagrantia detorquet ad oscula.

Sed & hæc duriuscula sunt, nec temere imitanda.

Carmen GLYCONIUM.

8. Carmen amat trinis pedibus constare Glyconis : Primaque Spondeo data sedes, ultima cessit Pyrrhichio, mediumque locum Choriambus habebit. Vel sic : Spondeo præeunte Glyconia constant Carmina : tum duplicem sedem sibi Dactylus optat.

Carmen Glyconium tres habet pedes, Spondeum, Choriambum, & Pyrrhichium : ut,

1.		2.		3.
Mens re-		gnum bona pos-		sidet. Senec.

Alii per Spondeum & duos Dactylos metiuntur, hoc modo :

Mens re- | gnum bona | possidet.

NOT. Catullus primâ sedē admisit Iambum : ut,

Puella & pueri integri.

Item Trochæum : ut,

Magna progenies Jovis.

Carmen SAPPHICUM & ADONIUM.

9. Sapphica plectra movens tribuat loca prima Trochæo :

Spondeo

Spondeo cedant loca proxima: tertius esto
 Dactylus: hunc subeat duplex in fine Trochæus.
 Singula post ternos subdantur Adonia versus:
 In quæis Spondeum præit unum Dactylus unus.

Carmen SAPPHICUM quinque pedes recipit: primo sciz. loco Trochæum, secundo Spondeum, tertio Dactylum, quarto & quinto Trochæum. Post ternos quosque versus subjicitur ut plurimum versus ADONIUS, ex Dactylo & Spondeo constans, hoc modo:

1.	2.	3.	4.	5.
<i>Aure-</i>	<i>am quis-</i>	<i>quis medi-</i>	<i>ocri-</i>	<i>tatem.</i>
<i>Dili-</i>	<i>git tu-</i>	<i>tus caret</i>	<i>obso-</i>	<i>leti</i>
<i>Sordi-</i>	<i>bus te-</i>	<i>eti caret</i>	<i>invi-</i>	<i>dendâ.</i>

1.	2.
<i>Sobrius</i>	<i>aulâ.</i>

Nor. 1. Sapphicos commendat cæsura penthemimeres: quâ qui carent minus grati versus sunt: ut,

Concines majore pœta plectro. Hor.

Phœbe silvarumque potens Diana. Id.

2. Catullus secundâ sede interdum admittit Trochæum: ut,

Panca nunciate mea puella.

3. Seneca etiam eadem Dactylum recipit: ut,

Quæque ad Hesperias jacet ora metas. Et,

Sumere innumeras solitum figuras.

Quorum neuter temere imitandus.

4. Reperiuntur & hic versus hypermetri, quorum ultima vocalis, propter vocalem sequentem versum inchoantem, eliditur: quales hi ap. Horat.

Plorat, & vires; animumque, moresque

Aureos educit in astra, nigroque

Invidet orco.

5. Durius aliquando prima vocis syllaba ad præcedentem versum, reliquæ adsequentem referuntur: ut, Horat.

Grosphe, non gemmis, neque purpurâ ve-

-nale. nec auro. Item,

Labitur ripâ, Jove non probante, u-

-xarius amnis.

Carmen PHALEUCIUM.

10. Cùm facies carmen quod adinvenisse Phaleucus Dicitur, in prima Spondeus erit regione:
 Dactylus inde datur; triplicem cui junge Trochæum.

Carmen

Carmin PHALEUCIUM quinque itidem, ut Sapphicum, pedes habet; primâ nimirum sede Spondeum, secundâ Dactylum, reliquis tribus Trochæum, hoc modo:

1.	2.	3.	4.	5.
Quod sis	esse ve-	lis ni-	hilque	malis.
Summam	nec metu-	as di-	em, nec	opres. Mart.

NOT. 1. Hoc genus nec cæsuram respuit, nec requirit.

2. Pro Spondeo primo loco non rarò apud Catullum est Trochæus vel Iambus: ut,

Gratias tibi maximas Catullus

Agit, pessimus omnium poeta.

3. Idem quoque & secundo loco, pro Dactylo, admisit Spondeum: ut,

Oramus, si fortè non molestum est.

Femellas omnes; amice, preudi.

} quod non facillè imitandum,

Carmen PHERECRATIUM.

11. Quando Pherecratio vis ludere carmine, binos
Inter Spondeos medius tibi Dactylus esto.

Carmen PHERECRATIUM tribus pedibus constat: primo loco Spondeum, secundo Dactylum, tertio Spondeum recipiens: ut,

1.	2.	3.
Nigris	aquora	ventis. Hor.

NOT. Catullus primo loco sæpè adhibet Trochæum: ut,

Prodeas nova nupta.

Boëtius interdum Anapæstum: ut,

Simili surgit ab ortu.

Carmen IAMBICUM.

12. Sive fluant seno pede Iambica, five quaterno,
In regione pari semper dominatur Iambus:
Dactylus & Spondeus amant in sedibus esse
Imparibus: gaudent Anapæstus, Iambus iisdem:
Absit ab extremo Tribrachys, sit cætera liber.

Carminis IAMBICI duo sunt genera usitatiora, *Dimetrum* & *Trimetrum*.

Dimetrum quatuor pedibus constat, *Trimetrum* sex. Sic autem vocantur, quòd Græci in iis dimetiendis duos pedes conjungant. Latini verò, pro numero pedum simplicium, hoc *Senarium*, illud *Quaternarium* appellant.

Primum, ex puris Iambis hi versus constabant: ut,

	I.		II.		III.	
Syzigiæ						
Regiones	1.	2.	3.	4.	5.	6.
Dimet.	Inar-	sit a-	stuo-	sus.		Hor.
Trimet.	Suis	et i-	p/a Ro-	ma vi-	ribus.	Id. ruit.

Deinde, partim ut difficultas pangendi tolleretur, partim ut gratiores morâ redderentur, locis imparibus, i. e. primo, tertio & quinto, Spondei recepti: ut,

	1.	2.	3.	4.	5.	6.
Dimet.	Forti	seque-	mur po-	etore.		Hor.
Trimet.	Pars sa-	nita-	tis vel-	le sa-	nari	Sen. fuit.

Denique, vice Iambi & Spondei, admissi sunt pedes quidam temporibus iis æquales: hoc est, locis imparibus, etiam Anapæstus, Dactylus, & interdum Tribrachys: locis autem paribus (excepto ultimo, qui solum Iambum postulat) etiam Tribrachys: ut, Hor.

	1.	2.	3.	4.	5.	6.
Dim.	{ Canidi-	a tra-	etavit	dapes.		
	{ Vide-	re prope-	rantes	domum.		
	{ Quò quò	sceles	sti rui-	tis aut	cur dex-	teris.
Triun.	{ Prius-	que cæ-	lum si-	det in-	ferius	mari.
	{ Aliti-	bus at-	que cani-	bus homi-	cid' He-	etorem.
	{ Pavidum	que lepo-	r' aut ad-	venam	laqueos	gruem.

Not. 1. Excipiendus ab his versus Scazon, de quo mox.

Not. 2. Comici, quò propius ad orationem pedestrem accedant, etiam pedes eos, quos imparibus locis adhibent alii, usurpant paribus: excepto ultimo, quo semper est Iambus. Eadem licentiâ Fabulæ, Phædri conscriptæ sunt.

SCAZON, seu CHOLIAMBUS.

13. Turba pedum trimetri placuit Scazontibus oris
Quatuor in primis: pes ordine quintus Iambus
Semper erit: Spondeus amat loca sexta supremus.

SCAZON, seu CHOLIAMBUS, quinto loco semper Iambum habet, sexto verò Spondeum; cæteris omnibus cum Iambico senario congruit: ut,

1.	2.	3.	4.	5.	6.	
Miser	Catul-	le, de-	finas	ine-	ptire.	} Cat.
Fuls-	re quon-	dam can-	didi	tibi	soles.	
Cur in	thea-	trum Cato	seve-	re ve-	nissi?	} Mart.
An ide-	ò tan-	tum ve-	neras,	ut ex-	ires t	

Carmen ANACREONTÆUM.

14. Anacreontæi non parva est gratia versûs,

Syllaba

Syllaba post ternos metrum cui claudit Iambos.

Spondeum primus capit & locus, aut Anapæstum,

Carmen ANACREONTÆUM nihil aliud est, quàm Iambicum dimetrum catalecticum. In eo primus pes est Iambus, sæpè etiam Spondeus vel Anapæstus, interdum Tribrachys; secundus & tertius solum Iambus: deinde superest in fine syllaba: ut,

1.	2.	3.	$\frac{1}{2}$.	
Ades	pater	supre-	me,	} Prudent.
Quemne-	mo vi-	dit un-	quam.	
Habet o-	mnis hoc	volu-	ptas,	} Boët.
Stimulis	agit	furen-	tes.	

Carmen TROCHAICUM.

15. Octonis pedibus prodire Trochaica possunt:

Sedibus imparibus Tribrachyn vel pone Trochæum.

Liber uterque aliis: Tribrachyn solo exime fine.

Dactylon & Tribrachyn, Procleusmaticon, Spondeon,

Teque, Anapæste, pari regione locarier optant.

Sepè sed octavus mutilus pes ire jubetur.

TROCHAICA in regionibus imparibus recipiunt Trochæum, vel etiam Tribrachyn, præterquam ultimâ sede, in qua tantum est Trochæus: sedibus autem paribus, præter Trochæum & Tribrachyn, admittunt etiam Spondeum, Dactylum, Anapæstum, rarò Procleusmaticum, Iambum verò planè respuunt, ut & Iambica Trochæum.

Ex Trochaicis usitatissimum est *tetrametrum*, sive *octonarium* catalecticum, constans septem pedibus, cum semipede, seu syllaba residua: ut in Floridis veteris poetæ,

I.		II.		III.		IV.	
1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	$\frac{1}{2}$
Consu-	les fi-	unt quot-	annis	et no-	viPro-	consu-	les:
Soins	aut Rex,	aut Po-	eta	non quot-	annis	nasci-	tur.

Nor. 1. Quamvis opposita videantur Iambica & Trochaica, magna tamen inter ea affinitas est. Si enim syllabam unam aut alteram principio versûs Trochaici addideris, Iambicum efficies: contra, si syllabam eam principio Iambici detraxeris, Trochaicum relinques.

Nor. 2. In Trochaico tetrametro fugienda omnino cæsura post quartum pedem,

pedem, qui versum in duo hemistichia dividit: ut in hymno Ecclesiastico in passione Domini,

Pange lingua gloriosi | prælium certaminis,

Et super crucis trophæo | dic triumphum nobilem.

Qualiter Redemptor orbis | immolatus vicerit.

NOT. 2. Comici eadem quâ in Iambicis licentiâ in Trochaicis utuntur: eosdem enim in locis imparibus, quos alii in paribus, pedes promiscuè adhibent, præterquam in regione septima.

Carmen ANAPÆSTICUM.

16. Quatuor ex pedibus Anapæstica carmina finge.
 Quâ regione velis, princeps Anapæstus habetur:
 Spondeus permixtus huic & Daçtylus esto.
 Daçtylus exul erit quartâ sede atque secundâ.

ANAPÆSTICI versus ita dicuntur, quòd quâvis regione Anapæstum recipiant. Loco tamen Anapæsti Spondeum vel Daçtylum eorundem temporum pedes admittunt. Atque hoc ita promiscuè fit, ut in versu, qui Anapæsticus vocatur, nullus interdum sit Anapæstus.

Eorum varia genera sunt: at omnium suavissimum & frequentissimum est quod Aristophanium sive Pindaricum dicitur, constans quatuor pedibus, qui ferè sunt Daçtyli vel Spondei, intermixtis Anapæstis: ita tamen ut rarissimè Daçtylus in secunda vel quarta regione adhibeatur: ut, Senec,

1.	2.	3.	4.
<i>Quanti</i>	<i>casus</i>	<i>humana</i>	<i>na rotant:</i>
<i>Minus in</i>	<i>parvis</i>	<i>fortuna</i>	<i>na fuerit,</i>
<i>Leviûs-</i>	<i>que ferit</i>	<i>levio-</i>	<i>ra Deus.</i>

NOT. 1. Venustiores sunt Anapæstici, qui omni cæsura carent: ut, Sen.
Plures fulgor concitat aule.

Capit hic Regi proximus ipsi

Clarus claras ire per urbes.

Urit miserum gloria pectus.

NOT. 2. Proximi his sunt quibus unaquæque dipodia vocem terminat: ut,
Pectora longis hebetata malis

Jam sollicitas ponite curas. Senec.

NOT. 3. Solent Tragici Anapæsticis aliquot subicere Adonium.

Carmen HORATIANUM.

Simplicibus Carminum generibus supra explicatis visum est subicere unum genus compolitum, quod ab Horatio, qui eo plurimum delectabatur, HORATIANI nomen accepit.

Constat autem hoc carmen quatuor versibus, quorum duo primi sunt Daçtylici Alcaici, tertius Iambicus Archilochius, quartus Daçtylicus Alcaicus à prioribus diversus: ut,

Virtus

*Virtus repulsa nescia sordida
Intaminatis fulget honoribus :
Nec sumit, aut ponit secures
Arbitrio popularis aura.*

Sed de singulis paulò accuratiùs agendum.

1. *Dactylicus ALCAICUS major.*

17. Alcaici loca prima tenet Spondeus, Iambus,
Vatis ad arbitrium: sed Iambus sede secundâ;
Dein cæsura: duo hinc geminus loca Dactylus
ambit.

Primus ac secundus carminis HORATIANI versus est Dactylicus
ALCAICUS major tetrameter hypercatalectus constans penthemi-
mere Iambicâ, i. e. Spondeo vel Iambo (sed sæpiùs Spondeo, Iam-
bo, & cæsura, seu syllabâ longâ; deinde duobus Dactylis: ut,

1.	2.	$\frac{1}{2}$	3.	4.
Virtus	repul-	sa	nescia	sordida
Inta-	mina-	tis	fulget ho-	noribus.

2. *Iambicus ARCHILOCHIUS.*

Proximus Archilochi gradietur Iambicus: orâ
Cui primâ ac ternâ resident Spondeus, Iambus,
Ad libitum: sed Iambus inest in parte secunda
Solutus, & in quarta: dabit unica syllaba finem.

Tertius versus est Iambicus ARCHILOCHIUS dimeter hypercata-
lectus, qui primo & tertio loco Spondeum, nonnunquam & Iam-
bum recipit: secundo & quarto solum admittit Iambum, cum syl-
laba in fine residua: ut,

1.	2.	3.	4.	$\frac{1}{2}$
Nec su-	mit aut	ponit	secu-	res.

3. *Dactylicus ALCAICUS minor.*

Dactylicus tandem Alcaicus subit ordine quartus,
Quatuor ex pedibus constans: loca Dactylus ornat
Duplex prima duo, sed proxima bina Trochæus.

Quartus versus est Dactylicus ALCAICUS minor tetrameter aca-
talectus primo & secundo loco Dactylum recipiens, tertio & quar-
to Trochæum: ut,

1.	2.	3.	4.
Arbitri-	o popu-	laris	aura.

APPENDIX. I.

Pleniorum de variis carminum generibus Commentarium exhibens.

CARMEN ex pedum constitutione vel *Simplex* est, seu *Monocolon*, vel *Compositum*, seu *Polycolon*.

MONOCOLON est quod uno versuum genere; **POLYCOLON** quod pluribus generibus constat.

I. De Carmine SIMPLICE, seu MONOCOLO.

Ex variis Carminum Simplicium divisionibus, omnium commodissima ea videtur, quæ à crebriore seu potiore in ipsis pede desumpta est.

Hoc igitur pacto, Versus Latini in octo præcipua genera, *Pyrrhichicos*, *Dactylicos*, *Anapasticos*, *Iambicos*, *Trochaicos*, *Choriambicos*, *Ionicos* & *Mixtos*, tribui possunt.

1. De Versibus PYRRHICHICIS.

I. Unicum genus est Pyrrhichicum, duobus vel pluribus Pyrrhichiis constans, quale illud Aufonii, Parental. 27.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.
Et a-	mita	Vent-	ria	prope-	riter	obit:
Cui	brevi-	a me-	lo mo-	difi	ca re-	cino:
Cinis	mi	placi-	dula	supe-	ra vi-	geat,
Colo-	ripes	ade-	at lo-	ca ta-	cit' E-	rebi.

2. De Versibus DACTYLICIS.

II. Primum genus est Dactylicum heroicum hexametrum, de quo reg. 5.

III. Secundum genus est Pentametrum Elegiacum, de quo reg. 6.

IV. Tertium genus est Archilochium dimetrum hypercatalectum, constans duobus Dactylis & syllabâ: ut,

1.	2.	$\frac{1}{2}$
Pulvis &	umbra su-	mus.

V. Quartum genus est Alcmanium trimetrum hypercatalectum, constans tribus Dactylis continuatis, & syllabâ: ut,

1.	2.	3.	$\frac{1}{2}$
Te quoque	luce sub	occidu-	a,
Sumere	cum monet	hora ci-	dum,
Nostra, De-	us, canet	harmoni-	a. Prudent.

VI. Quintum genus est Alcmanium trimetrum hypercatalectum in hoc à superiore diversum, quod primâ & secundâ sede etiam Spondeum recipiat: ut,

1.	2.	3.	$\frac{1}{2}$
Unus e-	nim re-	rum pater	est.
Hic clau-	sit mem-	bris ani-	mos. Boët.

VII. Sextum genus est Alcmanium tetrametrum acatalectum, quod primo, secundo & tertio loco promiscuè recipit vel Dactylum vel Spondeum; quarto solum Dactylum: ut,

1. Luminii-

1.	2.	3.	4.
Lumini-	busque pri-	or redi-	it vigor.
Nimbo-	sisque po-	lus stetit	imbribus.
Desuper	in ter-	ram nox	funditur. Boët.

VIII. Septimum genus est Adonium dimetrum, de quo reg. 9.

IX. Octavum genus est Pherceratum trimetrum, de quo reg. 11.

X. Nonum genus est Alcmanium tetrametrum acatalectum, constans quatuor pedibus, quorum duo priores indifferenter sunt Dactyli vel Spondei, tertius solum Dactylus, quartus solum Spondeus: ut,

1.	2.	3.	4.
Ibimus	ô soci-	i comi-	tesque.
O for-	tes pe-	jaraque	passi. Hor.

XI. Decimum genus est Alcmanium tetrametrum catalectum, constans una syllabâ longâ, vel duabus brevibus: deinde vel Dactylo vel Spondeo; tum Dactylo; ac postremo Spondeo: ut,

$\frac{1}{2}$	2.	3.	4.
Qui	se volet	esse po-	tentem,
Ani-	mos domet	ille fe-	roces;
Nec	visita li-	bidine	colla
Fæ-	dis sub-	mittat ha-	benis. Boët.

NOT. Oôo proximè memorata versuum Dactylicorum genera nihil aliud sunt præterquam partes sive segmenta carminis hexametri heroici: quorum quatuor prioribus, pars posterior, quatuor posterioribus pars prior sit quasi detruncata. Sic in prima Virg. Ecl. *Tityre tu patula*, Dactylicorum constituit genus tertium: *Quid facerem, neque servitio*, genus quartum: *Hæc il- lum vidi juvenem*, genus quintum: *Namque crit ille mihi semper Deus*, genus sextum, *Tegmine fagi*, genus septimum: *Pressi copia lactis*, genus octavum: *Sera tamen respexit inertem*, genus nonum: *Recubans sub tegmine fagi*, genus decimum.

XII. Undecimum genus est Alcmanium tetrametrum hypercatalectum, constans penthemimere heroicâ, i. e. primâ & secundâ regione vel Dactylo vel Spondeo, cum syllabâ longâ: deinde versu Adonio, seu Dactylo cum Spondeo: ut,

1.	2.	$\frac{1}{2}$	3.	4.
Heu quàm	præcipi-	ti	mersa pro-	fundo
Mens hebet	& propri-	â	luce re-	liââ,
Tendit in	exter-	nas	ire te-	nebras. Boët.

NOT. Hoc genus ex duobus segmentis hexametri heroici, sesquipede de medio extrito, constituitur: quale esset illud,

Tityre tu patula ————— tegmine fagi,

XII. Duodecimum genus est Ithyphalicum, seu Priapeium, tetrametrum acatalectum, constans tribus Dactylis, & Pyrrhichio, seu Iambo: ut,

1.	2.	3.	4.
Qui fere-	re ingenu-	um volet	agrum,
Liberat	arua pri-	us fruti-	cibus,
Falce ru-	bos fili-	cemque re-	fecat. Boët.

XIV. Decimum tertium genus est Alcaicum tetrametrum hypercatalectum, de quo reg. 17.

XV. Decimum quartum genus est Alcaicum tetrametrum acatalectum, de quo etiam reg. 17.

XVI. Decimum quintum genus est Bucolicum hexametrum, in quo quartus pes semper est Dactylus: ut,

Ab Jove principium, Musæ: Jovis omnia plena. Virg.

NOT. Theocritus (ut notat Fortunatianus) hanc legem Bucolicorum custodivit, Virgilius neglexit.

XVII. Decimum sextum genus est versus hexameter qui dicitur Miurus, seu Teliambus, cujus sciz. ultima sede ponitur Iambus vice Spondei: ut,

Dirige odoriferos ad cæca cubilia canes. Liv. Andron.

3. De versibus ANAPÆSTICIS.

XVIII. Primum genus est Anapæsticum Aristophanium tetrametrum acatalectum, de quo reg. 16.

XIX. Secundum genus est Simonidium dimetrum acatalectum, cujus priorem regionem possidet vel Anapæstus, vel Dactylus, vel Spondeus; posteriorem vel Anapæstus, vel Spondeus: ut,

1.	2.
<i>Desse-</i>	<i>te virum,</i>
<i>Quo non</i>	<i>alius</i>
<i>Potuit</i>	<i>citius</i>
<i>Discere</i>	<i>causas,</i>
<i>Unda</i>	<i>tantum</i>
<i>Parte au-</i>	<i>ditâ,</i>
<i>Sæpe &</i>	<i>neutrâ.</i> Senec.

XX. Tertium genus est Partheniacum tetrametrum catalectum, quod habet primâ & secundâ sede vel Anapæstum, vel Spondeum; tertiâ solum Anapæstum, ac demum syllabam longam: ut,

1.	2.	3.	$\frac{1}{2}$
<i>Utinam</i>	<i>modò no-</i>	<i>stra redi-</i>	<i>rent</i>
<i>In mo-</i>	<i>res tem-</i>	<i>pore pri-</i>	<i>scos.</i> Boët.

NOT. Hoc genus, mutata metiendi ratione, cum Dactylico Alcmanio tetrametro catalecto (de quo No. XI.) concurrat, hoc modo:

$\frac{1}{2}$	2.	3.	4.
<i>Uti.</i>	<i>nam modò</i>	<i>nostra re-</i>	<i>dirent</i>
<i>In</i>	<i>mores.</i>	<i>tempora</i>	<i>priscos.</i>

XXI. Quartum genus est Archebulium pentametrum acatalectum, constans quatuor Anapæstis, & Bacchio; ut,

1.	2.	3.	4.	5.
<i>Tibi na-</i>	<i>scitur o-</i>	<i>mne pecus,</i>	<i>tibi cre-</i>	<i>scit hædus.</i> Ter. Maur.

5. De versibus IAMBICIS.

XXII. Primum genus est Iambicum monometrum, sive binarium, constans duobus Iambis: ut,

1.	2.
<i>Cave</i>	<i>malum.</i>
<i>Tepe</i>	<i>bonum.</i>

XXIII. Secundum genus est Anacreonticum dimetrum catalectum, de quo reg. 14.

XXIV. Tertium genus est Archilochium dimetrum acatalectum, de quo reg. 12.

XXV. Quartum genus est Archilochium dimetrum hypercatalectum, de quo reg. 17.

XXVI. Quin-

XXVI. Quintum genus est Archilochium trimetrum catalectum, quod primâ sede Iambum habet vel Spondeum, secundâ Iambum, tertiâ Spondeum, quartâ & quintâ Iambum, cum syllaba communi : ut,

1.	2.	3.	4.	5.	$\frac{1}{2}$
Trabunt.	que sic-	cas ma ²	china	cari-	nas.
Nec pra-	ta ca-	nis al-	bicant =	prui-	nis. Hor.

XXVII. Sextum genus est Archilochium trimetrum catalectum, hoc solo à superiore diversum, quòd tertio loco vel Spondeum vel Iambum recipiat : ut,

1.	2.	3.	4.	5.	$\frac{1}{2}$
Mea	reni-	det in	dona	lacu-	nar.
Tremunt	colu-	mnas ul-	timâ	reci-	ses. Hor.

XXVIII. Septimum genus est Archilochium trimetrum acatalectum, de quo reg. 12.

XXIX. Octavum genus est Scazon, sive Choliambus, trimeter acatalectus, de quo reg. 13.

XXX. Nonum genus est Galliambicum senarium acatalectum, constans sex pedibus, quorum primus Anapæstus, secundus & tertius Iambus, quartus & quintus Dactylus, sextus Anapæstus : ut,

1.	2.	3.	4.	5.	6.
Super al-	ta ve-	flus A-	tys cele-	ri rate	maria.
Pbrygium	nemus	cita-	to cupi-	dè pede	tetigit,
Adiut-	que opa-	ca fil-	vis redi-	nita lo-	ca Dec. Catull.

Not. Hoc genus tertiâ regione semper Iambum, quintâ semper Dactylum, sextâ semper Anapæstum exigit. In secundâ autem pro Iambo recipit interdum Anapæstum, & meliore jure Tribrachyn, uti & in quartâ pro Dactylo Spondeum. Imò & alios (licet rariùs) pedes admittit, ut in primâ sede Spondeum, Creticum & Proceleusmaticum : in secundâ Spondeum & ejus comparem Dactylum : in quartâ Iambum. Sed in carmine minùs usitato usitatiores solum ponere satius duximus. Cæteros *Atys* Catulli indicabit.

XXXI. Decimum genus est Saturnium trimetrum hypercatalectum; quod quarto loco solum Spondeum, cæteris quinque solum Iambum, cum syllaba in fine residua, habet : ut,

1.	2.	3.	4.	5.	6.	$\frac{1}{2}$
Dabunt	malum	Mctel-	li Na-	vio	Poë-	ta. Ter. Maur.

XXXII. Undecimum genus est Hipponasteum tetrametrum catalectum, quod ex septem Iambis constat, cum syllaba longa; admissio tamen locis imparibus nonnunquam Spondeo : ut,

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	$\frac{1}{2}$
Et in	solan-	ter a-	flues,	velut	minu-	ta ma-	gno
Depreu-	sa na-	vis in	mari	vesa-	nien-	te ven-	lo. Catull.

XXXIII. Duodecimum genus est tetrametrum sive octonarium acatalectum quod & quadratum dicitur. Habet octo pedes, inter quos ultimus semper Iambus : reliqui locorum parium Iambi vel Tribraches; imparium verò Iambi aut Spondei, aut his compares, Tribraches, Anapæsti aut Dactyli : ut, Ter.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
Suspi-	cio-	si ad con-	tume-	liam o-	mnia ac-	cipiant	magis.

At Comicis, qui soli ferè hoc genere utuntur, major licentia est. Ii enim, quò propius (uti diximus) ad orationem solutam accedant, etiam pedes, imparibus aliquin sedibus adhiberi solitos, usurpant paribus, & contra; excepto tamen ultimo loco, quò semper est Iambus, Sic in isto Ter.

1. | 2. | 3. | 4. | 5. | 6. | 7. | 8.
Pecu- | niam in | loco | negligē- | re ma- | ximum in- | terdum est | lucrum.
 Quartum sedem occupat Anapæstus. In his autem ejusd.

1. | 2. | 3. | 4. | 5. | 6. | 7. | 8.
Ego jam | transa- | ctā re | convor- | tam me | domum | cum obso- | mio,
I propter | suam im- | poten- | tiam | se sem- | per cre- | dunt ne- | gligi.

Prioris sede secundā & quartā, posterioris sextā, collocatur Spondeus.
 Eadem est in trimetris ratio: ut,

1. | 2. | 3. | 4. | 5. | 6.
Si id est | pecca- | tum, pec- | catum im- | pruden- | tia est. Ter.

Ubi omnes pedes, præter primum & ultimum, Spondei sunt.

Item in tetrametris catalectis: ut,

1. | 2. | 3. | 4. | 5. | 6. | 7. | $\frac{1}{2}$.
Hem isthoc | verbo ani- | mus mi | rediit, | & cu- | ra ex cor- | de exces- | sit. Ter.

Ubi secundam sedem Dactylus, sextam Spondeus occupant.

5. De Versibus TROCHÆICIS.

XXXIV. Primum genus est Trochaicum Pancratium monometrum hypercatalectum, constans duobus Trochæis & syllabā: ut,

1. | 2. | $\frac{1}{2}$.
Nulla | jam fi- | des. Scalig.

XXXV. Secundum genus est Ithyphallicum dimetrum brachycatalectum, quod constat tribus Trochæis: ut,

1. | 2. | 3.
Huc a- | des Ly- | æ. Scalig.

XXXVI. Tertium genus est Euripidæum dimetrum catalectum, quod habet tres Trochæos (& secundo interdum loco Spondeum) cum syllaba: ut,

1. | 2. | 3. | $\frac{1}{2}$.
Non e- | bur ne- | que aure- | um. Hor.
Vota | supplex | offe- | ram. Buchan.

XXXVII. Quartum genus est Alcmæanum dimetrum acatalectum, constans quatuor Trochæis: secundo etiam loco Spondeum, ejusque compares Dactylum & Anapæstum recipiens: ut,

1. | 2. | 3. | 4.
Inco- | le ter- | rarum, ab | ortu
Solis | ulti- | mium ad cu- | bile. Buchan. Ps. 66.
Eja | Domino | jubi- | late. Ibid.
Consci- | os sceler- | ris ne- | fandi. Ibid.

XXXVIII. Quintum genus est Anacreonticum dimetrum acatalectum, habens primo loco Pyrrhichium, cæteris tribus Trochæum: ut,

1. | 2. | 3. | 4.
Age | cuncta | nupti- | ali
Redi- | mita | vere | tellus
Cele- | bra to- | ros be- | riles. Claudian.

XXXIX. Sextum genus est Archilochium tetrametrum catalectum, de quo reg. 15.

XL. Septimum genus est Hipponactæum tetrametrum acatalectum, quadratum aliter dictum; constans octo Trochæis, recipiens tamen locis imparibus

ribus etiam Spondeum, ejusque compares Anapaestum, Dactylum & interdum Proceleusmaticum; paribus autem etiam Tribrachyn: ut,

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
Appe-	tente	vere	primo	cum te-	ner vi-	refcit	annus
Vini-	torque	falce	tonfos	viti-	bus ma-	ritat	ulmos. Scal in Farrag.

Comici, eadem quā in tetrametris catalecticis licentiā, omnes ferē quos nominavi pedes omnibus in locis promiscuē usurpant: ut, Ter.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
Itāne	te hinc ab-	isse, &	vitam	tuam tu-	tandam ali-	is de-	disse?
Alios	tuam rem	credi-	disti,	magi, quā	tete ani-	madvor-	furos?
Nam ut ut e-	rant ali-	a, illi	certe,	que nunc	tibi do-	mi est, con-	suleres.

Not. In primo & secundo versu tuam esse monosyllabum.

XL1. Octavum genus est Sapphicum pentametrum acatalectum, de quo reg. 9.

XLII. Nonum genus est Phalæcium pentametrum acatalectum, de quo reg. 10.

6. De Versibus CHORIAMBICIS.

XLIII. Primum genus est Choriambicum Aristophanium dimetrum acatalectum, constans Choriambo & Bacchio vel Amphibrachy: ut,

1.	2.
Lydia, dic	per omnes. Hor.

XLIV. Secundum genus est Glyconium trimetrum acatalectum, de quo reg. 8.

XLV. Tertium genus est Asclepiadæum tetrametrum acatalectum, de quo reg. 7.

XLVI. Quartum genus est Alcaicum pentametrum acatalectum, constans Spondeo, tribus Choriambis & Pyrrhichio: ut,

1.	2.	3.	4.	5.
Seu plu-	res hiemes,	seu tribuit	Juppiter ul-	timam. Hor.

XLVII. Quintum genus est Alcaicum Epichoriambicum tetrametrum acatalectum, constans Epitrito secundo, duobus Choriambis & Bacchio: ut,

1.	2.	3.	4.
Te Deos a-	ro, Sybarin	cur properes	amando. Hor.

7. De Versibus IONICIS.

XLVIII. Primum genus est Ionicum à majore purum, tetrametrum acatalectum, quod ex quatuor Ionicis à majore consistit: ut,

1.	2.	3.	4.
Fecit satis	agram rabi-	em qui domu-	it femina. Scalig.

XLIX. Secundum genus est Ionicum à majore impurum, seu Sotadeum, quod tres habet Ionicos à majore cum Spondeo: ut,

1.	2.	3.	4.
Tuto maris	iras videt	à littore	nauta.

Not. 1. Sæpius hoc genus tertiā sede pro Ionico à majore Ditrochæum recipit: ut,

1.	2.	3.	4.
Hæc cum gemi-	na compe-	dedicat ca-	tenas,
Saturnæ, ti-	bi Zoilus	annulos pri-	ores. Martial.

Not. 2. Admittit etiam omnibus locis, præter ultimum, Pæonem secundum, Epitritum secundum & Ditrochæum,

NOT. 3. In omnibus ferè regionibus longa in duas breves resolvi potest : ut,

1.	2.	3.	4.
Elementa ru-	des qua pue-	ros docent ma-	gistris. Ter. M. de lit. v. 1.
Vacalis ut	illam late-	re ex utroque co-	arbit. Ibid. v. 83.
Quum dico la-	vor, dico ni-	ves, pluvia, no-	vales: Ibid. v. 95.
Diversa va-	lent, alia do-	cent, ordine	nullo. Ibid. v. 179.

L. Tertium genus est Ionicum à minore sic dictum, quòd ubique pes ille, unde nomen accepit, locum habeat. Estque vel trimetrum, vel tetrametrum. Sic apud Hor. Carm. iii. 12. duobus trimetris subicitur tetrametrum :

1.	2.	3.	4.
Miserarum est,	neque amori	dare ludum,	
Neque dulci	malo vino	lavere ; aut ex-	
animari	metuentes	patruæ ver-	bera lingua.

NOT. Docet tamen eruditissimus Bentleius hoc carmen Horatii decem pedibus Ionicis à minore absque ulla pausa decurrere ; totamque adeo eam Oden quatuor ejusmodi decapodiis finiri.

8. De versibus MIXTIS.

Versus MIXTI (quos Græci *ἁσυνεπῆς*, sive Inconnexos vocant) sunt cum duo diversi generis cola in unum concluduntur. Eorum varia genera sunt : nos ea tantum memorabimus, quorum exempla apud Poetas Latinos jam reperiuntur.

LI. Primum genus est Dactylico-Trochaicum Archilochium : cujus prius colon est tetrametrum Heroicum, sive quatuor primi pedes carminis Heroici : posterius colon est Trochaicum Ithyphallicum dimetrum brachycatalectum, sive tres Trochæi : ut,

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.
Solvitur	acris bi-	ems gra-	tâ vice	veris	& Fa-	voni. Hor.

NOT. Quidam ex duobus colis duos versus constituunt, in hunc modum :

1.	2.	3.	4.
Solvitur	acris bi-	ems gra-	tâ vice.

1.	2.	3.
veris	& Fa.	voni.

LII. Secundum genus est Elegio-Iambicum Archilochium : cujus prius colon est pars posterior pentametri Elegiaci ; posterius verò Iambicum dimetrum acatalectum : ut,

1.	2.	$\frac{1}{2}$	3.	4.	5.	6.
Scribere	versicu-	los,	amo-	re per	cussum	gravi. Hor.

NOT. Vulgò hunc versum in binos dividunt :

Scribere	versicu-	los,
Amo-	re per-	cussum
		gravi.

LIII. Tertium genus est Dactylicum Priapeium hexametrum acatalectum, ex duobus tomis, utraque trium pedum, versùs hexametri conflatum : sed ita ut in utriusque prima sede ponatur Spondeus, vel ejus loco Trochæus, aut Iambus ; prioris sedem secundam & tertiam occupet Dactylus ; posterioris pes secundus Dactylus sit, ultimus Spondeus. Porrò in hoc genere ultima prioris coli syllaba pro communi habetur ; ut, Catull.

1. Hunc lu- Qua do- Nam te Helle-	2. cum tibi mus tua præcipu- spontia,	3. dedico Lampsaci est è in suis ceteris	4. confe- quaque urbi- ostre-	5. croque Pri- silva Pri- bus colit osior	6. ape. ape: ora aris.
---	---	--	---	---	------------------------------------

LIV. Quartum genus est Anapæstico Ithyphallicum : cujus prius colon est Anapæsticum tetrametrum catalectum, sive tres Anapæsti (vel primo & secundo loco Spondei) cum syllaba : posterius Trochaicum Ithyphallicum, sive tres Trochæi : ut,

1. Ithyphal-	2. lica por-	3. rò dicā-	$\frac{1}{2}$ runt	4. Musī-	5. ci Po-	6. ēta. Ter. M.
-----------------	-----------------	----------------	-----------------------	-------------	--------------	--------------------

LV. Quintum genus est Iambico-Elegiacum : in quo, ordine No. lli. in-
verso, pars Iambici præcedit, & pars Elegiaci subsequitur : ut,

1. Nives-	2. que de-	3. ducunt	4. Jovem :	5. nunc mare	6. nunc silū-	$\frac{1}{2}$ a. Hor.
--------------	---------------	--------------	---------------	-----------------	------------------	--------------------------

Nor. Vulgò & ex hoc uno duos versus faciunt : ut,

Nives- | que de- | ducunt | Jovem :

Nunc mare | nunc silū- | a.

LVI. Sextum genus est Choriambico-Dactylicum : in quo prius colon est Glyconium, primâ sede habens frequentius Trochæum ; posterius Pherecratium est, Trochæum itidem initio ferè assumens : ut,

1. O Co-	2. lonia, quæ	3. cupis	4. ponte	5. ludere	6. longo. Catull.
-------------	------------------	-------------	-------------	--------------	----------------------

LVII. Septimum genus est Choriambico-Trochaicum : cujus prius colon constat ex Choriambico dimetro, sive duobus Choriambis : posterius ex Trochaico dimetro brachycatalecto, cujus primus pes Dactylus sit, cæteri Trochæi : ut,

1. Vestiat Al-	2. pinus apex	3. & rube-	4. ant pru-	5. ine. Claudian.
-------------------	------------------	---------------	----------------	----------------------

LVIII. Octavum genus est Trochaico-Dactylicum : cujus prior pars penthemimeres Trochaica est, primâ sede Trochæum, secundâ Spondeum vel Dactylum, cum syllaba, habens ; posterius Adonium, sive Dactylus & Spondeus : ut,

1. Si quis Cum ni-	2. Arctū- mis cele-	$\frac{1}{2}$ ri res	3. sidera explicet	4. nescit. ortus.	} Boët.
--------------------------	---------------------------	----------------------------	--------------------------	-------------------------	---------

LIX. Nonum genus est Iambico-Dactylicum : cujus prior pars est penthemimeres Iambica, constans duobus Iambis cum syllaba longa ; sæpius tamen primo loco Spondeum ; secundo interdum Tribrachyn recipiens : posterior autem pars, ut in superiore, Adonium est : ut,

1. Propin- Mergat- Stupet-	2. qua sum- que se- que subi-	$\frac{1}{2}$ mo ras tis	3. cardine aquare mobile	4. labi. flammas. vulgus.	} Boët.
-------------------------------------	--	-----------------------------------	-----------------------------------	------------------------------------	---------

¶ Prædictis versuum generibus, à potiore in ipsis pede denominatis, alii alios addunt, Spondiacos, Moloſſicos, Pæonicos, Antispasticos, &c. eorum etiam quos meminimus plura genera recensent. Sed cum nullum s. r. e. carmen ex his conditum jam reperiatur, eos consultò omisimus.

¶ Mix-

¶ Mixtorum porro generibus accenferi possunt & quædam ex superioribus alia. Hoc pacto carmen Saturnium statui potest Iambico Trochaicum, cujus prius membrum sit Iambicum dimetrum catalectum; posterius Trochaicum dimetrum brachycatalectum, hoc modo:

1.	2.	3.	$\frac{1}{2}$	4.	5.	6.
Dabunt	malum	Metel-	li	Navi-	o Po-	ëta.

Eadem ratione Cl. Bentleius Alcaicum (quod Epichoriambicum vocant) No. xlvii. in duo cola dispefcit, quorum prius sit Trochaicum Archilochium dimetrum acatalectum, cujus secundam sedem occupet Spondeus, quartam Iambus: posterius verò Trochaicum (aut si mavis Iambicum) Archilochium dimetrum catalectum, ex Trochæo, duobus Iambis cum syllaba constans hoc modo:

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	$\frac{1}{2}$
Te De-	os o-	ro, Sy-	barim	cur pro-	pæres	gman-	do.

II. De Carmine composito, seu POLYCOLO.

Carmen POLYCOLON duplici modo distingui solet, 1. Pro varietate versuum qui in eo adhibentur. 2. Pro numero versuum quibus constat, priusquam fiat *Strophe*, sive ad primi generis versum reditus.

1. Pro varietate versuum carmen *Polycolon*, vel *Dicolon* est, seu bimembre; vel *Tricolon*, seu trimembre. Veteres ulterius non procedebant.

DICOLON est ubi duo sunt genera versuum: *TRICOLON*, ubi tria.

2. Pro versuum in *Strophe* numero, carmen aliud est *Distrophon*, aliud *Tristrophon*, aliud *Tetraphosphon*; aliud denique, extra quod Poëtæ antiqui nunquam egrediuntur, *Pentastrophon* est.

<i>DISTROPHON</i>	} est cum post	{ secundum tertium quartum quintum	} versum reditur ad primum.
<i>TRISTROPHON</i>			
<i>TETRASTROPHON</i>			
<i>PENTASTROPHON</i>			

I. De Carminibus DICOLIS DISTROPHIS.

LX. Primum genus est Elegiacum, seu Dactylicum heroicum hexametrum cum Dactylico pentametro: de quibus No. ii. & iii. ut,

Sponte sua numeros carmen veniebat ad aptos:

Et, quod tentabam dicere, versus erat. Ovid.

LXI. Secundum genus est Dactylicum hexametrum, cum Dactylico Archilochio dimetro hypercatalecto: de quibus No. ii. & iv. ut,

Diffugere nives, redeunt jam gramina campis,

Arboribusque comæ. Hor.

LXII. Tertium genus est Dactylicum hexametrum, cum Dactylico Alcmanio tetrametro acatalecto: de quibus No. ii. & vii. ut,

Tunc me discussa liquerunt nocte tenebra,

Luminibusque prior rediit vigor. Boët.

LXIII. Quartum genus est Dactylicum hexametrum, cum Dactylico Alcmanio tetrametro acatalecto: de quibus No. ii. & x. ut,

Laudabant alii claram Rhodon, aut Mitylenen,

Aut Ephesum, bimarisque Corinthi. Hor.

LXIV. Quintum genus est Dactylicum hexametrum, cum Dactylico Alcmanio tetrametro catalecto, vel, ut alii cum nuncupant, Anapæstico Partheniaco tetrametro catalecto: de quibus No. ii. & ix. vel xx. ut,

O qui perpetuis orbem moderaris habenis,
Placido bonus exsere vultus. Buch. Pf. 68.

LXV. Sextum genus est Daſtylicum hexametrum, cum Iambico dimetro acataleſto: de quibus No. ii. & xxiv. ut,

Nox erat & cælo fulgebat Luna ſereno
Inter minora ſidera. Hor.

LXVI. Septimum genus est Daſtylicum hexametrum, cum Iambico trimetro: de quibus No. ii. & xxviii. ut,

Altera jam teritur bellis civilibus ætas,
Suis & ipſa Roma viribus ruit. Hor.

LXVII. Octavum genus est Daſtylicum hexametrum, cum Elego-Iambico Archilochio: de quibus No. ii. & lii. ut,

Te Regem Dominumque canam, dum lucida volvet
Lucidus aſtra polus, & unicum colam Deſm. Buchan. Pfal. 145.

* Ita, ex mente Cl. Bentleii conſtituendum hoc carmen: at Buchaſſanus ipſe in tres verſus (ut in No. c.) diſtinxit.

LXVIII. Nonum genus est Daſtylicum hexametrum, cum Iambico-Elegiaco: de quibus No. ii. & lv. ut,

Horrida tempeſtas cælum contraxit & imbres
Niveſque deducunt Jovem: nunc mare, nunc ſilvæ. Hor.

LXIX. Decimum genus est Daſtylicum Alcmanium trimetrum hypercataleſtum, cum Daſtylico Pherecratio trimetro acataleſto: de quibus No. vi. & ix. ut,

Omne hominum genus in terris
Simili ſurgit ab ortu. Boët.

LXX. Undecimum genus est Daſtylicum Alcmanium tetrametrum acataleſtum, cum Daſtylico Archilochio dimetro hypercataleſto: de quibus No. vii. & iv. ut,

Quam thalamo, tediſque jugalibus
Invida mors rapuit. Auſon. Parent. 15.

LXXI. Duodecimum genus est Daſtylicum Alcmanium tetrametrum acataleſtum, cum Iambico dimetro acataleſto: de quibus No. vii. & xxiv. ut,

Sunt etenim penna volucres mihi,
Quæ celfa conſcendant poli. Boët.

LXXII. Decimum tertium genus est Iambicum Anacreonticum dimetrum cataleſtum, cum Daſtylico Pherecratio trimetro acataleſto: de quibus No. xxiii. & ix. ut,

Quisquis volet perennem
Cautus ponere ſedem. Boët.

LXXIII. Decimum quartum genus est Iambicum trimetrum acataleſtum, cum pentametro Elegiaco: de quibus No. xxviii. & iii. ut,

Quamvis fluente dives auri gurgite
Non expleturas cogat avarus opes. Boët.

LXXIV. Decimum quintum genus est Iambicum trimetrum acataleſtum, cum Iambico dimetro acataleſto: de quibus No. xxviii. & xxiv. ut,

Ibis Liburnis inter alta navium,
Amice, propugnacula. Hor.

LXXV. Decimum ſextum genus est Iambicum trimetrum acataleſtum, cum Elego-Iambico Archilochio: de quibus No. xxviii. & lii. ut,

Petti, nihil me, ſicut antea, juvat
Scribere verſiculos, amore percuffum gravi. Hor.

LXXVI. Decimum ſeptimum genus est Iambicus Seazon, cum Iambico dimetro acataleſto: de quibus No. xxix. & xxiv. ut,

Verona docti syllabas amat vatis ;

Marone felix Mantua est. Martial.

LXXVII. Decimum octavum genus est Trochaicum Euripidæum dimetrum catalectum, cum Iambico dimetro acatalecto : de quibus No. xxxvi. & xxiv. ut,

Orbis omnis incole,

A Sole Eo ad Hesperum. Buchan.

LXXVIII. Decimum nonum genus est Trochaicum Euripidæum dimetrum catalectum, cum Iambico Archilochio trimetro catalecto : de quibus No. xxixvi. & xxvii. ut,

Non ebur neque aurum

Mea renidet in domo lacunar. Hor.

LXXIX. Vigésimum genus est Trochaicum Alcmanium dimetrum acatalectum, cum Dactylico Pherecratio trimetro acatalecto : de quibus No. xxxvii. & ix. ut,

Quos vides sedere celsos

Solii culmine Reges. Boët.

LXXX. Vigésimum primum genus est Trochaicum ostonarium catalectum, cum Iambico trimetro acatalecto : de quibus No. xxxix, & xxviii. ut,

Ore pulchro, & ore muto ; scire vis que sim ? volo.

Imago Ruffi rhetoris Pithavici. Auson. Epig. 51.

LXXXI. Vigésimum secundum genus est Sapphicum pentametrum acatalectum, cum Iambico dimetro acatalecto : de quibus No. xli. & xxiv. ut,

Gentis humanae pater atque custos,

Quam sancta majestas tui. Buchan.

LXXXII. Vigésimum tertium genus est Sapphicum pentametrum acatalectum, cum Choriambico Glyconio trimetro acatalecto : de quibus No. xli. & xlv. ut,

Cum polo Phæbus roseis quadrigis

Lucem spargere cæperit. Boët.

LXXXIII. Vigésimum quartum genus est Phaleucium pentametrum acatalectum, cum pentametro Elegiaco : de quibus No. xlii. & iii. ut,

Quid tantos juvat excitare motus,

Et propriâ fatum sollicitare manu. Boët.

LXXXIV. Vigésimum quintum genus est Phaleucium pentametrum acatalectum, cum Dactylico Alcaico tetrametro acatalecto : de quibus No. xlii. & xv. ut,

Quamvis se Tyrus superbus ostro

Comeret & niveis lapillis. Boët.

LXXXV. Vigésimum sextum genus est Phaleucium pentametrum acatalectum, cum Sapphico pentametro acatalecto : de quibus No. xlii & xli. ut,

Hic portus placidâ manens quiete,

Hoc patens unum miseris asyllum. Boët.

LXXXVI. Vigésimum septimum genus est Choriambicum Aristophanum dimetrum acatalectum, cum Alcaico Epichoriambico tetrametro acatalecto : de quibus No. xliii. & xlvii. ut,

Lydia dic per omnes

Te Deos oro, Sybarin cur properes amando. Hor.

LXXXVII. Vigésimum octavum genus est Choriambicum Glyconium trimetrum acatalectum, cum Choriambico Asclepiadæo tetrametro acatalecto : de quibus No. xlv. & xlv. ut,

Sic te Diva potens Cypri,

Sic fratres Helena lucida sidera. Hor.

LXXXVIII. Vigefimum nonum genus est Choriambicum Afclepiadæum tetrametrum acataleſtum, cum Daſtylico Pherecratio trimetro acataleſto: de quibus No. xlv. & ix. ut,

Si quantas rapidis ſtatibus incitus

Pontus verſat arenas. Boët.

LXXXIX Trigeſimum genus eſt Choriambicum Afclepiadæum tetrametrum acataleſtum, cum Iambico dimetro acataleſto: de quibus No. xlv. & xxiv. ut,

Eheu; qua miſeros tramite devios

Abducit ignorantia! Boët.

XC. Trigeſimum primum genus eſt Daſtylico-Trochaicum ſeptenarium, cum Iambico Archilochio trimetro cataleſto: de quibus No. li. & xxvi. ut,

Solvitur acris hiems grata vice veris & Favoni,

Trahuntque ſiccæ machina carinas. Hor.

XCI. Trigeſimum ſecundum genus eſt Trochaico-Daſtylicum, cum Iambico Daſtylico: de quibus No. lviii. & lix. ut,

Siquis Arcturi ſidera nescit

Propinqua ſummo cardine labi. Boët.

2. De DICOLIS TRISTROPHIS.

XCII. Primum genus eſt, in quo duobus Anapæſticis Ariſtophaniis tetrametris acatal. adjicitur Adonius dimeter acatal. de quibus No. xviii. & viii. ut,

Tu quoque in ævum, Criſpe, futurum

Mæſii venies commemoratus

Munere threni. Aufon.

XCIII. Secundum genus eſt, in quo duobus Trochaicis Alcmanis dimetris acatal. ſubjungitur Trochaicus Euripidæus dimeter cataleſtus: de quibus No. xxxvii. & xxxvi. ut,

Incole terrarum ab ortu

Solis ultimum ad cubile,

Eia Domino pſallite. Buchan.

XCIV. Tertium genus eſt, in quo duos Ionicos à minore trimetros acataleſtos ſequitur Ionicus à minore tetrameter acataleſtus: de quibus No. i. ut,

Miſerarum eſt, neque amorì dare ludum,

Neque dolci mala vino lavere; aut ex-

animari metuentes patrue verbera lingue. Hor.

Cl. tamen Bentlejus, Mar. Viſtorinum ſecutus, hoc carmen in ſua editione ita diſponit, ut priores duo verſus tetrametri ſint, tertius autem dimeter, hoc modo:

Miſerarum eſt, neque amorì dare ludum, neque dolci

Mala vino lavere; aut exanimari metuentes

Patrue verbera lingue.

Quamquam carmen re verà monocolon, ac per decapodias (ut ſuprà diximus) meſurandum idem Bentlejus contendat.

3. De DICOLIS TETRASTROPHIS.

XCV. Primum genus eſt, in quo tribus Trochaicis Anacreonticis dimetris acataleſtis ſubjicitur Choriambico-Trochaicus quinquarius: de quibus No. xxxviii. & lvii. ut,

*Age cuncta nuptiali
Redimita vere tellus,
Celebra teros heriles :*

Omne neniis cum fluviis, omne cantat profundum. Claudian.

XCVI. Secundum genus est, in quo tribus Sapphicis pentametris subji-
tur Adonius dimeter : de quibus No. xli. & viii. ut,

*Quid brevi fortes jocularum ævo
Multa? quid terras alio calentes
Sole mutamus? patria quis exsul
Se quoque fugit? Hor.*

XCVII. Tertium genus est, in quo tribus Choriambicis Glyconiis trime-
tris acatal. adnecitur Dactylicus Pherecratius trimeter acatal. de quibus
No. xlv. & ix. ut,

*Diana sumus in fide
Puella & pueri integri :
Dianam pueri integri,
puellæque canamus.* Catull.

XCVIII. Quartum genus est, in quo tres Choriambici Asclepiadæi cum
Choriambico Glyconio conjunguntur : de quibus No. xlv. & xlii. ut,

*Inclusam Danaën turris æbenea,
Robustæque fores, & vigilum canum
Tristes excubiæ munerant satius
Nocturnis ab adulteris.* Hor.

4. DE DICOLIS PENTASTROPHIS.

XCIX. Genus unicum, in quo quatuor Choriambicis Glyconiis trime-
tris acatalectis subjungitur Dactylicus Pherecratius trimeter acatal. de qui-
bus No. xlv. & ix. ut,

*Collis ô Heliconii
Cultor, Urania genii,
Qui rapis tenerum ad virum
Virginum, ô Hymenæe, Hymen,
Hymen, ô Hymenæe.* Catull.

5. DE TRICOLIS TRISTROPHIS.

C. Primum genus est, in quo Dactylicus heroicus conjungitur cum Da-
ctylico Archilochio dimetro hypercatalecto, & Iambico dimetro acatalecto :
de quibus No. ii. iv. & xxiv. ut,

*Te Regem Dominumque canam, dum lucida volvet
Lucidus astra polus,*

Et unicum colam Deum. Buchan. Pf. 145.

CI. Secundum genus est, in quo inter Dactylicum heroicum & Dactyl-
icum Archilochium, Iambicus dimeter (qui in præcedente genere tertius erat)
secundus interponitur : de quibus No. ii. xxiv. & iv. ut,

*Pectore te grato Dominumque Deumque fatebor,
Coram superbis Regibus,*

Et tua facta canam. Buchan. Pf. 138.

* Aliis hoc carmen statuitur Dicolon distrophon : quale est Horatii Epod.
13. ad cuius imitationem hunc Psalmum scripsit Buchananus. Vid.
No. lv. & lxviii.

CII. Tertium genus est, in quo Iambicus trimeter cum Dactylico Archilo-
chio & Iambico dimetro conjunguntur : de quibus No. xxviii. iv. xlii. ut,

Petti,

*Petti, nihil me, sicut antea, juvat,
Scribere versiculos,*

Amore percussum gravi. Hor.

* At hoc carmen aliis est Dicolon distrophon, Vid. No. lii. & lxxv.

CIII. Quartum genus est, in quo tres varii generis Choriambici, Glyconius trimeter, Asclepiadæus tetrameter, & Alcaicus pentameter, copulantur : de quibus No. xlv. xlv. & xlv. ut,

Per quinquennia jam decem,

Ni fallor, fuimus; septimus insuper.

Annon cardo rotat, dum fruimur Sole volabili. Prudent.

6. De TRICOLIS TETRASTROPHIS.

CIV. Primum genus est, in quo duo Dactylicæ Alcaici tetrametri hypercatalecti, cum Iambico Archilochio dimetro hypercatalecto & Dactylico Alcaico tetrametro acatal. conjunguntur : de quibus No. xiv. xv. & xxv. ut,

Æquam memento rebus in arduis

Servare mentem, non secus ac bonis

Ab insolenti temperatam

Latitia; moriture Delli. Hor.

CV. Secundum genus est, in quo concurrunt duo Choriambici Asclepiadæi tetrametri, Dactylicus Pherecratius trimeter, & Choriambicus Glyconius trimeter : de quibus No. xlv. ix. & xlv. ut,

Primâ nocte domum claude, neque in vias

Sub cantu querule despice tibia :

Et te sape vocanti

Duram, difficilis mane. Hor.

T A B U L A.

Quibus Metrorum generibus Poëta Latini celebriores in operibus suis usi sint, juxta numeros prædictos, p. 158 & seqq. indicans.

No.		No.
Plautus, Terentius, cæterique (quorum Fragmenta quedam adhuc extant)		rius Victorinus, Cl. Marius Victor,
Comædiarum Scriptores, carmine		& Alcimæ Avitus,
ferè utuntur Iambico vel Trochaico, &		ii.
illo quidem sæpius senario acatalecto,		[1. Carm. 1—3, 5—7, 9, 10, 12—
hoc octonario catalecto; interdum aliis		17, 19, 21, 22, 24 — 26, 30,
ex iisdem generibus, majoribus vel minoribus, cum eorum segmentis vel clausulis,		31, 33, 34, 36, 38—41, 43—
xxiii, &c. xxxiv. &c.		48, 51—56, xlii.
Lucretius, Virgilius, Gratius Faliscus, Corn. Severus, Manilius, Germanicus Cæsar, Columella, Lucanus, Sil. Italicus, Val. Flaccus, Juvenalis, Sulpitia, Serenus, Sæmmonicus, Dionysius Cato, A. O. Nemesianus, T. Calphurnius, Priscianus, Cæl. Symposius : & ex Poëtis Ecclesiasticis, Tertullianus, D. Cyprrianus, Juvenius, D. Hilarius, Ma-	Catullus	2. Carm. 4, 27, 50, xxviii.
		3. Carm. 8, 20, 29, 35, 37, 42, 57, 58. xxix.
		4. Carm. 11, 49, xli.
		5. Carm. 18, lvi.
		6. Carm. 23, xxxii.
		7. Carm. 28, xlv.
		8. Carm. 32, xcvi.
		9. Carm. 59, xcix.
		10. Carm. 60, 62, ii.
		11. Carm. 61. xxx.
		12. Carm. 63—113. lx.
		13. Carm. Priap. 86 & 87. liii.

Cicero	1. In Arateis, ii.	Seneca Tragicus	1. In Affibus Tragædiarum, xxviii.	
	2. In Gracis quibusdam à se versis. xxviii.		2. In Choris, xviii. xlii. xli. &c.	
P. Syrus In Mimis; xxviii. & xxxix.				
Horatius	1. Carm. I. 1. III. 30. IV. 8. xlv.	Petronius Arb.	1. Satyr. cap. 5. xxix.	
	2. Carm. I. 2, 10, 12, 20, 22, 25, 30, 32, 38. II. 2, 4, 6, 8, 10, 16. III. 8, 11, 14, 18, 20, 22, 27. IV. 2, 6, 11. Secul. xcv.		2. cap. 15, 79, 93, 109, extr. & Fragm. var. xlii.	
	3. Carm. I. 3, 13, 19, 36. III. 9, 15, 19, 24, 25, 28. IV. 1. 3. lxxxvii.		3. cap. 132. xlix.	
	4. Carm. I. 4. xc.		4. Frog. p. 669, & 670. xxiii.	
	5. Carm. I. 5, 14, 21, 23. III. 7, 13. IV. 13. cv.		5. Aliis locis, vel ii. vel lx.	
	6. Carm. I. 6, 15, 24. 33. II. 12. III. 10, 16. IV. 5, 12. xcviii.	Persius	1. In Prefat. xxix.	
	7. Carm. I. 7, 28. Epod. 12. lxiii.		2. In Satyris, ii.	
	8. Carm. I. 8. lxxxvi.	Statius	1. Silv. I. 6. II. 7. IV. 9. xlii.	
	9. Carm. I. 9, 16, 17, 26, 27, 29, 31, 34, 35, 37. II. 1, 3, 5, 7, 9, 11, 13, 14, 15, 17, 19, 20. III. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 17, 21, 23, 26, 29. IV. 4, 9, 14, 15. civ.		2. Silv. IV. 5. civ.	
	10. Carm. I. 11, 18. IV. 10. xlv.		3. Silv. IV. 7. xcvi.	
	11. Carm. II. 18. lxxviii.		4. In aliis operibus, ii.	
	12. Carm. III. 12. l.	Martialis	1. Epig. I. 1, 11, 67, 78, 85, 90, 97, 114, II. 11, 17, 57, 65, 74, 111, 7, 20, 22, 25, 41, 47, 58, 64, 82, 93. IV. 17, 37, 61, 65, 70, 82, V. 4, 14, 18, 27, 29, 36, 38, 42, 52, 55, VI. 26, 39, 74, VII. 7, 20, 26, VIII. 10, 19, 44, 61. IX. 2, 7, 28, 34, 76, 99. X. 3, 5, 22, 30, 62, 74, 92, 100. XI. 62, 81, 99, 101. XII. 10, 13, 32, 51, 57, 65, 82, 88. XIII. 61. xxix.	
	13. Carm. IV. 7. lxi.		2. Epig. I. 2, 8. & plurimis aliis locis, xlii.	
	14. Epod. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10. lxxiv.		3. Epig. I. 50. III. 14. IX. 78. lxxiv.	
	15. Epod. 11. lxxv. vel cii.		4. Epig. I. 54. II. 73. IV. 90. VI. 64. VII. 98. ii.	
	16. Epod. 13. lxxviii.		5. Epig. I. 62. lxxvi.	
	17. Epod. 14, 15. lxv.		6. Epig. III. 29. xlix.	
	18. Epod. 16. lxvi.		7. Epig. VI. 12. XI. 78. xxviii.	
	19. Epod. 17. xxviii.		8. Epig. de Spectac. Et Epig. 1, 3, 4, & aliis quamplurimis, lx.	
	20. Satyr. Epist. & de arte Poët. ii.		Apuleius, carminibus aliquot suis operibus interspersis, ii. iii. xxviii.	
Tibullus	1. In Libris Elegiarum, lx.	Terentianus Maurus variis carminibus utitur, quæ ipse pleraque omnia explicat,		
	2. In Pancr. ad Messalam, ii.	1. Epig. 2, 3, 4. &c. Parental. 1, 2, 3, &c. & plurimis aliis locis, lx.		
Propertius, Palladius, Rutilius, Cor. Maximianus Gallus. lx.				
Ovidius	1. In Metam. & Halicut, ii.	Aufonius	2. Pref. 3. ad Epig. Sap. sent. 4. Epist. 4. à v. 80. ad fin. & 7, à v. 24 ad 36. & Epist. 11. xlii.	
	2. In aliis ejus operibus, lx.		3. Epig. 1. 29, 49, & plurimis aliis locis. ii.	
Auctor Pervigilii Veneris, xxxix.				
Pedo Albinovanus	1. In tribus Elegiis, lx.		4. Parent. 26, & Pref. 2. Edyl. 7. lxi.	
	2. De navig. Germanici, ap. Senec. Suas. 1. ii. xxviii.	5. Epig.		
Phædrus, xxviii.				
Seneca Philo- sophus.	1. In Epigrammatis super exilio suo, lx.			
	2. In Apocolocynt. ii. xxviii. xix.			
	3. In versibus ex Cleante traductis, xxviii.			

5. *Epig.* 17, 25, 26, 50, 68. *Parent.* 13. *Profess.* 2, 4, 5. *Poëta Epil. & Epist.* 15, 22. lxxiv.
 6. *Epig.* 30, 96, 146. *Ephem.* 2. 4. *Epist.* 4. à v. 63 ad 80. *Epist.* 16. xxiv.
 7. *Epig.* 48, 67, 116, 117, 140, 142, 143, & aliis nonnullis locis, xxviii.
 8. *Epig.* 51. lxxx.
 9. *Epig.* 78. *Parent.* 28. v.
 10. *Epig.* 128. *Epist.* 7. v. 19. xxix.
 11. *Ephem. carm.* 1. *Prof.* 7, 8, xcvi.
 12. *Parent.* 17. v. 1. xxviii. reliqui, xi.
 13. *Parent.* 25. lxx.
 14. *Parent.* 27. i.
 15. *Profess.* 6. xix.
 16. *Profess.* 10. iv.
 17. *Profess.* 11. *Sap. sentent.* 5. *Edyll.* 7. *Pref.* 1. xxxix.
 18. *Profess.* 19. *Epist.* 3. lxvi.
 19. *Profess.* 21. xcii.
 20. *Sap. sent.* 3. *Epist.* 7. v 36 ad fin. xlv.
 21. *Sap. sent.* 7. & *Edyll.* 7. car. 2. lvii.
 22. *Sap. sent.* 7. iii.
 23. *Epist.* 3, 10. lxxv.

Rufus Festus
Avienus

1. *Descrip. orb. terra & Arateis,* ii.
 2. *Descrip. ora maritimæ,* xxviii.
 3. *Fab. Æsop.* lx.

D. Ambrosius in Hymnis,

- (1. *Pref. Cathem.* ciii.
 2. *Cath.* 1, 2, 11, 12. *peri Steph.* 2, 5. xxiv.
 3. *Cath.* 3. p. *Steph.* 3. v.
 4. *Cath.* 4. p. *Steph.* 6. xlii.
 5. *Cath.* 5. I. *contr. Symmach. Pref.* xlv.
 6. *Cath.* 6. xxiii.
 7. *Cath.* 7. p. *Steph.* 10. *Pref. Hamart. Pref. Psychom.* xxviii.
 8. *Cath.* 8. p. *Steph.* 4. xcvi.
 9. *Cath.* 9. p. *Steph.* 1. xxxix.
 10. *Cath.* 10. xiv. vel xx.
 11. p. *Steph.* *Pref.* lxxviii.
 12. p. *Steph.* 7. *contr. Sym.* II. *Pref.* xlv.

Prudentius

Claudianus

Sidonius Apoll.

Martianus Capella

13. p. *Steph.* 8, 11. lx.
 14. p. *Steph.* 9. lxvi.
 15. p. *Steph.* 12. xc.
 16. p. *Steph.* 13. li.
 17. p. *Steph.* 14. xiv.
 18. *Apoth. Pref.* 2. lxxiv.
 19. *Apoth. Hamart. &c.* ii.
 1. *Carm.* 1, 3, 5, 7. & aliis multis, ii.
 2. *Carm.* 2, 4, 6. & pluribus aliis, lx.
 3. *Carm.* 11. xiv.
 4. *Carm.* 12. xc.
 5. *Carm.* 13. xviii.
 6. *Carm.* 14. xlv.

Cæl. Sedulius Scotus { 1. *Op. paschal.* ii.
 2. *et. & Nov. Testament. collat.* lx.
 3. *Hymn. de Ebrietas,* xxiv.

1. *Epist.* II. 8. 10. III. 12. & pluribus aliis, xlii.
 2. *Epist.* IV. 8, 18. V. 17. & aliis, lx.
 3. *Epist.* IX. 13. *metr.* 1. xlv.
 4. *Epist.* IX. 13. *metr.* 2. xxxviii.
 5. *Epist.* IX. 15. xxviii.
 6. *Epist.* IX. 16. xcvi.
 7. *Carm.* 2, 5, 7, 11, &c. ii.
 1. *Lib. I. metr.* 2. II. *metr.* 4, &c. lx.
 2. *Lib. I. metr.* 2. II. *metr.* 1, &c. ii.
 3. *Lib. I. metr.* 3. xlii.
 4. *Lib. I.* 4. II. 5, 12. III. 3. IV. 2. V. 2. xxviii.
 5. *Lib. I.* 4. *part. post.* II. 7. IX. 4. xlv.
 6. *Lib. II. choro.* xxxix.
 7. *Lib. II.* 6. VI. 3. IX. 2. lxxv.
 8. *Lib. II.* 8. xi.
 9. *Lib. II. metr.* 8. v. 1. Troch. *senar. hypercat.*
 10. *Lib. II.* 8. *prater v.* 1. lvii.
 11. *Lib. II.* 9. *Adon. dupl. & simpl.*
 12. *Lib. II.* 10. III. 1. VII. 2. VIII. 1. xxiii.
 13. *Lib. IV.* 3. l.
 14. *Lib. IX.* 3. ili.
 15. *Lib. IX.* 4, 5, 6. *mixto ex variis metris.*

Ven. Hon.
Fortunatus

1. *Poem. Lib. I. 16. Lib. II.*
 1, 2. xxiv.
 2. *Poem. Lib. II. 3.* xxxix.
 3. *Poem. Lib. VIII. 7.* xcvi.
 4. *Ceteris operibus, vel ii. vel ix.*

1. *Lib. I. met. 1. V. 1.* lx.
 2. *Lib. I. 2.* xii.
 3. *Lib. I. 3.* lxii.
 4. *Lib. I. 4.* xlii.
 5. *Lib. I. 5: III. 2. IV. 6. V. 3.* xviii.

6. *Lib. I. 6. II. 8. III. 12. IV. 3. V. 4.* xlii.
 7. *Lib. I. 7.* viii.
 8. *Lib. II. 1. III. 11.* xxix.
 9. *Lib. II. 2.* lxxxviii.
 10. *Lib. II. 3.* lxxxii.
 11. *Lib. II. 4.* lxxii.

12. *Lib. II. 5. III. 5.* xi.
 13. *Lib. II. 6. IV. 7.* xli.
 14. *Lib. II. 7.* lxxiv.
 15. *Lib. III. 1.* xiii.
 16. *Lib. III. 3.* lxxiii.
 17. *Lib. III. 4.* lxxxiv.

18. *Lib. III. 6.* lxxix.
 19. *Lib. III. 7.* xxxiii.
 20. *Lib. III. 8.* lxxxix.
 21. *Lib. III. 9.* ii.
 22. *Lib. III. 10.* lxxxv.
 23. *Lib. IV. 1.* lxxxi.
 24. *Lib. IV. 2.* lxxix.

25. *Lib. IV. 4.* lxxxiii.
 26. *Lib. IV. 5.* xci.

27. *Lib. V. 2.* x.
 28. *Lib. V. 5.* li.

1. *Psal. 1, 18, 45, 78, 85, 89, 104, 107, 132, 135. Francis. Silv. Sphar. &c.*

2. *Pf. 2, 20, 24, 57, 68, 69, 83, 93, 95, 97, 108, 109, 118, 126, 136, 147. Epig. III. Pomp. IV. 4. Valant. 5.* lxxv.
 3. *Pf. 3, 6, 10, 21, 22, 27, 34, 38, 39, 41, 44, 48, 53, 62, 74, 76, 79, 87, 92, 110, 112, 115, 120, 127, 133, 134, 139, 141. Iamb. 1, 2, 3, 4, 5, 9. Epig. I. 49.*

- Miscell. 23.* lxxiv.

4. *Pf. 4, 111.* lxxiii.

5. *Pf. 5, 17, 51, 55, 65, 67, 72, 90, 101, 103. Misc. 2, 9.* xcvi.

6. *Pf. 7, 11, 15, 19, 30, 46, 50, 56, 58, 77, 82, 91, 123, 125, 140, 146. Frat. 5, 30. Misc. 1, 3, 4, 8, 11, 28.* qiv.

7. *Pf. 8.* lxxxvi.

8. *Pf. 9, 64, 84, 130.* cv.

9. *Pf. 12.* lxi.

10. *Pf. 13, 31, 37, 47, 52, 54, 59, 86, 96, 98, 117, 148, 149, 150.*

- Epig. I. 30. Epig. III. Pomp. IV. 2. Misc. 10, 36.* xxiv.

11. *Pf. 14, 35, 43.* lxxxvii.

12. *Pf. 16.* ciii.

13. *Pf. 23, 42, 75, 99, 102, 144.* xcvi.

14. *Pf. 25, 94, 106. Frat. 1, 2*

- 28. Iamb. 6, 7, 8, 10, 11. Epig. 1. 68. Epig. II. 8, 17, 19, 33.*

- Miscell. 14, 31, 32, 38. xxviii.*

15. *Pf. 16, 29, 32, 49, 61, 71, 73, 143.* xiv.

16. *Pf. 28, 40, 80.* xlv.

17. *Pf. 33, 70, 121, 142.* lxxxii.

18. *Pf. 36, 63.* lxxiii.

19. *Pf. 66.* xciii.

20. *Pf. 68.* lxiv.

21. *Pf. 81. Frat. 4. Misc. 22.* lxxv.

22. *Pf. 88, 114, 137, Frat. 3, 6, 7, &c.* lx.

23. *Pf. 100.* lxxvii.

24. *Pf. 105, 119, 124, 129, xxxix.*

25. *Pf. 113. Pomp. IV. 1. Misc. 30.* xviii.

26. *Pf. 116, 122, 128.* xcvi.

27. *Pf. 131. Epig. I. 65.* xxiii.

28. *Pf. 138.* ci.

29. *Pf. 145.* c.

30. *Frater. 14, 20, 21, toto Hendecasyll. libro, Epig. I. 66 & aliis quibusdam,* xlii.

31. *Epig. 3. Pomp. IV. 5. xxvii.*

- * *In Tragœdiis (ut alii) xxviii.*

- xliv. xlv. ix. xviii. xli, &c.

Buchananus

Buchananus

APPEN-

APPENDIX II.

De variis Versuum & Carminum Appellationibus.

I.

VERSUS varias appellationes seu denominationes nacti sunt, 1. A *Dimensione*. 2. A *Depositione*, seu *clausula*. 3. Ab *Inventoribus* suis aut *Celebratoribus*. 4. A *potiore* seu *crebriore* in ipsis *pede*. 5. A *numero syllabarum*.

I. Ratione **DIMENSIONIS**, versus est *monometer*, *dimeter*, *trimeter*, *tetrameter*, *pentameter*, *hexameter*, *heptameter*: Græcis *μονόμαστος*, *διμαστος*, *τριμαστος*, &c. à *μόν*, unus; *δί*, bis; *τρί*, ter, &c. ac *μέτρον*, mensura. Ubi notandum, in iis versibus, quorum dimensio fit per *monopodiam*, *metrum* & *pedem* convenire: ut versus *dimeter* sit, qui duobus; *trimeter*, qui tribus constat *pedibus*, & sic porro. At in versibus *iambicis* & *Trochaicis*, in quibus (ut supra diximus) dimensio fit per *Dipodiam*, seu *binos pedes junctos*, *metrum* duos *pedes* comprehendit: ut versus *monometer* sit Latinis *binarius*, qui duobus; *dimeter* Lat. *quaternarius*, qui quatuor; *trimeter* Lat. *senarius*, qui sex; *tetrameter* Lat. *octonarius*, qui octo *pedibus*, constat.

II. Ratione **DEPOSITIONIS**, versus est, vel *acatalectic* vel *catalectic*, vel *brachycatalectic*, vel *hypercatalectic*: sive brevius, *acatalectus*, *catalectus*, *brachycatalectus* & *hypercatalectus*. De quibus sigillatim dictum, p. 137, 138.

III. Ab **INVENTORIBUS**, seu **CELEBRATORIBUS** versus dicuntur, *Alcaici*, *Alcmanii*, *Anacreontai*, *Archilochii*, *Aristophanii*, *Asclepiadei*, *Euripidei*, *Glyconii*, *Hipponactei*, *Phalacii*, seu *Phaleucii*, *Pherocratii*, *Pindarici*, *Sapphici*, &c. à Græcis Poëtis, *Alcæo*, *Alcmane*, *Anacronte*, *Archilochō*, *Aristophane*, *Asclepiade*, *Euripide*, *Glycone*, *Hipponaste*, *Phalæco*, seu *Phaleuco*, *Pherocrate*, *Pindaro*, & poëtriâ *Sappho*; qui id genus versuum vel primum invenerint, vel multum excoluerint, &c. Quibus adde versus *Adonios*, sive *Adonicos*, in *threnis* *Adonidis* usurpatos.

IV. A **POTIORE**, seu **CREBRIORE** in ipsis **PEDE**, versus appellantur *Pyrrhichici*, *Dactylic*, *Anapestici*, *Iambici*, *Trochaici*, &c.

V. A **NUMERO SYLLABARUM** versus dicuntur, vel *Pentasyllabi*, ut *Adonii*: vel *Otosyllabi*, ut *Glyconii*; vel *hendecasyllabi*, ut *Sapphici*, *Alcaici* *tetrametri hypercat.* & (quibus per eminentiam hoc nomen inditum est) *Phaleucii*, &c.

II.

CARMINA varia nomina sortita sunt, 1. A *Compositione*, seu genere versuum ex quibus componuntur. 2. A *Reversione*, seu *Stropharum numero*. 3. A *numero versuum*, ex quibus constant. 4. A *materia* circa quam versantur. 5. A *peculiari forma & artificio*. 6. A *modo tractandi*. 7. A *genere dicendi*, seu *carattere*.

I. Ratione **COMPOSITIONIS**, seu generis versuum ex quibus componitur, carmen est vel *Monocolon*, vel *Dicolon*, vel *Tricolon*. De quibus diximus, p. 158, & 166.

II. Ratione **REVERSIONIS**, seu numeri **STROPHARUM**, carmen est vel *distrophon*, vel *tristrophon*, vel *tetstrophon*, vel *pentastrophon*. De quibus iidem dictum, p. 166.

III. A NUMERO VERSUUM, ex quibus constat, carmen dicitur vel *Monostichon*, quod uno versu absolvitur; vel *distichon*, quod duobus; *terastichon*, quod quatuor; *hexastichon*, quod sex; *ogtastichon*, quod octo; *decastichon*, quod decem versibus constat, &c. Sic nominata à *σῖχ* & *versus*: unde & *hemistichium*, quod *dimidium versum* significat.

IV. A MATERIA circa quam versantur, carmina varia nomina acceperunt. Ex his præcipua sunt, 1. Ex rebus lætis, *Genethliaca*, *Epithalamia*, *Propemptica*, *Apothateria*, *Epibateria*, *Epinicia*, *Scolia*. 2. Ex rebus tristibus, *Elegia*, sub qua *Threni*, *Epicedia*, *Epitaphia*. 3. In rei laudem, *Hymni*, *Soteria*, *Eucharistica*, *Encomiastica*, *Panegyrica*, *Panenteria*. 4. In rei vituperium, *Invectiva*, *Satyrice*. 5. Cum benè vel malè alicui precamur: ut, *Proscutica*, *Strena*, *Dira*.

1. GENETHLIACON est carmen in honorem natalium conscriptum. Quale est Virgillii *Eclog. iv.* Statii *Silv. ii. 7.* Buchanani *Silv. vii.*, &c.

2. EPITHALAMIUM est quo nuptiæ celebrantur, alio nomine *Hymenæus* & *Talassio* dictum. Talia sunt Catulli carmina 59, 60 & 62. Claudiani 30 & 31. Statii *Silv. i. 2.* & Buchanani nostri longè nobilissimum, & cuiusvis è veteribus facillè æquiparandum, Francisci Valesii & Mariæ Stuartæ Reginæ Franciæ & Scotiæ Epithalamium, *Silv. iv.*

3. PROPEMPTICON est quo abeuntes votis bonis omnibus prosequimur. Cujusmodi est Horatii car. i. 3. *Epod. 1.* Statii *Silv. iii. 2.* Sidonii carm. 24.

4. APOBATERION est quo utuntur discedentes. Hujus generis est oratio Aeneæ ad Helenum & Andromachen, ap. Virg. *Æn. iii. 490* seqq. item Ovidii *Trist. i. 3.* nisi quòd ad classẽ rerum tristium referendum sit.

5. EPIBATERION est quo reduces alloquuntur suos populares. Hujus exemplum exhibet Sibiæ in *Epicis*, p. 309.

6. EPINICION est carmen triumphale quo victoribus gratulamur. Cujusmodi est Moysi carmen, *Exod. cap. xv.* Deborah, *Judic. cap. v.* Odæ Pindaricæ omnes, Horatii car. iv. 4 & 14. Buchanani *Miscell. i. 8.* & 23.

7. SCOLION est carmen convivale, quo vel laudes fortium virorum celebrantur, vel aliæ sententiæ ad rectè vivendum introducuntur. Huic generi affines videntur Horatii lib. i. Odæ 26 & 36.

8. ELEGIA in genere est carmen lugubre: unde carmen Elegiacum de quo supra.

9. THRENI sunt carmina lugubria, præcipuè in everfione urbium aut regionum: quales illi, quibus in libris Divinis vates Jeremias everfam desolatam civitatem. Ex hoc etiam genere est Buchanani *Silva v.*

10. EPICEDIUM est carmen funebre in defunctos: qualia sunt Catulli in fratrem car. 98. Horatii in Quintiliũ, car. i. 24. Ovidii in Tibullum, *Amor. iii. 9.* Statii in patrem, *Sil. v. 3.* in filium, *Silv. v. 5.* Buchanani in Jo. Calvinum, *Miscell. 24.* &c.

11. EPITAPHIUM est carmen tumulo inscriptum vel inscribendum: ut, illud Virg. in Daphnidem, *Eccl. v. 43, 44.* Ovidii in Phaëthontem, *Met. ii. 326, 327.* in Didonem, *Heroid. vii. extr.* Ausonii in Heroas, qui bello Trojano interfuerunt, Buchanani *Iusta, Epigramm. lib. ii.* &c.

12. HYMNUS est carmen in laudem Dei: Vel 1. Veri, unici & viventis: quales sunt Psalmi Davidici, Hymni Synesii Cyrenæi, D. Ambrosii, Aur. Prudentii, Sedulii Scoti, Venantii Fortunati, &c. Vel 2. Falsorum numinum, quales cecinerunt Orpheus, Linus, Musæus, Homerus, Callimachus, alique Ethnici. In specie autem laus Apollinis dicebatur *Pæan*, Bacchi *Dithyrambus*. Ex hoc genere sunt Horatii carm. i. 21, & ii. 19.

13. *SOTERIA* sunt quibus Deo pro salute præstita gratias agimus: cuiusmodi sunt illa Ezechiae ap. Esaiam c. xxviii. à v. 9. Statii pro Rutilio Gallico, Silv. i. 4. &c.

14. *EUCHARISTICON* est quo alicui ob beneficia gratias agimus: quale est Catulli ad Ciceronem car. 47. Statii ad Domitianum Imp. Silv. iv. 2. Sidonii Apoll. ad Faustum Reienssem Episcopum, carm. 16. Buchanani ad Franc. Olivarium Franciæ Cancellarium, Misc. 4.

15. *ENCOMIASICON* est quo hominis vel rei alicujus laudes canimus. Talia sunt, Laus Drusi ap. Horat. car. iv. 4 & 14. Augusti ap. cund. iv. 15. Septimii Severi ap. Stat. Silv. iv. 5. Priscillæ, Sil. v. 1. Srenæ Reginæ ap. Claudian. car. 29. Villæ Tiburtinæ ap. Stat. Silv. i. 3. Platani, Silv. ii. 3. Equi ap. Buchan. Silv. vi.

16. *PANEGYRICUM* est carmen laudatorium quod recitatur ad multitudinem congregatam. Quo in genere primas tenet Claudianus: ut Sidorium Apollinarem, Casp. Barlæum, & alios omittam.

17. *PÆDEUTERION* est quo Præceptoribus ob animi culturam gratias agimus. Huc pertinet Persii Satyra v. in qua à v. 20 ad 65. amorem suum & gratum animum adversus Præceptorem Cornutum testatur.

18. *INVECTIVUM* est quo vitia alicujus insectamur. Ex eo genere sunt Horatii Epodi quidam: item carm. ii. 15. & iii. 6 & 24. Buchanani Franciscanus & Fratres, &c.

19. *SATYRICON*, sive *SATYRA*, est carmen multiforme, mordax & falsum ad corruptos hominum mores corrigendos accommodatum.

20. *PROSEUCTICON*, sive *VOTIVUM*, est quo nobis vel aliis salutem vel felicitatem precamur. Qualia Tibulli Eleg. i. 3. Horatii car. i. 3. & 35. Quibus addas licet ejusdem & Catulli carmina secularia.

21. *STRENA* est quod muneris loco, incunte novo anno, datur boni ominis causâ: cuiusmodi varias habet Buchananus Epig. lib. iii.

22. *DIRÆ* est carmen, quo malum aut perniciem alicui imprecantes utuntur. Qualia sunt Ovidii in Ibin, Horatii in Mævium, Epod. x. & Val. Catonis (cui id nominis dedit) in Battarum carmen.

V. A peculiari *FORMA* seu *ARTIFICIO* carmina variis nominibus insigniuntur. Ex his potissimum memoranda sunt, *Ode*, seu carmen *Lyricum*; *Epistola*, seu carmen *Epistolicum*, *Epigramma*, *Emblema*, *Ænigma*, & quæ hujus species quædam sunt, *Griphus*, *Anagrammatismus*, *Etcostichon*, *Acrostichis*, *Echo*, *Palindromus*, *Paralleli*, &c.

1. *ODE*, sive *MELOS*, est carmen breve ad lyram seu chelyn can aptum: unde ejusmodi carmina *LYRICA* dicuntur. Quo in genere longè omnibus antecellit Romanæ fidei lyra Horatius. Huic proximi Buchananus noster, & Casimirus Sarbievius.

2. *EPISTOLA*, seu *EPISTOLICUM CARMEN*, est quo absentes de re aliqua certiores facimus. Qualia sunt ejusdem Horatii eo nomine libri duo, Ovidii Heroides, ejusdemque ex Ponto scriptæ Epistolæ, & pleræque Tristium Elegiæ.

3. *EPIGRAMMA* est carmen breve, venustum, argutum, rem unam tantummodo indicans, aut ex propositis deducens. Hoc in genere excelluerunt inter veteres Catullus & Martialis; inter recentiores, Buchananus, Beza, Owenus, Vavassor, &c.

4. *EMBLEMA* est carmen morale picturæ vel symbolo additum: qualia Alciati, Sambuci, Reusneri, Herm. Hugonis, &c.

5. *ÆNIGMA*, vel *ÆNIGMATICUM CARMEN*, est quo quasi obscura explicanda proponitur: quale est illud de Somno:

*Sponte meâ veniens varias ostendo figuras;
Fingo metus vanos nullo discrimine veri;
Sed me nemo videt, nisi qui sua lumina claudit.*

6. GRIPHUS, vel LOGOGRIPHUS, est carmen ænigmaticum ex eodem nomine multa significata crucens. Sic è voce *Muscatum* fit *mus, musca, mustum*: unde distichon,

*Si caput est, currit: ventrem conjunge, volabit:
Adde pedem, comes: & sine ventre, bibes.*

7. ANAGRAMMA, vel ANAGRAMMATISMUS, est ænigmatis species novam vocem vel sententiam ex alia, transpositione literarum, eliciens. *Car-men* verò ANAGRAMMATICUM est quod Anagrammatismos evolvit. Sic ex nomine *Alstedius* fit *Sedulitas*: cujus anagrammatis hanc evolutionem dedit ipse mirificæ planè sedulitatis vir Jo. Hen. Alstedius.

*Ut possis, mea mens, doctisque Deoque placere,
Sit pia sedulitas, sedula sit pietas.*

Tale est & hoc Jo. Cargæ; ubi etiam versu inclusus est Anagrammatismus. *Rudolphus Secundus de Austria Imperator.*
Ardoris vacuus tu de splendore triumphas.

Cæterùm in his curandum, ut literæ in utrisque eadem sint, nec plures, nec pauciores.

8. ETEOSTICHON (quod & CHRONOSTICHON) est carmen ænigmaticum literis numeralibus certum annum designans, Sic iste versus Ovidii continet causam & tempus mortis Caroli filii Philippi II. Hispaniarum Regis, patris jussu interempti.

FILIUS ante DIem patris InqVIRIt In annos, 1568.

Ejusdem generis est illud de Carolo II. Britanniarum Rege ad avita regna reduce, nummo inscriptum, A^o 1660,

CeDant arMa oLee, paX regna serenat & agros.

* Lex hujus carminis est, ut nulla litera numeralis vel desit vel supersit.

9. ACROSTICHIS est carmen ænigmaticum, cujus literæ initiales [vel etiam mediæ & finales, vel certâ alioquin serie dispositæ] vocem aliquam vel sententiam exhibent. Talia sunt Plautinarum Comædiarum argumenta, Acrostichis Sibyllina de Christo, ab Eusebio & D. Augustino memorata, Optatiani Porphyrii ad Constantium Imp. carmina, &c. Exempli loco sit illud Mich. Raidi de nomine JESUS,

*I nter cuncta micans I gniti sidera cæl I,
E xpellit tenebras E toto Phœbus ut orb E;
S ic cæcas removet JESUS caliginis umbra S,
V ivificansque simul V ero præcordia mot V
S olem justitia S ese probat esse beati S.*

10. ECHO est carmen, quod in fine periodorum syllabas extremas repetit, quæ aut sententiam illustrant, aut diversum aliquid vel inexpectatum subinferunt. Cujusmodi sunt hæc:

*Dic, an dives ero, si carmina scripsero? serò.
Ipse ait hoc? ait hoc. Cur ita clamat? amat.
Vere novo sponsum me fore reris? eris.
Quæ res difficiles sunt in amore? moræ.*

11. PALINDROMUS, quem & *Recurrentem* & *Reciprocum* versum appellant, est qui antrorsum & retrorsum legi potest. Retrò autem commeat vel vocibus solum, vel literis singulis, vel utrisque. Ac interdum eodem metri genere, interdum diverso. Aliquando eodem sensu, aliquando contrario.

(1.) Vocibus integris, sensu eodem, eodemque metri genere, recurrit hoc Virg. *Æn.* 1.

Musa mihi causas memora, quo numine laeso.

Si retrò legatur, fiet :

Laeso numine quo, memora causas mihi Musa.

Sensu contrario, recurrit hoc Philelphi in Pium II.

Conditio tua sit stabilis, nec tempore parvo

Vivere te faciat hic Deus omnipotens.

Ubi Poëta Pontifici longam atque felicem vitam optare videtur : at si ordine inverso legas, vitam ei brevem infaustamque imprecari. Nam sic erit ;

Omnipotens Deus hic faciat te vivere parvo

Tempore, nec stabilis sit tua conditio.

Hic autem pentameter Ovid. *Trist.* v. 11. 10.

Mollior est culpam pœna secuta meam.

Inversus fit, eadem manente sententiâ, Iambicus trimeter,

Meam secuta pœna culpam est mollior.

At in hoc,

Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo,

si voces invertas, & sententiam contrariam, & ex hexametro pentametrum habebis, hoc modo,

Sacrificabo macrum, nec dabo pingue sacrum.

(2.) Literæ singulæ retro legi possunt in hoc Scaligeri,

Si bone te tua laus taxat, sua laute tenebis.

Item in isthoc disticho, quod nonnulli Diabolo adscribunt,

Signa te, signa ; temere me tangis & angis.

Roma tibi subito motibus ibit amor.

(3.) In hoc denique, utroque modo legas, & literæ & voces manent eadem :

Otto tenet mappam, madidam mappam tenet Otto.

12. Versus PARALLELI, seu CORRELATIVI, sunt in quibus voces unius versûs vel hemistichii vocibus alterius versûs vel hemistichii certo ordine respondent : ut,

Temporibus nostris quicunque placere laborat,

Det, capiat, querat, plurima, pauca, nihil.

In cujus distichi versu altero, prima prioris hemistichii vox primæ posterioris, secundæ secundæ, tertiæ tertiæ respondet, hoc modo : *Det plurima, capiat pauca, querat nihil.*

Itidem in illo, quod Virgilio tribuitur.

Pastor, arator, eques, pavi, colui, superavi,

Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

excipiendæ primûm sunt sibi que conjungendæ hæmistichiorum omnium voces primæ, dein secundæ, ac demum tertiæ hoc modo : *Pastor pavi capras fronde ; arator colui rus ligone ; eques superavi hostes manu.*

VI. A MODO TRACTANDI carmen triplex nomen acquisivit, 1. Exegeticum. 2. Dramaticum. 3. Mixtum.

1. EXEGETICUM, sive Expositivum, est quod simplici & directâ expositione constat, sive in quo non interveniunt aliæ personæ, sed auctor ipse loquitur.

Ejus genera varia sunt, è quibus hæc præcipua.

(1.) HISTORICUM, quod genealogias, aliasve historias recenset : ut, Hesiodi Theogonia, Ovidii Fasti. Huc referunt quidam & Lucanum, sed adversatur Scaliger.

(2.) DIDACTICUM.

(2.) DIDASCALICUM, quo Philosophicæ, Oeconomicæ, & aliarum artium doctrinæ continentur. Ejusmodi sunt Hesiodi opera & dies, Virgilii Georgica. Lucretii & Sereni Sammonici opera, Arati Phaenomena, Rutillii itinerarium, Prisciani Periegesis, Manilii Astronomica, Buchananani Sphæra, &c.

(3.) ANGELTICUM, quo traduntur præcepta moralia: ut Sententiæ Theognidis & Phocylidis, Aurea carmina Pythagoræ, Disticha Catonis, Palingenii Zodiacus vitæ, &c.

(4.) EPISTOLICUM, quod tractat materias epistolares, i. e. varias, prout in Epistolis fieri consuevit, &c.

2. DRAMATICUM, sive *actuum* carmen est, quod actiones personarum per ipsas, sine auctoris interlocutione, exhibet. Huc pertinent carmen *Bulicum*, *Comædia* & *Tragædia*.

(1.) *Carmen BUCOLICUM* est, quod res sive actiones pastorum repræsentat. Estque vel *μονοσπονδιον*, quo inducitur persona una tantum: vel *Ἀμολαίον*, quo plures personæ alternis cantantes introducuntur. Illius exemplum est in Virgilio Eclogis 2, 4, 6, 10. Theocriti Idylliis, 2, 3, 11, &c. hujus in Eclogis, 1, 3, 5. & Idylliis 1, 4, 5, &c.

(2.) COMOEDIA est drama civile & privatas actiones exitu lato repræsentans.

(3.) TRAGOEDIA est drama illustrium personarum calamitates, tristemque interitum exprimens.

3. MIXTUM carmen est, quod ex utroque exægetico & dramatico constat, i. e. quod modò rem simpliciter exponit, modò personis ipsi sermonem attribuit.

Tale præcipuè est *Epos* sive carmen *Epicum* aut *Heroicum*.

Est igitur *Epos* carmen mixtum de illustribus illustrium personarum actionibus agens; vel quod variâ rerum vicissitudine sublimium personarum res gestas describit.

VII. A GENERE DICENDI, seu CHARACTERE, carmen rursus triplex est. Vel enim in *tenui*, vel in *mediacri* seu *florido*, vel in *sublimi* seu *magnifico* dicendi genere versatur.

1. TENUE dicendi genus præcipuè amant Didascalicum, Angeliticum, Epistolicum, Epigramma, Ænigma, & similia; itemque Comædia.

2. MAGNIFICUM potissimum requirunt hymnus, carmen Panegyricum, Lyricum, Tragædia & Epos.

3. Reliqua in MEDIOCRI genere consistunt, vel variant.

Sed hæc hætenus: de singulis enim plenius & distinctius agere non petitur instituti nostri ratio. Quibus hæc penitus nō esse est animus, adeant Poëtice Scriptores, Aristotelem, Jul. Scaligerum, Professores Gieslenos: Mambrium & Bossium de carmine Epico, Evanthium & Donatum de Comædia & Tragædia, Nic. Heinsium & Is. Casaubonum de Satyra, Vavassorem de Epigrammate, &c.

FINIS.

